



OCULARIA
ET MANIPUL.
F. MINOR.



MA
PUL.
R.







41
~~23-7-8~~



L4L

Walters
GRAN.

A

40

69

i 220 50 000

Del

C

De

Del Collegio de la Comp.^a de seny de Granada B^d

R. 13142

OCVLARIA

ET MANIPVLVS FRAT-
TRVM MINORVM, LICENTIA
G.M.R.P.F. Frãncisci Gózaga excerptus,
& in lucem missus sub tutamine Sereniss.
Principis ac Illustr. D. D. Ferdinãdi Me-
dices tituli S. Mariæ in Dominica diaco-
ni Cardinalis necnon protectoris meri-
tissimi prædicti instituti.

*Declinantes autem in obligationes adducet Dominus
cum operantibus iniquitatem. Psal. 124.*



*Non indiget
Correctione;*

PARISIIS,
Apud MICHAELEM SONNIUM, via
Iacobæa, sub Scuto Basiliensi.

M. D. LXXXII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Summa Priuilegij.

HENRICVS tertius Gallorum Polonorúmque Rex Christianissimus ac potentissimus, priuata lege sanxit, ne quis typographus, bibliopolæ aliquos libros compositionis aut traductionis, R. P. F. Y. Magistri ante annos decem à die primæ additionis numerandos (præter illos quibus auctoritatem dederit dictus R. P. F. Y. Magistri) imprimat, néve alibi impressos diuendat. Qui secus faxit, pœnis ex sanctione mulctabitur. Data sunt litteræ Parisiis, die 26. Ianuarij. 1582.

Prædictus R. Pater Magistri ius dicti priuilegij dedit eximio ac orthodoxo viro, Domino Michaëli Sonnio bibliopolæ Parisiensi, Pro Oculariis siue manipulo F. Minorum, necnon pro duce professorum claustrum, sub sua manu chirographo que, Die prima Maij anni 1582.

MAGISTRI



INQVIT AD MINORITAM
 PAVPERCVLVVS FRATER MICHAEL
 Tauernier:olim humilis Secretarius reue-
 rendissimi Patris Generalis & totius ordi-
 nis Minorum.

DISCE mori, dubie labuntur tempora vita,
 Nec redeunt vnquam pristina, disce mori.
 Cum semel horrendum perueneris ante tribunal,
 Nil opus est lachrymis, sed modo disce mori.
 Non te decipiant mundus, caro, damonis astus,
 Spes vita, vel opes, sed cito disce mori.

R. P. F. I. Benedicti, Lectori.

AVDIA caelestes qui post terrena triumphos
 Speraret, stulto stultior ille foret.
 Qui sequitur vanos vita pereuntis honores,
 Respuit angelica prosteritatis opes.
 Ecce quod aeternos diues damnatus ad ignes,
 Et pauper caeli Lazarus alta tenet.
 Heu nimis infelix cecus miserabilis, ista
 Plus cui caelesti melle venena placent.
 Quo magis arridet mundus dulcisque videtur,
 Ad mortem plures precipitare solet.
 Sperne igitur fictos mundi fallacis honores
 Nam modulans dulcis fistula carpit aues.
 Glorietur autem E. humilis in exaltatione
 sua, Iacobi 1.

A ij

Licentia Patris reuerendissimi Generalis Mi-
norum fratris Francisci Gonzaga
eiusdem instituti.

Frater Franciscus Gonzaga ordinis Minorum generalis
Minister & seruus, in Christo, sibi charissimo reueren-
do patri ac fratri Tuoni magistri, eiusdem instituti, necnon
in eodem predicatori & confessori salutem. Cum intellexe-
rim te cum non paruo labore excerptisse volumina aliqua,
qua in lucem cupis producere: virtute huius annuo facul-
tatem (secundum temporis opportunitatem) illa posse in
lucem edi, dummodo prius visa fuerint & approbata an-
tequam dentur praelo, à reuerendo patre confessoria monia-
lium sanctæ Clara de Aue Maria, qui curam habebit di-
ligentissimã, ne sit aliquid quod possit offendere pias aures,
aut quod contrarietur sanctæ Romana Ecclesia, ac decretis
& constitutionibus celeberrimæ vniuersitatis Parisiensis.
Datum Parisiis hac die 26. Iulij in nostro capitulo generali,
anno 1579. sub sigillo ordinis, & chirographo meo solito.

Frater Franciscus Gonzaga indignus generalis
Minister, manu propria.

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt
illud. Matth. 11.

Vigilate, & orate: quia qui serò iacet, forsan manè
non resurget, nam quis potest tutus dicere, cras
viam?

Ego
Mon
patri
quo n
prot
Dom

H
auth
gioni
tur
in lu
raph
Heru
sua sa
bris,

Approbatio Doctorum sequitur.

Ego subsignatus humilis confessor Sororum Sancta Clara
Monasterij de Ave Maria nuncupati: Iussu Reuerendissimi
Patris ministri nostri generalis perlegi hunc tractatum, in
quo nil contra fidem Catholicam aut bonos mores contineri
protestor. Teste meo signo manuali 29. die Septembris, anno
Domini 1780. hic apposito.

Frater Ioannes Guerin qui supra
manu propria.

Hic liber cui titulus est (Manipulus Fratrum minorum)
authore Reuerendo Patre Tuone Magistri nihil quod Reli-
gioni Catholica & Romana Ecclesie aduersetur complecti-
tur Eapropter dignus visus est, qui typis mandaretur, atque
in lucem ad publicam omnium tum vel maxime ordinis Se-
raphici utilitatem prodiret. Meum adieci calculum. Ioannes
Heruy Doctor Theologus Parisiensis, necnon parochus Eccle-
siae sancti Ioannis ad litus Sequanae die tertia mēsis Decem-
bris, anni Domini millesimi quingentesimi octuagesimi.

HERUY.

A iij

Ego Gulielmus Rose Doctor Theologus & Regius Eccle-
siastes nil animaduerti in hoc opere quod orthodoxe &
sanctae Romanae Ecclesiae Catholicis repugnet Decretis. Ideo
que luce dignum existimo. Lutetia 7. Idus Februarij.

1581.

ROSE.

Ego Ioannes Dadre Doctor Theologus Parisiensis prae-
fatum opus dignum censui quod in lucem ederetur. Datum
Lutetia anno Domini 1580. die secunda Decembris.

DADRE.

Et ego F. Henricus Godefroy Doctor Theologus subsigna-
tus certifico nihil me in infra scriptis inuenisse quod Eccle-
siae aut fidei Catholicae repugnet. ad cuius rei fidem signum
meum apposui hac die Kalendarum Ianuarij. anno Domini
1581.

GODEFROY.

DISTICHON LECTORI.

Omnia longa solent cunctis fastidia ferre:
Quae cōprehensa breui sunt, bene culta placent.



PARS PRIMA HVIVS
MANIPVLI SEQVITVR.

REVERENDISSIMO PATRI AC
Illustrissimo viro, Fratri Francisco Gonsaga totius Ordinis Minorum Generali Ministro, Frater Tuo Magistri minimus Filiolus, S. P. D. in Domino Iesu consolatore & premio omnium illorum qui puro corde totisque viribus persequuntur iter seraphica regula Minorum.



EXPERIMENTO vsuque didicimus admodum reuerendissime ac deuotissime Pater) aues successionis ac propagationis suæ cupidas, ab ipsa suprema natura (hoc est) Deo Opt. Max. edoctas nidos suos in inaccessibilibus rupibus procerisque arboribus solitas esse credere, vt tutiore loco pullos suos fouere possint: Sic etiam quorumcumque operum scriptores labores suos insigni alicui viro dicare solitos, sub cuius tutamine ac fauore in publicum prodire possint, maxime vero eorum quorum mentes, opera & animos intentos esse rei de qua agitur nouimus. Quæ ratione motus hoc opusculum (vt cunq; est) V. R. P. dicare decreui, cuius animum & affectum iamdiu subditi tuæ. R. P. obseruantie huius seraphicæ regulæ intentum valde esse cognouerunt. Accessit etiam illorum honorandi doctois; ac R. P. F. I. Porthæsi,

OCVLARIA ET

his nouissimis annis Prouincialis Ministri, nuac
 vero diffinitor ac pater ordinis commissariul-
 que tuus cum tuæ potestatis plenitudine super al-
 mum Conuentum nostrum Parisiensem, necnon
 quatuor librorum auctor, & acerrimus propu-
 gnator hæreticorum: etiam R. P. ac fratris Ioannis
 Benedicti, olim totius ordinis Secretarij, siue scribæ
 ac omni cum potestate totius regni Galliarū Com-
 missarij, eximij Theologi, ac Idiomaticum Græci He-
 braicique professoris fœlicis memoriæ, cum mihi
 prædictus doctor & Pater Parisiis notum fecerit
 zelum suum ad fores huiusce libri tendere, ac exi-
 mius Theologus, mihi etiam ipse ab vrbe Roma in
 Hispaniam redeunti suum in hoc animum decla-
 rasset. Quorum virorum & litteras & probitates
 animi vsque adeo sum admiratus, vt nisi reuerendis-
 simæ paternitati tuæ, & ipsis tuis binis subditis, alij
 nemini huiusmodi mei laboris copiam facere sum
 ausus. Sic & pater colendissime V. R. P. hic addi-
 ctissimus seruulus. V. R. P. gustui & palato com-
 mode deseruiret, hoc parauit spirituale ientacu-
 lum, tam sanctorum, illustrium, ac doctissimo-
 rum virorum condimentis confectum, vt in ipso
 operis congressu patebit. Cum autem certo scirem
 ingenij mei vires, ac vitæ meæ probitatē per se suf-
 ficere non posse, ad tantum munus subeundum, ac
 opus perficiendum, operæpretium duxi id omne
 R. P. tuæ manibus tegendum ac subleuandum com-
 mittere, vt solus, siue simul (propter labores con-
 tinuos) cum R. P. prædictis, errata eius corrigat
 omnia. Itaque V. P. R. vehementer oro, vt qua
 fieri possit diligentia, præsens opus probetis, sicque

perlegatis, vt errata emendetis, superflua deleatis, nimis breuia addantur, vt ita vere lux sit & dici possit, eorum omnium qui inoffenso pede, ad iter huius Apostolicae professionis tendere curant, sub sancto tutamine tuæ reuerendissimæ paternitatis, vt in fine ipsius dicere possint, domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. O Patres honorandi, tæque quaterque fœlix ille cui hæc mundo corde & sincero dicere contigerit, beatiôrque qui meruerit audire ab ore supremi ac tremendi iudicis: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constitutam, intra in gaudium Domini tui. Quisnam sit ille seruus fidelis? profecto satis homo timoratus noscit illum esse qui omni cum humilitate & corde, scrutatur præcepta suæ sanctæ regulæ, nempe vt votum quod vouit, reddere possit creatori suo. O quantum fœlix est frater ille, quem Deus vocat ad antra sui deserti, vt postea attrahat eum ad culmen totius perfectionis huiusce seraphici instituti, quia ibi Dominus Iesus suos reponit electos, vt ei deuotè inseruiant, ac sequantur illum per semitas asperrimi montis Caluarij & vt crucem sanctissimam suam omni cum patientia super humeros suos sustinere valeat. Cuius vero semitas nemo nouit, qui in vacuum gratiam Dei recepit: scilicet, qui corde ingrato immemor est beneficiorum Dei, nempe quod eum à tot tantisque periculis mundi, carnis, diabolique eripuit & segregauit in ministerium suum: quia hoc magnum & admirabile in nos beneficium collatum fuit. Nam sicut in aqua baptismatis nascimur Christo: ita in professione re-

ligionis Christo Domino fuimus regenerati. Hinc
 est quod (in libro qui vita solitaria dicitur) mone-
 tur monachus, quod vt quādo cubiculū intrat, vel à
 somno surgit dicat : immensas tibi gratias ago Do-
 mine Iesu bone quod me creasti & redemisti, nec-
 non ad statum religionis reduxisti, relictis in seculo
 pluribus aliis qui tibi forsan fidelius deseruissent,
 quam ego intra monasterium. De illo integerrimo
 Abbate Arsenio legitur, quod annuatim celebrabat
 festum diem in quo religionis habitum susceperat,
 festum vero quod celebrabat hoc erat, quod in illo
 communicabat, tribus pauperibus (in honorem
 Trinitatis) eleemosinam largiebatur, olera cocta
 mensæ suæ adhibebat, & omnes fratres monachos
 in cellam suam intrare permittebat. Er si ô Patres
 amantissimi filij Israel solemniter celebrabāt diem
 qua eduxerat eos Deus de Ægypto, quare religio-
 sus non celebrabit diem qua fuit à seculo eductus?
 Nōne ô Pater reuerendissime vides regem Dauid
 potentissimum, & 12. regnis præpositum, hoc vnum
 à Domino petiisse, videlicet (inquit ille) vt inhabitē
 in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ? Vide ô
 honorande Doctor ac Pater ordinis, quid Dominus
 dicat ad Abraham: ego Dominus qui eduxi te de
 Vr Chaldæorum: si ipse Deus fuit qui nos è seculo
 eripuit, ipse erit nobis adiutor, vt sine ipso viuere
 non possimus. Cum enim ô admodum R. P. Benedi-
 cti non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas
 tua, nunc delectaberis coram Domino, inquit Deus
 per Isaiam cap. 58. sed vtinam V. R. P. sciant quæ sint
 viæ nostræ, quia trinæ sunt viæ per quas omnes ho-
 mines ambulat, quarum prima est Dei, recta in

cœlu
 est ho
 do ac
 videt
 suum
 mon
 tudo
 soler
 rit vi
 mus
 & no
 bora
 Veru
 lius l
 est n
 ritat
 nem
 min
 stus.
 nas r
 gent
 spin
 tibu
 aute
 Fran
 de c
 no,
 perl
 hun
 tate
 in L
 yul

cœlum tendens, 2. diaboli in gehennam vadens, 3.
 est hominis in mundum contratendens, & de mû-
 do ad peccatum, de peccato ad infernum: quare hic
 videtur maximum indicium animi perditæ, velle
 suum iter querere: Nam via Christi est charitas, de-
 monis vero malignitas, mundi vanitas, carnis turpi-
 tudo. Deliberandum est enim vnicuique maturè &
 solerter quam sibi velit viã eligere, nam prout fue-
 rit via in vita, ita erit hospitium in morte. Incline-
 mus quæso corda nostra in semitas mandatorũ Dei,
 & non in auaritiam, accedamus ad Iesum, si ægre la-
 boramus & onerati sumus, quia ipse reficiet nos.
 Verum iugum enim Domini suauis est, & onus il-
 lius leue. Credite mihi ô R. P. quod sicut intra os
 est medullæ, & sub cortice est nucleus, ita sub aspe-
 ritate & rigore latere iugum Christi, & perfectio-
 nem vitæ monasticæ: nam in cella seu anima fratris
 minoris lautæ & delicatæ vitæ raro reperitur Chri-
 stus. Abraham victimam suam inter vepres & spi-
 nas reperit. Moyses Deum in rubo ardenti & pun-
 genti inuenit. Christus Dominus noster in cruce cû
 spinis obiit. Diuus Franciscus eius signifer median-
 tibus spinis, nõnne euasit tentatione dæmonis? illas
 autem spinas (et si pungentes) tantum noster Pater
 Franciscus dilexit veluti essent odoriferæ rosæ: hac
 de causa vt frui posset Christo suo nostrõq; Domi-
 no, quo potiemur vna cû eo, si relictis in seculo su-
 perbia, ira, gula, liuore, auaritia, vt nos amiciamur
 humilitate, patientia, abstinentia, charitate, pauper-
 tate isto in Apostolico instituto. Ille Dominus qui
 in Leuit. 20. cap. ait nos separasse à cæteris gentibus,
 vult & nos separare debere mundum ab immûdo.

nōne intra septa monasterij sobrie & iuste degere,
 & nil flagitij cōmittere, iam est vitam incipere an-
 gelicam? Non enim permisit Deus filios Israēl ita in
 deserto viuere, pout in Ægypto: nam cum primum
 eos de Ægypto eduxit constituit illis legem quam
 obseruaret: vt nobis denotaret parū aut nihil nobis
 profuturum quod nos ille in desertū religionis ad-
 duxerit, si amorem & vitam Ægypti scilicet mundi
 radicitus non euellimus è corde nostro, vna cū suis
 omnibus. Nam experientia iam didicimus quod si
 intra gingiuas relicta sit radix dentis putridæ, plus
 nocere quam si totus dens putridus ibi esset. Illum
 ergo dicemus relinquere radicem putridam in ore
 suo, cui aliquid humanæ cupiditatis superfuit,
 nempe qui captiuitatem religionis quam habet de-
 plorat, libertatēque amissam anhelat, seque tanti
 laboris non capacem affirmat, inquiring illum om-
 nino non ingressurum, si antea nouisset. O patres
 R. scitis cum tali Christum numquam loqui vero
 corde, quamuis appareat monachus mūdānis: quia
 sicuti Saūl mutatus est in virum alium postquam
 eum Deus constituit regem: ita & nos maiestas sua
 diuina docuit nos debere in alios mutari, quam pri-
 mum religionem intramus, aliāque vitam age-
 re: nam religio non constat solum mutatione ve-
 stium, sed & morum: quia longe distant vita mo-
 nastica & secularis, nam seculum laudibus profe-
 quitur diuites, generosos, eloquentes, atque inge-
 nio præditos: religio vero pauperes, virtute orna-
 tos, taciturnos, ab aliis segregatos: & ideo quod se-
 culum magni facit & laudat, religio contemnit &
 vituperat. Rectē quidem potuisset Christus mori

in cr
 mor
 mus
 solu
 rates
 nam
 vt es
 ficu
 gub
 gion
 li su
 tera
 fuct
 poss
 si &
 mec
 riqu
 vita
 effu
 man
 zelo
 ctat
 con
 fitat
 mag
 fuct
 tis s
 vest
 sequ
 long
 sub
 stan

in cruce vestitus & coopertus: voluit nihilominus
mori nudus, & corpore & pedibus, vt intelligere-
mus nos ante ingressum religionis relicturos non
solum vestes seculares, verum etiam proprias volū-
tates quæ ardent secundū B. Bernardum in inferno:
nam verus Minorita sic debet esse mortuus seculo,
vt est cadauer in sepulchro. Notate ô patres R. quod
sicut in bello & via omnes ducem sequuntur, in mari
gubernatorem, in schola magistrum, sic & in reli-
gione decet omnes suum legislatorem sequi, ac il-
li similes effici, necnon etiam antiquioribus & ve-
teranis patribus, qui vno corde, ac inueterata con-
suetudine, sacris illius vestigiis adhæserunt. Non
possum equidem ô amantissimi Patres mei Porthę-
si & Benedicti non vehementer dolere, quando
mecum cogito, atque animo reuoluo illorum an-
tiquorum patrum, rectissimam ac candidissimam
vitam nostræ prouinciæ, quam merito (non sine
effusione lachrymarum) dicere auderem pauperri-
mam & miserimã, cum sit destituta omnis virtutis
zelo, quantum ad suam regulam seraphicam spe-
ctat, dolendum quidem reor: prouincia quæ olim à
conciliis sacris, à parlamentis regalibus, ab vniuer-
sitatibus, à prælatis Ecclesiasticis, à potentatibus, ac
magnatibus, dicebatur sancta: propter probitatem
suorum ciuium: hodie nec sanctam, neque sanctita-
tis semitam nouerit, dici posse, imo vero, quæ nec
vestigia nec semitas ducis aut sanctorum comitum
sequatur. Fratres illius conciues plane videbunt, quæ
longe abierint à sacris semitis patrum suorum, si
subsequentes binas copias literarum concilij Con-
stantiensis & vniuersitatis Parisiorum legerint, illas

eo sine apposui isto in nostro manipulo vt clarior
videant quantum laboris sumpserint, & quanta op-
probria sustinuerint in principio reformationis li-
ue foundationis illius. Vix enim (ô colonne religio-
nis minorum) si quando Chronicorum nostrorum
partem 3. euoluo, lachrymas contineo, maxime vi-
dens in quantis lachrymis, ærumnis, & sanguini-
guttis fundata fuit illa misera imo miserrima pro-
uincia, quot fluctus contrarietatum inundauerunt
aduersus illos diuinos viros eius fundatores. Non
later paternitates vestras quomodo passim com-
pellebantur præsentias summi pontificis atque re-
gis Christianissimi adire, tumque Sorbonam siue al-
mam vniuersitatem Parisiorum. Miradum quidem
est, quomodo parui pendebant labores itinerum, &
voto sub Euangelico satisfacerent. Videbitis quo-
modo bis (vt in dictis Chronicis legitur) profecti
sint de prouincia simul cum fratribus prouinciarum
Franciæ Parisiæ ac Burgundiæ (quæ nunc dicitur
sancti Bonauenturæ) semel ad concilium Constan-
tense, & iterum ad Basiliense: Et id totum pro ob-
seruantia Euangelicæ suæ regulæ. Sed proh dolor
quam in vanum laborauerint, non pro seipsis, sed
pro nobis. Iam, iam, satis patet, maxime pro me mi-
serrimo abortiuo siue spurio ordinis: nam à die qui
ordo & prouincia inceperunt, nullus in ea fuit fra-
ter qui sic profanauerit ordinem, prouinciam, mo-
nasterium, & sanctum habitum religionis, sicut ego
quod me (ô reuerendissime ac illustrissime mi præ-
ses supreme) vehementer angit, vellem equidem
oculos meos in duos torrètes cõuerti, & cor ipsum
doloze rumpi, vt tot flagitia & toties commissa ex-

piare
pane
meu
tum
nem
rima
exim
& rec
fenu
stit. C
me p
(quæ
mod
nunc
non
tibus
lore
tas p
spre
R. P.
nostr
dem
sæpi
mo S
quæ
fusse
batu
sibi a
re au
cto,
fratr
priu

piarentur, totóque tempore vitæ meæ comedere
 panem meū in amaritudine animæ meæ, stratúmque
 meum die ac nocte lachrymis meis rigare. Hoc tan-
 tum in hac vita solatium vellem animæ meæ dari,
 nempe spem aliquam reformationis illius pauper-
 rimæ prouinciæ Galliarum: nam tandem ô Doctór
 eximie Porthæsi Deus cognouit signémur nostrum
 & recordatus est quod puluis sumus, & homo sicut
 fenum, & quod spiritus pertransiuit, & non substi-
 tit. Quando enim mecum recogito, ô reuerendissi-
 me pater, quod in omnibus prouinciis quas vidi
 (quæ non pauca sunt vt scit tua R. P.) est aliqua cõ-
 moditas vitæ, in qua pauperculus ac zelosus frater
 nunc possit votū emissum adimplere, & hoc solum
 non inueniri in Gallia, (demptis aliquibus conuen-
 tibus in quibus vtcumque seruatur) non paruo do-
 lore sum captus. Ah, quomodo sedet sola illa ciui-
 tas plena populo, quomodo amici conciuésque sui
 spreuerunt eam & conculcauerunt? O admodum
 R. P. Benedicti, alius quidem fuit zelus & spiritus
 nostrorū patrum, alia simplicitas & via. Mihi qui-
 dem grauissimum est meminisse verborum quæ
 sæpissimè audiui ab illo sancto sene fratre Guillel-
 mo Saulier (quem credo V. binas P. fatis nouisse)
 quæ erant in hunc modum, quando ego fili, habitū
 suscepi in hac sancta prouincia, nulla cella claude-
 batur claue, nec erat quicquam in ea quod frater
 sibi appropriaret. Putatisne fratres mei eo tempore
 aulos fuisse quicquam dicere suum? non profec-
 to, quia nec culter, nec coclear, nec crater erant
 fratribus peculiariter: eo quod erat eis nihil pro-
 prium. Tanta iterum dico in dicta prouincia splen-

debat paupertas, quod sui filij gloriabantur pen-
 tia illa, qua nunc verecundantur moderni sui fra-
 tres. Et interrogatus prædictus pius senex (qui mi-
 hi habitum & profelsionem dedit anno 1563. die
 29. Iunij) qua de causa illa misera prouincia
 tantam venerat perniciem, nihil aliud respondeba-
 t' suspirando, quam quod ierant fratres illius ad stu-
 dium Parisiense, vbi didicerant mores conuentua-
 lium fratrum: & cum erant litterati eligebantur &
 sic præficiantur domibus illius prouinciæ, & in-
 troducebant in eis mores prauos illorum fratrum
 à quibus didicerant. Huic rationi huius sancti vi-
 verba videntur consonare, quod ille sanctus fra-
 ter Ægydius (comes seraphici nostri patris) sol-
 tus erat dicere cum magna anhelatione spiritu
 paris, paris, quæ destruis asis, longè ante cogno-
 scens ruinam quæ superuentura erat toti ordini e-
 illo celeberrimo studio, quod non fundatum fuit
 tantis patribus exuberantibus obseruantia sui stu-
 tus, vtpote nunc inuenitur. Hoc planè patet i-
 chronicorum 2. libro: necnon in tantis optimis
 expositionibus regulæ conditis à priscis fundato-
 ribus regulæ: qui degebant tunc illo in studio val-
 de nunc deformato dolendum quidem: eo quo
 pessimè tunc tēporis, studētes, & minus præfides, a
 Doctōres; licentiati, bachalaureiq; illius studij no-
 tantū regulā suā seruāt: sed adhuc parui pendent stu-
 tuta tam celeberrima, prædicti conuētus & collegij
 irregularissimi facta à diētis priscis patribus, & qui
 fuere post à sancta sede approbata, necnon emolo-
 gata à curiæ parlamenti Senatoribus ac Præsidibus
 qui pollēt autoritate regia. Tamē ō reuerēdissim

ac illi
 cia T
 non v
 in ser
 mini
 inqu
 Dom
 mun
 virtu
 re, q
 qui e
 ueni
 Apo
 extir
 adhi
 rot n
 enim
 bus n
 xerim
 horu
 bene
 qui i
 tes in
 cupi
 euan
 pate
 bus
 re ill
 dign
 quan
 pro
 to. F

ac illustrissime, necnon reuerēde columnne prouin-
 ciæ Turoniæ pictauiensis si placet, animaduertite
 non videri ea de causa scientiam damnandam, cum
 in seipsa considerata, sit donum Opt. Max. ac Do-
 mini Dei nostri vtile quidem & necessarium Sed vt
 inquit illustris cancellarius vniuersitatis parisiensis,
 Dominus Ioānes Gerson cap. 3. libri de contemptu
 mundi præferenda est scientiæ bona conscientia, &
 virtuosa: & quia plures sunt qui student magis sci-
 re, quam qui student bene viuere, ideo plures sunt
 qui errant, & quibus fere nullum fructū inde pro-
 uenit. Si enim ô patres honorandi, ac lucernæ tanti
 Apostolici instituti, tanta adhiberetur diligentia, in
 extirpandis vitiis, & in plātandis virtutibus, quāta
 adhibetur in mouendis quæstionibus, non essent
 tot mala & scandala in populis & monasteriis. Et-
 enim in die iudicij non exigetur à fratribus minori-
 bus ratio eorum, quæ legerimus aut eleganter di-
 xerimus, sed eorum quæ religiose egimus. Vtinam
 horum vita & scientia conformes essent, nam tunc
 benedicerentur legisse & dixisse. Vah, quot pereunt
 qui incumbentes, & omne suum studium collocā-
 tes in scientiis, parum curant de Dei ministerio. Hij
 cupiunt extolli, potius quam humiliari: Et ideo
 euanescent in cogitationibus suis. His omnibus si
 paternitas tua reuerendissima, vna cum binis patri-
 bus prædictis, etiam sola, aliquantulū laboris amo-
 re illius, qui tot, tantōsque pro nobis suscepit, pati
 dignatur, vt spondisti per pientissimā Epistolam
 quam nobis direxisti, profecto facillimè medetur
 procellis quæ indies augentur isto in sacro institu-
 to. Recordeatur quæso eorum omnium quæ mihi

B



paternitas tua reuerendissima dixit parisiis postquã
 assumpta fuit ad cùlmen in quo nunc fœliciter se-
 des. tu quoque ô obstaculum hereticorum & bina
 præda Rupellésium memento, quanta sis perpeffus
 mala propter fidem, tum propter regem Christia-
 nissimum, tumque propter scismata & irregulari-
 tates conuentus nostri Parisiensis, quæ adhuc vigēt,
 non sine verecundia nostri tanti instituti. Etiam ô
 admodum R. P. Benedicte dupliciter, obsecro re-
 cordetur tua charitas eorum omnium quæ mihi
 Toleti regli Hispania ciuitate promissit, meminerit
 etiam vigiliarum omniumque orationum (quam-
 uis debiliũ) quibus deprecatus sum Deum nostrũ,
 ac seraphicum patrem Franciscum pro redemptione
 P. tuæ (quę tunc propter veritatem degebat
 in custodia mamortiniana) hoc vero sine vt tã pium
 desiderium, nec minus meritorium, demandares in
 lucẽ. Non reor P. Vestras R. pati pudorem eximiũ,
 itineribus Hispaniæ, Italiæque, videns tot fratres in
 diuersis prouincijs, recolletos, bene reformatos,
 excalceatos, Capucinos, qui die noctuque indefessè
 anhelant viam suæ professionis: quod ô pater reue-
 rêdissime ac illustriss. in prouincia nostra nõ vide-
 tur, dempto vno conuentu: Imo (quod peius est)
 obuiant eis qui tendunt ad reformationẽ illius, eos
 vocant hypocritas, scismaticos, singulares ac ambi-
 tiosos. Quoniam arbitrantur eos qui reformatio-
 nem dictæ prouinciæ petunt, id acturos propter
 fastidium quodnam habuerunt quando non fue-
 runt assumpti ad apicem prouincialatus in capitu-
 lo ambasiano, seu argentoniano. Non miror his,
 quia semper tristes excusationes querunt in pecca-

tis. Vt vero sciant V. P. R. me dictorum sanctorum Patrum relectorum, bene reformatorum, Capucinorum ac excalceatorum, quærelam & causam desponsasse, summam hic referam P. vestris virtutes ac sanctitatem Fratrum harum prouinciarum, quas in longa mea peregrinatione vidi: quamuis tamen quod si mihi essent centum ora siue linguæ, ac ferrea vox, non sufficerent ad ea explananda optime, & ita quod possem vulnerare corda mentesque eorum æmulorum, ad ea amplectenda. Igitur pro confirmatione & consolatione suprascriptorum verborum ac patrum (quos cupio esse nobis in memoria æterna) & ad stimulum horum qui relicto eius instituto, fratris Helix, olim generalis, id est, carnis suæ appetitus sectantur, aliqua hic referam, ad exemplum præsentium & futurorum, ut quæ dictanda sint exemplo, exhortantur debiles ad virtutem, & recti huius sanctæ regulæ professores confirmantur in suo vero proposito: ac dissoluti filij & sequaces fratris Helix olim generalis diuertentur à viis suis pessimis, pro iis quæ suo nomine egerint & perpessi fecerint. Quoniam vero aliqui pusillanimes possent fari, nos non posse vitam illorum in Galliis actitare, imprimis P. V. R. referam vitam vnius patris qui 80. obiit, die 3. Septembris, anno 1581. in monasterio Aue Mariano parisiensium. Etiam post eam describā aliam, vnius fratris nostri diaconi, qui 22. annum agens diem clausit extremum, in conuentu nostro parisiensi, omnium cum laude ac edificatione fratrum studentum. Dicitur P. erat à 50. annis officio prædicator vocabaturque F. Andreas Afinus, & merito, quia corpusculum

suum ita sub iugo Christi ductum edomauerat, v
 neque quotidianis ieiuniis, nec surrectione noctur
 nali, nec lotione staminearū, dormitione super pa
 leas, absque expoliatione, nautione orationum se
 litarum quæ in illo cœnobio aguntur, post officio
 completorij ac matutinarū, quamquā plenus die
 rum esset, vnquam indefessus inuentus fuerat, se
 potius ad altiora mouebatur. Quid de illius Zele
 maxime circa obseruantiam nostri voti dicam? nam
 etsi esset Frater transgressor ille aut Prouincialis,
 ue diffinitor, vel gardianus aut eximius prædicat
 utebatur cum omni humilitate, contemnēsque
 hominibus videri, correctione fraterna in eum
 tandem nō desistebat à suo incepto itinere, pala
 & non clām, eum accusabat Ecclesiæ. Si velle
 ô Patres honorandi vobis eius silentium probit
 tēmque morum, ac grauitatem illius incessus re
 cere, nunquam hæc pagina sufficeret, quia alter
 uus Antonius Ægyptius videbatur. Tandem cu
 dominus Deus eum inuisit vltima cum infirmitate
 gratia eum præmeandi ad ætherea magna cum d
 uotione vna cum Fratribus dicti cœnobij. 7. Pfi
 mos Pœnitentiales litaniāsque (dum ei daret
 Sacramentum sanctissimæ vnctionis) recitauit, po
 cuius susceptionem veniam cum omni humilitate
 suis confratribus postulauit: quiquidem non si
 lachrymis amittebant talem patrem, tantis virtut
 bus decoratum contemplabantur: quem piè ce
 seo regnaturum nunc in cœlis, secundum quod
 fuerat promissum, in emissionem suæ profession
 quam ad articulum vsque mortis laudabiliter se
 uauit, ita vt si fuisset frater ex Capucinatorum co

grega
 fuera
 ciscia
 naste
 reliqu
 ringia
 claus
 nij, &
 est vi
 conij
 non
 naba
 siensi
 tris,
 fuerit
 ter il
 vano
 men
 dicto
 uant
 frater
 huius
 taler
 uera
 quon
 nihil
 ieiun
 tus,
 ctor
 niar
 mut
 plat

gregatione. Hic beatus pater aliquando functus fuerat officio Gardianatus in cōuentu sancti Francisci de vire, & per decenniū confessariatus in Monasterio sanctæ Claræ de Argentan, in quo iacent reliquiæ Illustrissimæ dominæ Margaritæ à Lotharingia (cuius vitam cœlibem nostra in instructione claustraliū apposuimus) quæ olim Ducissa Alenonij, & postea soror professa dicti cœnobij, in quo est vna amitta & septem cognatæ fratris nostri diaconi, qui frater Ambrosius itinerarius vocabatur: & non abs re, quia totis viribus cœli iter aggredi conabatur: verum vt iuuenes fratres almi studij parisiensis melius acquiescent semitis huiusce beati fratris, videntes, seu intelligentes quomodo ille, licet fuerit veluti rosa vernans inter spinas (eo quod pater illius obierit hæreticus) interque dissolutos ac vanos fraterculos dicti conuentus educatus, tamen superno sibi assistente præsidio nec inter prædictos heteroclitos iuuenes fratres, post in obseruantiam sui voti abiit, nec tantum inter Magistros fratres sperauit in scientia acquisita, honoribûsque huiusce seculi, quin semper habuerit curam fructus talentorum quæ Christus Dominus commendaauerat necnō commiserat ei. Sed quia toto tempore quod degit inter dictos discolas (ex quibus multi nihil faciunt solutionem horarum canonicarum, ieiuniorum sectarum feriarum totius anni, aduentus, quadragesimæ, 4. temporum, ac vigiliarū sanctorum, contractionem nummorum, seu pecuniarum receptionem, dormitionem cum habitu, mutuam percussionem ac vulnerationem, contemplationem 4. finium hominis, misteriorum nostræ

redemptionis, necnō frequentationem Sacramen-
torum Eucharistiæ ac Pœnitentiæ, ceterarumque re-
rum (quæ decent probum fratrem Minoritem) sin-
gularem habuit curam soluendi sua promissa Deo,
quæ iubent prædicta adimpleri toto conatu, in me-
moriam æterna cupio eum esse hominibus, præsertim
dictis iuuenibus, vt facilius sciēt Christum vbiq̃
inueniri, regulamque & inter eos posse seruari
quamuis sint dicto in Conuentu obstacula nō pau-
ca querentibus Deum, via nostræ professionis. Mi-
rum quidem est (inquirebant præcipui patres stu-
dentes, ac Doctores dicti collegij regularis, saltem
nomine, quique mirabantur dicentes, præsertim
suus regens, qui vocabatur Magister Dauid) istum
iuuenem non maculari cum lapsu temporis, socie-
tate suorum sodalium. profecto (inquirebant) credi-
mus Dominū Deum, Seraphicumque patrem no-
strum, talem & tantum iuuenem, inter hos discho-
los iuuenes suscitasse, vt eis esset magisterium &
exemplar totius pudicitia. Cœpi ab aliquibus fra-
tribus fide dignis, qui secum quieuerunt in dormi-
torio iuuenum, illum per singulas noctes, super
grabato suo, coronam beatæ virginis Deiparæ
deuote recitasse, postquam se dederat orationi
mentali, qua vacabat nō sine magna lachrymarum
effusione. Verum quoniam placita erat Deo ani-
ma illius, properauit illum educere de medio tan-
torum iuuenum fratrum hæteroclitorum: raptus
que fuit ab hoc seculo tam traditore, in festo diui
Iacobi Apostoli, anno 1578. per me omnibus Sa-
cramentis susceptis, ne malitia mutaret intellectum
eius, aut ne dissolutio fratrum huius temporis de-

ciper
rus La
bere
tamen
næ in
& mi
rum
uerau
deba
nostr
vna e
est vi
cœno
ret re
solan
liqui
sui c
anna
toriu
mas
est M
lam
iuue
tas, M
quar
suur
truu
alia
quer
fia L
ram
Deco

ciperet animam illius. Hic iuuenis beatus, erat natus Lauallis, ex matre sancta, quia quamuis virum haberet hæreticum à quo multas patiebatur ærumnas, tamen semper constans fuit in fide Ecclesiæ Romanæ in qua obiit, semimartyr propter tot cruciatus, & miseram detestabilemque vitam mariti. Nec mirum si in finem vsque in pietate & iustitia perseverauerit, quia continue mater sua & socrus fundebant præces pro ea, apud maiestatem supremam nostri Dei, qui eis tantam gratiam largitus est, quod vna earum videlicet mater sua, intrauit & professa est vitam primæ regulæ sanctæ Claræ in Nanctensi cœnobio, etiã si esset quinquagenaria, & exuberaret redditibus annualibus quatuor millia aureorum solarium ad minus. Sed Christus socrum suam reliquitne inanem? non profecto. quia post obitum sui consortis à mane ad meridiem vsque, vt altera anna filia Phatuel, & à Vesperis vsque ad Completorium semper erat in Ecclesia fundendo lachrymas & præces pro se suisque filiabus, quarum vna est Monacha professa, sororum profitentium regulam dictæ diuæ Claræ, sub qua dictus beatus noster iuuenis habebat ad minus inter cognatas & amittas, Materterasque quindecim consanguineas, quæ quamplurimum planxerunt infortuitum obitum suum: quem etiam sensit multum suus patruus Carthusiësis, qui vocatur eodem nomine, nõ alia de re nisi propter expectationem tanti iuuenis, quem omnes credebant fore quid magni in Ecclesia Dei: pro cuius consolatione hinc quæ vidi referam, inter fratres regnorum quæ peragraui. Igitur Deo assistente incipiam promissa, vt nam vnusquis-

que sciat tempus non efficere prauos homines se
 è contrario esse, eoquod omni tempore Deus por
 rigit suas diuinas manus, hominibus gratiam suam
 quærentibus, & non abutentibus ea. Estote ergo
 patres honorandi bonæ voluntatis, attentique hi
 sequentibus, si quæ fructum vultis hinc acquirere,

CVM primum sum ex Gallia profectus, peru
 ni in Hispaniam, ad insignem Prouinciã sancti Ga
 brielis, & in monasterio sanctæ Margaritæ prop
 Ciuitatem Xerez de Badaios sito, primò habitau
 vbi Deo Opt. Max. dante, educatus fui tali nutri
 mento, quale mihi valde opus erat, (Scio enim pa
 ternitatem vestrã forsan hoc non latere) adeo enim
 eram dissolutus, parum religiosus, moribus mile
 potius quam monachus apparebã: Sed diuina pro
 uidentia, me sub tali Gardiano constituit, qualen
 mihi expedire nouit. Hic enim licet iã senex, & in
 longæuus vt nullos haberet dētes, pilique eius om
 nes albescerent, tamen asperrimum cilicium, visu
 que horribile portabat, nudis etiam pedibus am
 bulabat, Ille verò hæc eadem faciebat. Insuper ma
 gister meus absque vllò lecto, humi super nudam
 tabulam cubabat, adeoque erat orationi deditus, v
 die ac noctè dum per tempus liceret illi vacabat
 vnicaque veste utebatur, & omnes fratres illius co
 nobij, nudis pedibus incedebant, Iam per aliquod
 tempus, in hac sancta Prouincia eram demoratus,
 cum Prouincialis electio facta est, in qua electus
 fuit in prouincialem Ministrum, antiquior in susce
 ptione habitus totius prouinciæ, (mirabile dictu)
 ipse pedestris visitabat totam prouinciã, quæ ultra
 trecēta miliaria protensa est: fluuios tempore hye

mis pe
 ad mo
 tinis a
 tum p
 Gardia
 popul
 ribus,
 bus ad
 diurni
 per ab
 & per
 tamen
 vacab
 ad ob
 steriu
 quenc
 tatis e
 est m
 discip
 Hic s
 ciliciu
 quad
 vescel
 cam
 Omn
 conlo
 bus E
 plo al
 initia
 ne, nu
 rò qu
 cōsec

mis pedestris transibat, & licet serò defessus valde, ad monasteria deueniret, nunquam tamen a matutinis aberat. hic sanctus senex misit me ad Conuentum prope oppidum de Albuquerque, in quo erat Gardianus quidam diuini verbi prædicator, & licet populus distaret à monasterio quasi duobus miliaribus, & concionaturus esset, nihilominus omnibus aderat horis canonicis tam nocturnis quàm diurnis. nudis pedibus ambulabat, ferè à vino semper abstinebat. etiam erat ibi quidam frater, Ianuæ & penuariæ præpositus, qui licet esset valde senex, tamen nudis deambulabat pedibus, orationi adeo vacabat, vt vbiq̃mque ipse posset, orabat. Postea ad obedientiæ meritum misit me ad aliud Monasterium, ad oppidum de Saluaterra, vbi etiam sum quendam adeptus Magistrum religionis & sanctitatis exēplar, adeo vt si mihi disciplina deesset (quæ est mater religiosi, vt ait Sanctus Bonauentura in disciplina Nouitiorum) nullo iure queri possem. Hic sanctus frater, vnica tantum utebatur tunica, cilicium ferè semper deferebat, in aduentu & in quadragesima ter in hebdomada pane & aqua solū vescabatur, semperque rationi vacabat. Quid dicam de illius charitate erga hospites & infirmos? Omne siquidem studium in illis ministrandis & consolandis consumebat, seruata semper in omnibus Euangelica, sanctaque paupertate, cuius exemplo aliqui iuuenes, nondum dignitate sacerdotali initiati, eadem vitam tam in cilicio, ieiunio, oratione, nuditate, abstinentiâque ducebant. Ieiunium verò quadragesimæ (quam Christus suo sacro ieiunio cōsecrauit) semper obseruabat, quod quidem ieiu-

niū obseruari vidi à multis fratribus excalceatis in illis regnis Castellæ, & Portugalliæ, nec solum in Hispania, sed etiam in Italia vidi aliquot monasteria, vbi omnes generaliter illud obseruabāt, præsertim inter Capucinos. In sex etiam aliis monasteriis fui, vbi erat consuetudo, quod omnes qui poterant in Quadragesima & Aduētu, ieiunabant ter in hebdomada, solo pane & aqua contenti, nudis pedibus omnes generaliter incedebant. Vixi in monasterio vbi omnes generaliter à minimo ad maximū vsque ter in hebdomada pane & aqua sola viscebātur, scilicet in quadragesima & aduētu: excepto fratre qui colebat hortum, quem propter nimium laborem Guardianus nō patiebatur sic ieiunare, sed iis diebus dabatur ei aliquod olus coctum. Hoc monasterium dicebatur Sancta Maria de Angelis, situm inter asperissimos montes, longe ab omni oppido, & domibus tribus miliaribus. hic notādum est quod Capucini & excalciati non permittūt seculares eorum hortos colere, sed ipsimet faciunt & ientacula sibi parant coquos agunt, nec alios seculares ad id admittunt. In ollis abluendis & scutellis hic ordo seruatur, qui Missam celebrauit conuentualē, illa die ipse abluat, cæteri verò religiosi præstāt ministeriū tā manualiter quam vocaliter recitantes Psalmum, Miserere mei deus secundum magnā misericordiam tuam. De profundis: cum tribus orationibus scilicet Deus qui inter apostolicos, Deus veniæ largitor. & fidelium. finitis orationibus vnusquisq; eorum debet recitare. Pater noster, & Aue Maria pro illo qui prædium parauit. Quæquidem sancta & laudabilis consuetudo, nedum in tota viget Hispania, verū etiam

inter C
in ciui
uantia
ctum c
fuerat
erant v
nex lau
cœnob
nerant
suam p
erat co
tra tre
mona
omni
me ed
ciuita
in ead
qua h
fratre
gemit
ter era
sterij
panne
sine c
partil
longu
uenes
In qu
tium
iuuen
nam
su: ex

inter Capucinos Italiae, & obseruantes, vnde ego vidi
in ciuitate Cordubae, in monasterio quodam obser-
uantiae, Gardianum quendam senem, aetate confe-
ctum qui bis officio Prouincialis ministri functus
fuerat, illius Prouinciae Beticae, in quo quidem erant
erant vltra septuaginta religiosi, praedictus tamen se-
nex lauabat ollas & caetera huiusmodi, quae in dicto
caenobio numerosae erant: dicebatur etiam de illo ve-
nerando senes, quod fere semper pedester visitasset
suam prouinciam, & si forsitan defessus de via, paruo
erat contentus asello, licet prouincia esset longa vl-
tra trecenta milliaria, haberetque vltra octoginta
monasteria, Eximium hoc esset exemplum ministris
omnibus meae miserae matris, cuius imperfectionem
me edere Deus auertat. Aliud etiam vidi, in dicta
ciuitate & monasterio, quod referam. Vidi inquam
in eadem camera cum quadam nocte cubarem, in
qua hospites receptantur, iam multa nocte quandam
fratrem genuflexum in profunda oratione, cuius
gemitus & suspiria, vt audiui & vidi refero. Hic fra-
ter erat Gardianus fratrum Recollectorum mona-
sterij Sancti Francisci de Montilla, amiciebatur
panno aspero & vili, habitu breui & valde stricto,
sine calceamentis. Alios multos seruos Dei vidi in
partibus Hispaniarum, quos nominatim recensere
longum esset, sed particulariter hoc addam, vt iu-
uenes nostrae prouinciae hinc sibi exempla sumant.
In quodam monasterio regni Castellae, per spa-
tium octo mensium degi, vbi vidi tantam seruorum
iuuenum deuotionem, vt se inuicem ad discipli-
nam & flagella prouocarent, amore dilectissimi Ie-
su: ex quorum corporibus tantus sanguis effluebat

vt septennero verborum vestigia impressa rem-
 nerent. Quid de eorum ieiuniis, & abstinentia re-
 ram? tempore æstiuiali, licet ieiunia obligatoria tu-
 la essent, ipsi tamen ieiunabant, tempore vero hy-
 mali quam pluries solo pane & aqua ieiunantes v-
 scabantur. In alio cœnobio, vidi pro lectis tabulis
 pro cervicalibus autem alij libris, alij vero lig-
 vtebantur, eorum facies abstinentiam & austeri-
 tem sanctorum patrum Ægypti & Palestinae re-
 rebant. Et tamen licet aliquantulum prolixus P.
 videar, tacere nequeo cuiusdam mei Gardiani, &
 lius ianitoris sanctitatem præterire. Primum qui
 ipse Gardianus quadraginta erat annorum, septem
 annos versatus in religione, propter eximiam sa-
 ctitatem suæ vitæ, ad hoc fuit munus adsumptum
 Humanarum litterarum ignarus quidem erat, sed
 sapientiæ diuinæ peritissimus, in oratione ad
 erat assiduus, vt nusquam, alium viderim similem.
 Post horas matutinas, nunquam, vel raro ad ce-
 lam redibat, semper in choro orans manebat, horum
 Canonicis semper intererat, licet esset defatigatus
 (nisi infirmitate esset nimis grauatus.) In altari, ma-
 xima vtebatur deuotione, vnica tantum veste op-
 riebatur, eadēque semper ab aliis fratribus re-
 cta; nudis incedebat plantis, nunquam galero vte-
 batur tempore æstiuiali aut pluuiiali, etiāsi rus esse
 profecturus vtebatur pro tunica & subucula, du-
 bus tantum ciliciis; lectus eius erat tabula super te-
 ram, cervical ipse paries; cibus eius erat aliquod
 lus, nam fere per totum annum ieiunabat, raro ca-
 nibus vel piscibus vtebatur; potus illius erat aqua
 pura, & rarò vinū admittebat. Alia possem plurimū

de illi
 ferre, se
 mus. In
 ferre p
 quētia
 cum d
 audieb
 rem ea
 esset p
 sempe
 immil
 gna vi
 ne, po
 gallia
 calcia
 bus n
 nue o
 Simul
 agere
 me co
 mihi
 nitati
 virtut
 miam
 P. rec
 labor
 imita
 protr
 ne pu
 cum
 que s
 aliqu

de illius sanctitate, paupertate, & abstinentia referre, sed hæc sufficiunt, si eius vestigia imitari velimus. Idem quod de Gardiano retuli, de ianitore referre possem: hic prædictum etiam orationis frequentia, & charitate erga pauperes antecellebat, qui cum de suo dulcissimo Iesu aliquem colloquentem audiebat, illius anima flagrabat, cui Deus peculiarem eam infuderat gratiam, vt omne suum studium esset proximos prouocare ad sui creatoris amorem, semper in suis colloctionibus aliquod spirituale immiscebat. Alia multa mirabilia, memoriæque digna vidi in illa sancta ex calciatorum congregatione, per totam Hispaniam tam in Castellæ, Portugalliæ, & Aragoniæ regnis & non solum inter ex calciatos, sed etiam obseruantes, cum quibus diebus non paucis demoratus sum, attente & continue obseruans eorum & vitam & cōuersationem, Simulque admiratus, videns illos, angelicam vitam agere, inter quos laudes eximias Deo canebam, qui me eorum consortio indignum adduxerat. Prius mihi (R. Pater) vitalis spiritus deficeret, quam paternitati tuæ reuerendissimæ referre possem ad vnum, virtutes omnes, quas ibidem esse perspexi & eximiam vitæ sanctitatem quam ipsi actitant: Qua R. P. rectius esse duxi hanc meam scripturam eorum laborum exemplis adornare, qui alios ad eorum imitationem inuitare possent, quam rudi sermone protrahere; Hoc tamen te R. P. vehementer orone putes me his scriptis inferere velle mendacium, cum perspicuum sit & manifestum, quod vbicunque sit mendacium vel fictio aliqua, ibi vtilitatem aliquam consistere non posse. quare ad institutum

rediens, cœptaque persequens etiam virtutes nat
 bimus fratrum Capucinatorum Italiae, qui dici po
 sunt Hispanos imitari, quos qui rectè depinger
 eorumque vitam referre voluerit ad Chronicoru
 beatissimi patris nostri primam partem recurrere
 oportet, & memoriae mandet vitam illorum pri
 rum patris nostri sociorum, & talem etiam eoru
 esse credat.

SENI S, primum eorum monasterium vidi (qu
 quidem erat ita pauper & humile, vt nullum fal
 gium haberet, (sicut monasteria nostra, quæ qua
 doque habent quatuor, vnū super alterum, & p
 tius potentum Principum domus, quam pauperu
 ædes dici possunt) cuius omnes fratres ieiuniū qu
 dragesimæ, S. Michaëlis à patre nostro seraphi
 adinuentum, antequam Christi reciperet stigma
 obseruabant. Non erant illis granaria, aut cellæ
 naria, sed victū & potum ostiatim per singulos di
 quærebant, & mendicabant, & generaliter in o
 nibus Capucinatorum prouinciis, (quæ decē & od
 vel viginti sunt in numero.) Non petunt triticū,
 multum reseruandum, sed vt veri viri Euāgelici, c
 gitatum suum iactant in Domino, qui eos abūda
 ter enutrit, iuxta ipsorum desiderium quod est, n
 transire limites sanctæ paupertatis, quam ipsi vn
 nimiter æquo animo amplectūtur, prout veri & l
 gitimi filij tanti patris. Cum illorum monasteriu
 Romæ vidi, valde sum admiratus, Nam licet aliis l
 cis eorū domus sint exiguæ, mirum est tamen quo
 tam paruā domū sibi elegerint Romæ atq; const
 xerint, Nam & si in ea sint centū religiosi, tamen
 monasterij speciem refert, sed potius alicuius sp

lunca,
 chore
 coleba
 Nam
 spiritib
 carnes
 eorum
 paleas
 vestitu
 ciliciu
 non so
 raliter
 vidi in
 terris
 totam
 tam tr
 spes) a
 cum e
 tauit e
 ctu Ve
 suæ in
 subuc
 fuit, qu
 rum in
 ram? N
 carnes
 non in
 ex lign
 eorū r
 23. me
 tres cu
 quid p

lunæ, ad instar illorum sanctorum antiquorū Anachoretarum, qui olim deserta Syriæ vel Thebaydæ colebant, vitam pauperrimam ibidem actitantes. Nam cū ibi ad cœnam, cum aliis accumberē hospitibus, nihil fere cibi, apud eos repertum fuit, non carnes, non oua, aut aliquid piscium. Quid tibi de eorum cubilibus dicam? Omnes generaliter super paleas iacebant, cū aliqua paupere veste, eorū enim vestitus est paruus habitus, ex panno vili & aspero, cilicium potius quam vestis dicendus. Hæc omnia non solū sic seruantur in illa domo, sed etiam generaliter in omnibus monasteriis eorum. Nam ego ita vidi in Prouinciis Tusciæ, Marcheanchonitanæ in terris Venetorum, & Genuētium, & generaliter per totam Lōbardiam, & quia ego per aliquos dies motam traxi in prouincia Romandiolæ (tanquam hospes) aliqua eorum quæ ibidem vidi, referā. Primò cum essem Bononiæ in quodam monasterio, ægrotauit eorum Minister generalis, qui erat senex, aspectu Venerabilis, prolixa & alba barba, qui per totū suæ infirmitatis tempus, nūquam habitū exiit, nec subuculam induit, nec in cubili syndone linea vsus fuit, qui modus seruatur generaliter in curandis eorum infirmis, quid de ipsius monasterij inopia referam? Nam licet in eo essent triginta fratres, quando carnes erāt assandæ, ex iussu Medicorū pro infirmis, non inueniebatur domi veru, quo affigerentur, sed ex ligno sibi cocus conficiebat. Quid vobis R. P. de eorū referā lectulis? nisi, quod in tota prouincia (quæ 23. monasteriis constat) nūquam vidi vltra duas vel tres culcitrās ex lana, pro infirmorum ministerio, quid plura? Cū essem in eadem prouincia, eorum

generalis, venit ad ciuitatem Imolei, vbi tunc tēp
 ris erat quidā Gardianus, qui zelo charitatis acco
 sus, lectulum strandum cum quadam culcitra p
 generali sene & infirmo curauit, quòd vt ille inte
 lexit, mox iussit culcitram auferri, & Gardianū te
 quam de scelere commisso reprehendit. Item cō
 apud eosdem degerem, in ciuitate de Forlirio qu
 dam die illuc aduenerūt duo venerabiles religio
 senes, & longæui, qui etiam eidem præfuerant co
 gregationi. Et tunc temporis longum fecerant (q
 destres) iter, nam veniebant ab abuernæ sacro me
 te & tempus erat laboriosum, nempe mensis A
 gustus, nec tamē pro eorum refrigerio, aliquid c
 domi inueniebatur, nisi tantum panis, oleum, &
 lera, quibus præses subuenit, caute mittēdo frat
 qui aliquid quærerent ostiatim. quid de eorum
 feram humilitate, nam toto tempore, quo ibi fi
 runt, nunquam sine præsidis licentia, & benedicti
 ne cibum sumere voluerunt, aut aliud quid face
 Sed nec aliorum prælatorum virtutes in hac pa
 reticere oportet, maximè vt nostræ miserrimæ pr
 uinciæ prælati præesse discant.

IN ciuitate Rauenne, fui cum quodam Gardia
 adeo humili, vt ipse hortum coleret, eleemosyna
 & cibum pro toto quæreret monasterio, ipse cib
 condiret & præpararet, vnico & simplici habitu
 datus, sæpius solo pane & aqua ieiunabat, frequen
 ter orationi vacabat, Ingens enim labor est im
 fratres istos Capucinos, necessaria postulare osti
 tim de die in diem: Nam inter alia, etiam quæru
 omnia ligna ostiatim, quæ pro cibis præparant
 sunt necessaria, sicut cætera omnia cibaria, nec e

soliti s
 vel ou
 tudine
 nium
 Domi
 mona
 fabaru
 hoc fra
 latitia
 prouin
 que n
 quam
 sterij,
 per pr
 accub
 aliud
 Hispan
 erant
 fratres
 rum c
 pter e
 ueniel
 syncer
 cut ve
 nostri
 apud
 huius
 regni
 domi
 Amen
 Esur
 fol

foliti sunt petere aliquid carniū, aut pisciū, casei,
 vel ouorum, pro fratribus qui bona gaudent vale-
 tudine, quare cum apud eos essem, in die festo om-
 nium sanctorum, nihil carniū domi reperiebatur.
 Dominica quinquagesimæ fui Bononiæ, in eorum
 monasterio, nec tamen aliud pro cibo, quàm offa
 fabarum pro prandio erat paratum, nec tamen ex
 hoc fratres contristabantur, quinimo maxima cum
 lætitia tales dies pertransibant. In eadem Italiæ
 prouincia fui cum Gardiano fratre laïco, per quin-
 que menses, cuius humilitatem reticere nequa-
 quam ratus sum, nam licet esset præses insignis mo-
 nasterij, tamen inter omnes videbatur minimus: sem-
 per primus erat in labore, nec vnquam sessione aut
 accubitu iuuenes clericos precessit subditos, erat
 aliud mirandum, nam licet essent in illa æde, Itali,
 Hispani, Lusitani, Sardi, Germani, Galli, ita tamen
 erant vnitæ & conuersatione conformes vt vere
 fratres vterinos crederes, Ego (licet immeritus) eo-
 rum confessionibus audiendis deputatus fui (pro-
 pter exuberantiam idiomatum) & sæpius non in-
 ueniebatur absolutionis materia, tanta erat eorum
 synceritas & bonitas. verè quidem videbantur, si-
 cut vere erat, filij Germani illius Seraphici patris
 nostri, quem humiliter nobis deprecor sedulum
 apud diuinam clementiam patronum, vt nostrum
 huiusmodi institutum laudabiliter consummantes
 regni cœlestis mereamur hæredes fieri. Præstante
 domino nostro Iesu Christo, æterni Patris filio.
 Amen. Vale fœliciter ô decus Minorum.

Esurientes impleuit bonis. Luc. I.

C

*Frater Tuo Magistri Candido ac deuoto
Lectori, S. P. D.*

Spiritus sancti gratia tibi adsit, Candidissime Lector: suoque splendore ac lumine, cor tuum lustret & accendat, quocirca non iniquo animo potius grato & placido corde opusculum hoc accipias quaeso. Si voluminis rationem habeas, exiguum quidem opus, si verò rem ipsam paulo attentius conspicias magnum mihi crede iudicabis. quoniam quod in eo continetur seruantibus gloriam, negligentibus verò pœnam minatur. Id ipsum igitur legas, vt ea, ad quæ professio votumque tuum restringunt, scruteris & intelligas. Libellus enim noster, labore non modico ex non paucorum doctissimorum & sapientissimorum virorum scriptis excerptus est, vt videre fas erit. hūc igitur sedulo, summoque studio perlegas, non sciendi causa (tantum vt plerique solent, sed vt verus Christi seruus, fidelius suis præceptis obedias, & sancti Seraphici patris nostri Francisci vestigia atque consilia secteris quæ quidem facile, hîc atque compendiosè continentur. Licet autem verba transposita quâdò que mutata reperies, sensus tamen ac substantia rei, quam mutatur, quod quidem consulto factum est vt omnes tum docti, tum rudes atque indocti, eos possint, & ideo simpliciori, atque communiore fieri potuit idiomate, hoc egi, vt omnibus inseruam sermo rudis (inquit B. Hieronymus) vsque in cor penetrat, politus autem pascit aures. quid prodest clauis aurea, si aperire quod volumus, non

quit? a
do nihil
est? C
Gallis,
nationi
quam
tum, &
fuissem
ris nati
non no
que on
admod
bi mut
re. Sci
thoren
gariun
dacij a
quod si
hil pro
Pater
charita
res & (v
scias ei
se. quo
ueris, n
& max
dis cor
ne sati
consta
eam qu
di? Pr
quid su

quit? aut quid obest ferrea, si hoc potest? quando nihil querimus, nisi vt id pateat quod clausum est? Quoniam verò latinus sermo, & Hispanis, Gallis, Germanis, atque Italis, omnibus etiam nationibus est notus & familiaris, potius latinum quam quemuis alium elegi. Nam si aliquod priuatum, & aliud à latino, genus loquendi sequutus fuisssem (veluti potuisssem) merito siquidem cæteris nationibus conquerendi locum reliquisssem cum non nobis solum, aut patriæ, ac genti nostræ, sed æque omnibus Christi fidelibus nati simus. Et quemadmodum vnus eiusdémque corporis membra sibi mutuam dant operam, ita & nos debemus agere. Scias autem velim me non huius tractatus auctorem, sed tantum compilatorem vel potius plagiarium profiteri. Si enim secus dicerem, mendacij accusandus venirem. Nihil enim meum est in eo quod si quidpiam tale sit, adeo exiguum est, vt nihil prorsus ducendum sit. Quemadmodum autem Pater noster Seraphicus, summo amore & maxima charitate suæ regulæ sectatores eiusdémque cultores & (vt sic loquar) obseruatores amplectabatur, ita scias eiusdem transgressores nõ minus ei displicuisse. quod si igitur eius rei conscium te aliquando noveris, ne te quæso pigeat, seriam agere pœnitentiam & maximo cum mœrore atq; animidolore & cordis contritione, peccata confiteri, de hisque plene satisfacere, cum firmo proposito, & animi constanti deliberatione, deinceps recto tramite, eam quam sancti patres tenuerunt viam ambulandi? Precor etiam, vt æqui bonique consulas quicquid suadeo, nam parum tibi proderit imposterum,

feruare ea, quorum te præfens obligatio cogit, fi de præteritis pœnitentiam egeris peccatis, & fumma diligentia expianda cures, vt omnibus Chrificolis moris eſſe ſolet, & hoc à plerifque pœnitentiſſimæ vitæ religioſis factum eſſe agnoſco, & conſuetudine quadam, aut vt aliis viderentur obligatione ſoluti, ſed præmiſſo maximo ſuæ conſcientiæ examine, & maximo vitæ antea actæ purgatione, lachrymis genas ſibi irrigantes, vultu triſte pallido, maximum animi languorem & mortificationem indicantes, denique tanta ducebantur præteriti lapſus, & erroris pœnitentia, vt Petro pœnitenti æquari merito poſſent. Rauennæ (quæ ciuitas Metropolitana eſt romãdiolæ) virum quendam religioſum (cumque ex fratribus qui vulgo de familiaria aut de regulari obſeruantia dicuntur) noui ad Capucinos ſeſe contulerat, vt regulam ſuæ pœnitentiæ ſtrictius ſeruaret, is cum aliquando libellum quendam regulæ noſtræ interpretationem continentem (cuius author fuiſſe fertur Pater Branlinus) legeret, tâta ductus fuit pœnitentia ex recitatione præteriti lapſus, & trãſgreſſionis ſui votum tres meſes, tum in diſcutiendis, tum etiam in ſcribendis præteritis erroribus antequã in numerum fratrum Capucinorum aſſumeretur, conſumpſit, vt ſic veterem Adam exuendo, nouus fieret Chriſtiamiles. O fœlix, ter quaterq; beatus, qui ſic ſe gerit, quot ſunt hodie fratres religioſi, qui vt ſecularium hominum confeſſiones audiant, & quomodo ſibi ſubuenire poſſunt die noctuque caſus conſcientiæ & alios huiuſmodi libros perlegunt? & de aliis peccatis ſolliciti, propria obliuiſcuntur: & ita in

cauſa c
volunt
modo
quam
nus eri
tem co
re igit
medic
præſter
præſec
ta con
iniunx
to tan
operis
quare
omnin
ſumpſ
propo
his qu
ius le
mulos
qui ne
turbe
ſant,
ſanter
pulus
ment
laude
que r
refrig
vero
gioſo

causa cum cœcutiant, in aliena perspicaces videri volunt. Sed qui seipsum regere non potest, quomodo aliis salubria dabit documenta? qui sibi nequam (inquit sapiens Eccl. 13.) quomodo aliis bonus erit? Periculosum haud dubie est ei suam salutem committere, cui nulla de semetipso cura est, iure igitur homines huiusmodi, illud audire possunt medice cura te ipsum, nam si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in errore versabuntur, sæpe enim præfectus meus, sui officij & muneris inscius, multa contra proprium votum & professionem mihi iniunxit, qui quamuis ignorantia id faceret, à peccato tamen non erat immunis, vt primo capite huius operis ostendetur, idem quóque de aliis iudicium, quare cum in aliis scientiis versati sint, absurdum omnino quæ suæ professionis sunt nescire. Hinc sumpsi occasionem huius opusculi edendi vt rerum propositarum lumen exhiberem iam professis, & his qui aliquando tales sunt futuri, Porro ne ab huius lectione deterrearis propter conscientiaë stimulos, quos subiturus es legendo, vt multi solent, qui ne animæ suæ quidem quietem (vt dicunt) perturbent, quæ professionis suæ sunt, audire recusant, & sic Christum ad ostium conscientiaë pulsantem, respuunt, Et vt bono iure dicatur manipulus cordigerorum apposui multa non parui momenti. videlicet priuilegia nostro ordini concessa, laudes & praxes orationis & officij canonici aliaque multa vt patebit: & hoc ad bonorū fratrum refrigerium & consolationem spiritalem egi. Si vero quis, odio quodam vel inuidia aduersus religiosos, me hunc libellum produxisse dicat, quo-

niam secularibus passim eum legentibus innotet, eos aliter viuere quàm deceat, nec suæ professionis seruare legem, & sic potius scandalum quam ædificationi fore, Respondeo, si vllus accusandi videatur locus, potius sancti patres (quorum scripta huiusmodi doctrina referta sunt) accusandi erunt, vtpote Clemens quintus, Nicolaus tertius, qui ambo regulam sunt interpretati, & eam iuri canonico inseruerunt, sanctientes vt publicè in scholis, eorum interpretationes legerentur. Quoniam niam cuique Christiano, & potissimum viris ecclesiasticis & religiosis, semper studendum est quomodo Christo possint placere, exequendo quod sunt sui muneris. huic opusculo breuem quendam & compendiosam religiosorum doctrinam addidimus, ex qua quæ ad perfectionis gradum conducunt, facillè intelliges: quo verus & fidelis Christi seruus, suos debet dirigere in Deum conatus. Duo autem me ad hanc doctrinam producendam impulerunt. Primum, quia cùm essem in Italia, mihi indigno cuiusdam monasterij iuuenis cura fuit demandata, quæ res non paruo dedecore mihi extitit, & est adhuc, quotiescùnque animo reuoluo doctorem seraphicum B. Bonauenturam de doctrina nouitiorum, & statuta prouinciæ sancti Gabrielis fratrum excalciatorum (Sic enim vulgè appellantur, eò quod nudis plantis incedunt) Et cùm me, iis omnibus (qui veri religiosi sunt) destitutum intuerer, videlicet illa disciplina (quæ est tanquam lac, quod religionem ingredientibus sugendum proponitur) durum onus sarcinamque asperam vel difficilem (vt verum fatear) mihi imposi-

tam sta
merito
Bonau
quiqu
contin
regula
uant a
seruer
Et qua
ferat:
boris
& are
cat vu
troni
quan
oues,
gioni
tegrit
vota
bean
volun
Deus
spirit
tis, q
Omni
nit
sapien
ter, &
tem
ferri

tam statim noui. Alterum est, vt fiam particeps
 meritorum eorum qui hanc doctrinam à sancto
 Bonauentura prædicto æditam, sequuturi sunt,
 quique sancta consilia & cæremonias (quæ in ea
 continentur) seruabunt, & licet, ex cæremoniis,
 regulæ perfectio haud constet, multum tamen iu-
 uant ad eam assequendam, quæ si cum deuotione
 seruentur, merito non carent maximo coram deo.
 Et quamuis arboris cortex, per se fructum nullum
 ferat: est tamen veluti arx & propugnaculum ar-
 boris frugiferæ, quo sublato, arbor statim flaccescit
 & arefcit, quamuis etiam sepes vineæ, nullas produ-
 cat vuas, tamen ne hæc à feris deuorentur, neue à la-
 tronibus diripiantur & asportentur, subsidio est,
 quandoquidem septa ouilis, ne à lupo deuorentur
 oues, obstaculo sunt. Ita statuta & cæremoniæ reli-
 gionis eiusdem diurnitatis causa sunt. Si igitur in-
 tegrîtatem & dignitatem pristinam sortiri velimus,
 vota nostra seruemus, & charitatem ad inuicem ha-
 beamus, ac semper orationi instemus, hæc est enim
 voluntas dei, sed scire debemus quod spiritus est
 Deus, ideo quicumque adorant eum, oportet vt in
 spiritu & veritate id faciant. Petite igitur & accipie-
 tis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.
 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inue-
 nit: & pulsanti aperietur. Quocirca si quis indiget
 sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluer-
 ter, & non impropert, & dabitur ei: Postulet au-
 tem in fide nihil hæsitans. Vale, Deum pro me mi-
 ferrimo exoraturus.

*Sequitur epistola perutilis Seraphici patris
 nostri Francisci.*

IN nomine sanctæ Trinitatis & summæ vnitatis
Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

REVERENDISSIMIS & multum dilectis fra-
tribus vniuersis, generali Ministro ordinis mino-
rum domino suo, & cæteris ministris generalibus
qui post eum erunt, & omnibus ministris & custo-
dibus, & Sacerdotibus fraternitatis eiusdē, in Chri-
sto humilibus, & omnibus simplicibus, & obediēti-
bus, primis & nouissimis, frater Frācisus homo vi-
lis & caducus, vester paruus seruus: salutē in eo quod
redemit & lauit nos in sanguine suo. Cuius nomen
audientes, adorete eum cum timore & reuerentia
proni in terra: Dominus Iesus Christus altissimi Fi-
lius, nomē illi, qui est benedictus in sæcula. Amē. Au-
dite domini, filij, & fratres mei, auribus percipite vo-
cā meā: inclinate aures cordis vestri, & obedite vocī
filij Dei: Seruate in toto corde vestro mandata eius,
& consilia eius perfecta mente implete. Confitemini
ei quoniam bonus, & exaltate eum in operibus
vestris, quoniam ideo misit vos Deus, in vniuerso
mundo, vt verbo & opere, detis testimonium vocī
eius & faciatis scire omnes, quoniam non est omni-
potes, præter eū. In disciplina & obediētia perseue-
rate, & quę promisistis ei bono animo, & firmo pro-
posito adimplete, tanquā filiis se offert nobis domi-
nus Deus. Deprecor itaque omnes fratres, cum os-
culo pedum, & cum charitate qua possum, vt om-
nem reuerentiā, & omnē honorē, quantūcūque po-
teritis, exhibeatis corpori & sanguini domini nostri
Iesu Christi, in quo quę in cælis & quę in terris sunt,
pacificata, & reconciliata omnipotenti deo. Rogo
etiam in domino, omnes fratres meos Sacerdotes,

qui sunt & erunt, & esse cupiunt altissimi, quod
 quodocunque voluerint Missam celebrare, pure
 faciant cum reuerentia, verum sacrificium sanctissi-
 mi corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Chri-
 sti, sancta & munda intentione. Non pro vlla re ter-
 rena, neque timore, vel amore alicuius hominis,
 quasi hominibus placentes. Sed omnis voluntas,
 quantum adiuuat gratia omnipotentis, ad eum di-
 rigatur, & ipsi soli Deo summo tantum placere, de-
 sideretis. Ipse solus ibi operatur sicut sibi placet
 quoniam sicut ipse dominus dicit, hoc facite in
 meam commemorationem, si quis aliter fecerit,
 Iudas traditor efficitur, Recordamini fratres sacer-
 dotes, quoniam scriptum est in lege Moyse, quo-
 niam transgredientes in corporalibus sine vlla mi-
 seratione per sententiam domini moriebantur,
 quanto maiora & peiora meretur pati supplicia,
 qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testa-
 menti pollutum duxerit, ac in quo sanctificatus est
 spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Despicit enim
 homo pollutus, & conculcat agnum Dei, quoniam
 sicut dicit apostolus, nõ diiudicās & discernens san-
 ctum panem Christum, ab aliis cibariis, vel operi-
 bus indignis, indignus manducat, (cum dominus
 dicat per prophetam) maledictus homo qui facit
 opus Dei negligenter vel fraudulentè. Sacerdotes
 qui nolunt ponere id super cor in veritate cõdem-
 nat dicens, maledicam benedictionibus vestris. Au-
 dite fratres mei, si beata virgo Maria honoratur (vi-
 dignum est) quia ipsum portauit in vtero suo: si
 beatus Ioannes Baptista contremuit, & non aude-
 bat tangere domini verticem, si sepulchrum in quo

per aliquod tempus iacuit sic veneratur, quanto ordin
 debet esse sanctus iustus, & dignus, qui iam in Licet
 moriturum, sed in aeternum viuentem & glori situm
 catum in quem desiderant Angeli prospicere, co impe
 tractat manibus, corde, & ore sumit & aliis pra prop
 ad sumendum. Videte dignitatem vestram fra est tan
 sacerdotes & estote sancti, quia ipse sanctus est. hoc a
 sicut super omnes propter hoc ministerium hon cinæ
 rauit vos dominus deus, ita & vos super omnes pa imbe
 pter hoc ministerium diligite eum, & reueremini tis, &
 honorate. Magna miseria, & miseranda infirmo etiam
 quando ipsum sic praesentem habetis, & aliquid strio
 liud in toto mundo curatis, totus homo paueat, humi
 tus mundus contremiscat, & caelum exulter, quia diuer
 super altare in manibus sacerdotis est Christus fili quan
 Dei viui, ô admiranda altitudo, ô stupêda dignita gitur
 ô sublimitas humilis, quod dominus vniuersitat ad ex
 deus & dei filius, sic se humiliat, vt pro nostra salu debil
 sub modica panis formula, se abscondat. Videte fr rem c
 tres humilitatem Dei, & effundite coram illo con mea
 vestra, & humiliamini, vt & vos exaltemini abe qua
 Nihil ergo de vobis, retineatis vobis vt totos v tasser
 recipiat, qui se vobis exhibet totum, scilicet Ie gent
 Christus dominus noster, qui cū domino deo pat dane
 & spiritu sancto viuit in saecula seculorum. Amos spect
 temp

*Sequitur Epistola Seraphici Doctoris sancti Bonaventurae
 perutilis, toti ordini directâ, tempore sui generalatus
 qui fuit nonus in ordine Generalis, vel decimus secundus
 aliquos.*

IN Christo sibi charissimis Ministris & custodibus, ordinis minorum, frater Bonauentura eiusdem

ordinis generalis minister, salutē & pacē in domino.
 Licet insufficientiā meam, ad ferendum onus impo-
 situm, cognoscerem manifestē, propter debilitatē &
 imperfectionē mentis, & inexperientiā actionis, &
 propter repugnantiam voluntatis, quia tamē durum
 est tantæ cōgregationis ac supremi Pontificis ac per
 hoc altissimi Dei volūtati, pertinaciter resistere sar-
 cinæ graui & quasi importabili humeros supposui
 imbecilles, sperans de adiutorio virtutis omnipotē-
 tis, & confidens de adminiculo vestrę sollicitudinis,
 etiam si sit homini importabilis quantūcūq; indu-
 strio & experto, tanti ordinis sarcinam suis baiulare
 humeris. Si tamē diuisa in partes, humeris imposita
 diuersorum, viriliter à quolibet cōportetur, nō est
 quantumcūque debili capiti horrere. Quoniam i-
 gitur, de vestra præsum industria, & sollicitudinē,
 ad extirpanda mala, promouenda bona, refouenda
 debilia, & fortia confortanda videns me speculato-
 rem domui Israël, ne sanguis animarum de manu
 mea requiratur: cogitavi vobis quædam scribere,
 quæ si in generali capitulo fuisset, libentius anno-
 tassetem. Nunc autem, quia temporum pericula vr-
 gent, & læsiones conscientiarum, ac scandala mun-
 danorum, quod dum ordo deberet esse sanctitatis
 speculum, in diuersis, in tædium vertitur, & con-
 temptum, quæ mihi de diuersorū consilio, visa sunt
 corrigenda, nec pœnitus tacens, nec omnino expri-
 mens, nec noua statuens, nec vincula superindu-
 cens, nec onera grauia imponens, sed veritatis an-
 nunciator, breuiter expono videns illa non reti-
 cenda. Sanè mihi perquirenti causas, cur splendor
 nostri ordinis, quodāmodo obfuscat, & exterius

inficitur, & nitor conscientiarum intus fœdatur.
 Occurrit negotiorum multiplicitas. Pecunia, nobis
 ordinis paupertati, super omnia inimica, incaute
 recipitur, & incautius contrectatur. Occurrit fratri-
 trum ociositas, nam quam plurimi consopiti, mo-
 struosum statum inter contemplatiuam & actiuam
 vitam erigentes, carnaliter & crudeliter comedunt
 sanguinem animarum & elemosinas indigentium.
 Occurrit euagatio plurimorum, qui propter sollicitu-
 tum corporum, grauant eos per quos transeunt
 eò quod post se scandala relinquunt. Occurrit in-
 portuna petitio, propter quam omnes adeo abhe-
 rent fratrum occursum vt eis timeant quasi præd-
 nibus obuiare. Occurrit ædificiorum constructio
 curiosa, quæ pacem fratrum inquietat, amicos gra-
 uat, & hominum peruersis iudiciis nos exponit.
 Occurrit multiplicatio familiaritatum, ex qua
 suspiciones infamationes, & scandala plurima oriun-
 tur. Occurrit improuida commissio, officiorum
 quoniam fratribus nondum vsquequaq; probatis
 nec spiritu roboratis, imponuntur officia vix po-
 tanda. Occurrit mutatio locorum frequens, cum
 quadam violentia & perturbatione terrarum. Occurrit
 tandem sumptuositas expensarum. Nam cum
 fratres nolint esse contenti paucis, & charitas ho-
 minum refriguerit, facti sumus omnibus onerosi
 & maximè siemus in posterum, nisi illis qui renu-
 & respuunt recollectionem & bonam reformatio-
 nem, remedium celeriter apponatur. Licet autem
 plurimi reperiantur, non culpabiles in aliquo præ-
 dictorum, tamen omnes inuoluit maledictio, nisi
 his, qui faciunt resistatur, cum luce clarius, omni-

præd-
 trimo
 pidis
 alleg
 videat
 ad co
 ad or
 strin
 omni
 ptio
 resec
 hoc
 curs
 Oci
 tres
 nab
 mo
 obi
 bile
 uer
 ten
 vici
 qua
 des
 tun
 ex
 tun
 co
 esse
 ger
 cur
 co

prædicta in maximum vergunt nostri ordinis detrimentū, vt nullo modo dissimulandum sit: licet tepidis & indeuotis, considerantibus consuetudinē & allegatibus multitudinē quasi facilia & excusabilia videantur. Excitetur vestri cordis deuotio & feruor ad cœlum, & eiectis negotiationibus, fratres omnes ad orationis & deuotionis spiritum accendatis. Restringatis receptionem multitudinis inutilium, quia omnibus modis volo, quod constitutio de receptione seruetur, Prauas consuetudines prædictas refecetis, quia licet videatur graue, requirit tamen hoc perfectio nostræ professionis, tribulationis incurfus, clamor Beati Francisci, & sanguis aspersus. Ociosos stimuletis ad laborem. Discant etiam fratres, modicis esse cōtenti, quia vt à sapiētibus rationabiliter formidatur, oportebit eos, velint, nolint modicis esse cōtentos. Sane cū euangelici culminis obseruata perfectio, hætenus spectabiles & amabiles nos mundo reddiderit, omnique fauore & reuerentia dignos. Ecce iam multitudine in procliuatendente, & remissius agentibus, his qui præsumunt, viciorum quædam segetes cernuntur succrescere, quæ dum sacrum hoc, venerandumque collegium, despicabile & onerosum reddunt populis, conuertunt in scandalum, quod cunctis debuerat esse in exemplum. Nam frequentia discursus, & importunitas quæstus, nos viles, & graues efficiunt, pro eo videlicet, quod dum paucis & paruis, nolimus esse contenti, & ædificia sumptuosa conamur erigere, vilia summo studio deuitantes, nobilia per incuriam nostram perdimus, cum murorum curiosa constructio, destructionem patiat animarum. Per-

horreo quorundam procacium audaciam, qua
 tra patris nostri doctrinam, coram Laicis prædi
 do in ecclesia contra Prælatos, ipsorum acta sugge
 lando confurgunt, non nisi scandala, iurgia, & o
 seminant, & non solum ipsorum, verum etiam
 prouocant iram, cum diuina constet lege sancitum
 ne quis maledicat surdo, nec coram cæco pos
 offendiculum. Sed & sepulturarum ac testame
 torum, litigiosa & auida quædam inuasio, cum e
 clusione illorum, ad quos animarum cura specta
 dignoscitur, non modicum nos clero exosos fecit
 sicut (experientia docente) percepimus. Et ip
 sanctissimus pater summus pōtifex, dominus C
 mens, fratres omnes ad cauendum huiusmodi, p
 prouidentia per me voluit commonere. horum
 tem omnium, hanc puto potissimam rationem
 causam, quod ea quæ prouida cura, pro totius ord
 nis prouidentia, in generali capitulo statuuntur
 parui penduntur à fratribus, & habentur pro nil
 lo, nec tamen transgressores huiusmodi, debita
 stigantur disciplina. Sicque fit, diuini permission
 iudicij, vt spernentes modica, in maiora decidant
 quia dum disciplina negligitur, insolentia crescit
 ac per hoc interior negligentia, circa exercitatio
 nem virtutum, exterius procedit in scandalum, pe
 corum patentem ruinam, qui stare videbantur
 oculis aliorum. Ex quo fit, vt sanctæ religionis splē
 dor præfulgidus, in pallorem degeneret, sanctitatis
 pulchritudo sordescat, bonæ opinionis odor com
 putrescat, & nomen domini blasphemetur. Ne igitur
 sanguis animarum, non solum nostræ sollicitudinis
 commissarum, sed etiam omnium, qui ad sanctæ re

ligioni
 bus no
 to poss
 excitat
 nis Ch
 cro Pa
 fulseru
 fataru
 gore su
 mini, t
 mum
 vestra
 læ pro
 parite
 lius ve
 do &
 vel à c
 quod
 miseri
 corpo
 Et q
 rogati
 cāda p
 & qua
 libron
 putar
 vitæ o
 & pro
 luntar
 pati n
 more
 bus fi

ligionis lumen, per viam salutis incedunt, de manibus nostris requiratur. charitatis vestræ zelum quāto pollum efficaciori mandato, duxi præsentibus excitandum, adiurans vos, per asperſionem sanguinis Christi, & per stigmata passionis eius, quæ in sacro Patris nostri corpore, indubitabili claritate refulserunt, vt sicut Christi serui & prudentes ad præfatarum extirpationem pestium, toto vos animi vigore succingamini, tota mentis attentione inuigilemini, totòque vigore spiritus succendamini. Et primum quidem ad sanctæ orationis studium, fratres vestræ curæ commissos, efficaciter incitetis, ad regulæ promissæ obseruantiam sinceram, & eos inducatis, pariter & compellatis, pestiferos & insolentes, nullius verendo faciem euellatis & destruatis, dissipando & disperdēdo, vel carcerali custodię mancipādo, vel à communitate sacri collegij expellendo, iuxta quod pietatis & iustitiæ lex exposcit, ne dū crudeli misericordia, vni mēbro putrido parcitur, in totius corporis sospitatē, putrescēs corruptio diffundatur.

Et quoniam paupertas, est nostræ religionis prærogatiua sublimis, ne nobilis hæc Margarita, cōculcāda porcis viliter exponatur, discursuum causam, & quæstum, sumptuositatem scilicet ædificiorum, librorumque, vestium ac ciborum, sic studeatis amputare & relectare, quod à professionis excellentia, vitæ obseruantia, non discordetis. Fœdum est enim, & prophanum mēdaciū, summæ paupertatis voluntarium professorem se asserere, & rerum penuriā pati nolle, interius diuitū instar affluere, & exterius more pauperū mendicare, Inhibeatis etiam fratribus firmiter, & districtè, quod tam diuino, quā ca-

nonico prohibetur imperio, ne Prælatorum sa-
 larium vitam, coram populo carpāt, sed potius
 hibeant reuerentiam, non tantum bonis & mo-
 stis, sed etiam discolis, quia hoc etiam exigit sa-
 mysterium christiferæ vnctionis. Mandetis etiam
 fratribus vniuersis, vt pacem clericorum omnium
 tam in testamentis, quam in sepulturis, (quanti-
 in eis est) sic studeant obseruare, vt nullam habe-
 contra nos occasionem iustæ querelæ: simulque
 culo toti clarescat, quod non commoda rerum,
 tantum lucrum quærimus animarum. Denique
 quia iis & aliis deordinationibus innumeris,
 statuta ordinis, via præcluditur, volo, vt per
 fratrum, ea sic diligenter conscribi, legi, faciatis
 seruari, vt sicut professione virtutum, præcipui
 dimur, nequaquam morum incompositione,
 stremi merito censeamur. His igitur charissimis
 tres, tam efficaci studio, non cessetis intendere quæ-
 Deus gratū habeat, & ego vestræ obedientiæ pro-
 ptitudinem, & sollicitudinis vigilantiam, zelum
 que sacri ordinis, possim non immerito commende-
 dare. Et vt hoc melius fiat, volo vt præsens sermo
 omnibus fratribus vestræ prouinciæ, per vos, vel
 custodes (quoties opportunum fuerit) explicetur
 Valete.

Datum Parisiis, Anno Domini, 1257. In die festi-
 cti Georgij Martyris, Orate pro me fratres. Hanc
 autem literam legi in singulis Conuentibus vestri
 prouinciæ faciatis.

Sequuntur
 illorum
 stendit
 capitulum
 patrum
 iectum

QV
 in
 bere, c
 constitu
 legere
 pitula
 publico
 quod,
 tur ad
 cundum
 lis Min
 fratres
 conuen
 uendas
 ternan
 bus &
 quacit
 pitulis
 rium
 Pueri
 cuniã
 des &
 neralis
 obedi
 ficiis si

Sequuntur

Sequuntur statuta nostrarum Priorum patrum, in quibus illorum Zelus & affectio, erga regulæ obseruantiam ostenditur: quæ fuerunt edita à sancto Bonauentura, in capitulo generali Narbonensi, cum consensu dictorum patrum, quæquidem statuta, erunt nostri Manipuli subiectum. Imprimis

Quilibet Gardianus studeat sollicita diligentia in domo sua has constitutiones generales habere, quas ipse sub custodia referuet. Ipsas etiam constitutiones faciat semel in mense fratribus suis legere, vbi & quando viderit expedire, maximè capitula quæ communem tangunt vtilitatem, & istis publicatis veteres destruantur. Studeant Ministri, quod, littera breuiariorum & Missalium corrigatur ad exemplar vnius quod habere poterunt, secundum ecclesiæ constitutiones. Obsecrat generalis Minister cum capitulo generali vniuerso, omnes fratres, voluntariè in quadragesima S. Francisci in conuentu, vna refectioe esse contentos, ad amouendas multas inordinationes, & obtinendam paternam benedictionem, exceptis hospitibus debilibus & infirmis. Studeant etiam Ministri, fratrum loquacitates restringere, & inducere fratres in suis capitulis ad silentium in mensis etiam extra refectorium cum capitulū generale in hoc concordauerit. Pueri seruitores seu oblato fratrum non seruent pecuniā datam pro fratribus. Diffinimus quod Custodes & Gardiani pro superioribus habeantur, & generalis commitit eis curam, & Gardiani in omnibus obediant suis custodibus. Caueant tamen ne in officiis suis se conturbent. Generalis non vult quod

Ministri prouinciales committant aliis receptis ordinari
 fratrum extra suam prouinciam nisi in studiis g^o celatur
 ralibus, & quod Ministri trāseuntes per alienas g^o gitudin
 uincias stricte in recipiendo se habeant, & quos arctius
 cipiunt ducant cum firmo proposito nullatenus de c
 mittendi. Amodo testudinata ecclesie nō fiant riatā v
 super altare absque licentia generalis Ministri p^o qu
 libet domus in terminis prouinciarū habeat sint hab
 sibi viciniora, siue sint in epanta vel regno siue Franci
 nisi ex causa speciali Generalis duxerit aliter o sumptu
 nandum. Declaratio domini Papæ Innocenti tero nu
 per regulam maneat suspensa sicut determinat tabula
 fuit in capitulo Methensi, & districtè inhiberum ar
 ne aliquis vtatur ea in iis in quibus expositioni ipsius
 mini Gregorij contradicit. Item nullus confetur, &
 possit absoluere de tactibus impudicis, nisi qui tur, ni
 buerit licentiam absoluendi à peccato carnis: i ad hoc
 sollicite seruetur constitutio generalis, quæ si mini
 quod in locis fratrum, fratres carnes non comed illarur
 vlllo tempore, exceptis debilibus & infirmis, vitiosa
 bus Gardiani possint prouidere secundum q bedier
 iudicauerint rationabiliter indigere. Et illa etiā circa h
 dicit quod fratres in capitulo generali vel p^o præcip
 cialibus nullomodo carnes comedant. Cingul per ali
 habeatur corda communis & rudis, & nihil po extra c
 tur ad cordam appensum. Nec habeantur cing curet
 interius cum cultellis & bursis, Nec etiam burse tero p
 ferius in tunica habitus habeantur laterales. Can nistri,
 fratres pro posse a cibariis sumptuosos, sed vno tatore
 contenti ferculo. Et in mensis suis, vasis, aut ciaz & atte
 vitreis seu etiam stanneis non vrantur. Cūm aut Item t
 curiositas & superfluitas directe obuiet pauperum sa vel

ordinamus, quòd ædificiorum curiositas in picturis,
 celaruris, fenestris, & columnis & huiusmodi, in lō-
 gitudine, latitudine, secundum loci consuetudinem
 & quò arctius euitetur. Campanulæ etiam admodum tur-
 latentur de cætero nusquam fiant. Vitrinæ quòque histo-
 riatae vel picturate de cætero nusquam fiant, exce-
 ptis pro quòd in principali vitrea post maius altare pos-
 sint haberi imagines crucifixi, Beatæ virginis, Beati
 Francisci, & beati Antonij tantum. Item tabulæ
 sumptuosæ seu curiosæ super altare vel alibi de cæ-
 tero nullæ fiât. Et si de cætero huiusmodi vitreæ vel
 tabulæ sic factæ fuerint, per visitatores prouincia-
 rum amoueantur. Qui autem fuerint transgressores
 ipsius cōstitutionis vel paragraphi, grauiter punian-
 tur, & principales de locis irreuocabiler expellan-
 tur, nisi per generalem ministrū fuerint restituti. Et
 ad hoc firmiter teneantur visitatores seu cōmissarij
 si ministri fuerint negligentes qui nihilominus loca
 illarum prouinciarum quas visitant in huiusmodi
 vitiosa denunciare debeāt capitulo generali per o-
 bedientiam salutarē. Et propter excessus iam factos
 circa huiusmodi, ne trahantur in consuetudinem,
 præcipimus fratribus vniuersis vt nullus per se, vel
 per alium, per quascunque personas, in ordine vel
 extra ordinem, ducere vel inducere faciat, vel pro-
 curet talia fieri, vel licentiã à prælatis ordinis de cæ-
 tero postulari. Et ad prædictorum obseruantiam, mi-
 nistri, Custodes, Gardiani, & eorum vicarij ac visi-
 tatores teneantur transgressores acriter puniendo,
 & attemprata in contrarium de cætero destruendo.
 Item thuribula, cruces, ampullæ, & quęcunque va-
 sa vel imagines de auro vel argēto, per obedientiam

amoueantur, & de cætero per eandem obedientiam nullatenus habeantur, nisi in crucibus vel aliis prædictis essent aliqua reliquia veneranda, vel esset pixis vel aliquod vasculum pro Christi corpore, vt moris est, reponendo. Et de cætero, calices simplices fiant in opere, & pondus duarum mensurarum & dimidia non excedant. Nec plures calices quam altaria habeantur, excepto vno pro Conuentu. Et ad hæc custodes & Gardiani per obedientiam teneantur. Nec aut fligiatos vel sericos paramenta fratres habeant absque licentia & dispositione Ministrorum, & diffinitorum in capitulo Prouinciali, prouideant vt excessus in talibus euitentur.

FRATRES in locis suis habentes parrochiale miterium aut baptisterium non morentur, si oporteat eos sepelire mortuos, & pueros baptizare, autem in locis habentibus proprietatem morantibus, nec per se nec per interpositam personam de illa proprietate se aliquatenus intromittant, nec ex pacto fructus eiusdem percipiant. Inhibentur etiam vt nullus fratrum inducat aliquam personam ad ordinandam eleemosinam perpetuam annuatim vel certis temporibus, fratribus, exhibendam. Et si aliqua taliter fuerit legata, nullomodo à fratribus in iudicio exigatur. Item nec pro fratre aliquo, pro loco, animal aliquod (scilicet equus seu asinus aut mulus) ab ordine vel ab aliquo nomine ordinis teneatur, exceptis muri legis, & quibusdam aliis pro immunditiis remouendis, nisi ex euidenti necessitate cum aliquo loco fuerit dispensandum, nisi ministerium cum consilio capituli Prouincialis.

Frater
rals
nisi
&
pet.

Cv
ctum
tales
coram
optari
esse in
ceder
litter
causa
volun
ordin
pimu
totis
mur,
renus
splen
dam
uati
vt bo
que r
miti
diuin
obse
vestr
cisci

Frater Franciscus Gonzaga, totius ordinis minorum Generalis Minister & seruus, R. ac venerendis patribus ministris, custodibus, gardianis, vicariis, & aliis patribus & religiosis, nobis amantissimis, dei dilectionem & perpetuam felicitatem.

CVM vt nostis, grauissimum hoc onus, & supra vires nostras, à capitulo generali nobis iniunctum, suscipere coacti fuerimus, reliquum est vt tales nos in regimine exercendo, præstemus, quales coram summo iudice, in extremo die comparere optamus. Verum enimvero, quia nec nos simul esse in omnibus locis, nec omnes fratres ad nos accedere possunt, nec expedit: visum est nobis, per has litteras præsentis, præcipuas ruinæ nostræ religionis causas vobis aperire, vosque de nostra commonere voluntate, quam Deo inspirante, ad nostri Seraphici ordinis reformationem ac instaurationem concepimus, eodémque opt. maximóque Deo fauente, totis viribus, & præsentis, & absentes prosequemur, Simul & à vobis, id obnixè requirentes, quatenus quod vestra interest, agatis: & conemini, vt splendor nostræ religionis Seraphicæ, (qui quorundam insolentium vitio, penè obtenebratus est) eruatúr è tenebris, splédeátque eminus apud omnes, vt bonus Christi odor, in exemplari vita foueat atque recreet per nos omnes fideles, ita vt redeat primitiuæ nostræ religionis color optimus, & aurum diuinæ charitatis fulgeat in nobis. Itaq; patres mei obsecro per misericordiam dei, estote in vocatione vestra imitatores tanti ac verè Seraphici Francisci, emulatores semper charismatum meliorum.

Vosque praelati & maiores, pascite gregem
 pascite exēplo, scientes quod vt sapiens dicit, E
 10. qualis ciuitatis rector fuerit, tales & in ea in
 bitantes erunt, discant à vobis subditi, vt vere
 contrarium ipsi facere, turpeque existiment
 non imitari patrem. Tunc enim in peccatores, c
 dida fronte animaduerrere valebitis, cū in simili
 vos minimè labemini. Accingimini igitur tanqu
 viri fortes, ac religionis pereuntis instaurandæ
 accensi, adiuuate nos in hac sanctissima refor
 tione, quam instituimus, multumque obesse exi
 mate, si non prodesse pro virili studueritis. At
 imprimis omnis cura & diligentia, à vobis adhibe
 tur, vt religiosi vestræ curæ commissi, in S. Ro
 eccle. fide viriliter perseuerent, pro tuēda eius ve
 tate, ac sanctiss. Rom. Pontif. auctoritate, forti
 dimicent, Deum timeant, eius mandata semper
 stodiant, Ecclesiasticas sanctiones præsertim sac
 concilium Tridentinum, & pias sanctorum patrum
 traditiones, integre & ad vnguem seruent. Ad reg
 lã B. Francisci præscriptum, vitam instituunt. Tra
 gressores autem, vt decet punire curabitis, vt
 teri timore correpti, sibi caueant, & intelligant, quod
 sit grauissimum peccatum, emissi voti transgressi
 qui enim votū infringit, Deum irridet (vt dicit sa
 ctus Benedictus) & Deo mentitur, cui vouit. Audi
 ergo sacram scripturam dicentem. Si quid vouerit
 Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei, infir
 lis & stulta promissio. Non ergo quod egressum e
 de labiis nostris irritum faciamus, ne & ipse dom
 nus (in cuius manus incidere horrendum est) in ne
 uissimo nos irrideat, partemque nostram ponat

hypocritis. Vt ergo ad puriorem professionis obser-
 uantiam, omnes seruore vestro excitentur, instanter
 rogo & obsecro vos (ô animarum pastores) vt totis
 viribus foueatis & opitulemini, ac perhumaniter
 tractetis eos fratres, quos inueneritis zelatores &
 obseruantiores regulæ nostræ, siue Recollecti, siue
 reformati, nuncupantur. Siquidem illorum pietate,
 & vestra in eos dilectione fiet, vt regularis discipli-
 na, & vera pax prouinciarum, conseruetur & augea-
 tur. Nihil igitur molestiæ eis inferatis, nec ab aliis
 (quantum in vobis est) inferri patiamini, ne inde or-
 dinis vnio iacturam sustineat. Præfatos itidem pa-
 tres recollectos, & reformatos rogamus, monemus
 & obsecramus, obnixèque requirimus, imo & per
 mortem acerbissimam domini nostri Iesu Christi,
 obtestamur, vt omnino caueant, ne illorum causa,
 hæc minor ecclesia nempe sacra religio nostra diui-
 datur, aut laceretur, scientes domos recollectionis
 pro bono prouinciarum, & ordinis vnione seruan-
 da, reuera institutas esse, tamen hoc in loco fratres
 notare debent quod noster ordo non diuiditur nec
 laceratur tunc quando fratres recollecti, reformati,
 excalciati seu Capucini sibi postulant domos dai-
 degendi causa vitam regularem: imo tunc nostra re-
 ligio vnitur verumq; ritum pristinum sumit & viã
 quam amiserat, quare de cætero sinant eorum æmu-
 latores talia obscœna verba, quorũ sunt Deo ratione
 reddituri, & sententiã acerbam à iusto iudice rece-
 pturi nisi pœnituerint.

O prælati, de cætero Vigilate super vos, & super
 gregem vobis cõmissum, ne de vobis dicatur, quod
 de quibusdam dictum est Dan. 13. quod sit egressã

iniquitas à senioribus iudicibus, qui videbantur
gere populum, & quod in Osea. 9. legitur Specu-
tor Ephraim & Propheta, laqueus ruinæ factus
super omnes vias eius, insania in domo Dei, &c.
nè quantum (Deo dante, deprehendere possumus)
negligentia Prælatorum, & omissio siue interrup-
tiones visitationum, atque iniuria & indulgentia errato-
rum præcipuas existimamus fuisse causas lapsus ac ru-
inæ religiøsæ nostræ obseruantia, & excidij nostri Sa-
phici instituti, quod etiam non parum labefactum
inutilium ad ordinem susceptio, negligens Noui-
tum institutio, & iuuenum nimia libertas. Idcirco
volumus, vt non tam facilè, aditus omnibus pate-
ne suscipiatur indifferenter. Nam melius est pau-
esse, quàm multos non timentes Deum, & populum
scandalizantes.

SUSCIPENDI, bene probentur, & examine-
tur. Suscepti, rectè instituuntur, præsertim in iis qui
sunt fidei, quemadmodum regula ipsa docet. Et quod
niam sæpe contingit, vt doctrinam Christianam
scientiam (quam isto in volumine scitè dare prælo-
cimus) præcipimus prælati per obedientiam, nec
professionem vllum admittant, siue Clericum siue
Laicum, nisi integre eam doctrinam, & regulam
stræ præcepta didicerit, & coram fratribus in com-
munitate recitauerit, vt sunt contenta in hoc ma-
nupulo. Sed & illud vos monitos esse cupimus,
inutiles & frequentes discursus fratrum, & euag-
eliones prorsus tollantur, siquidem omnis relaxatio
nis, & instans ruinæ certum indicium est vagus in-
tilis & frequens (nulla necessitate urgente) discursus
fratrum. nec parum inde scādali ansam sæculum ar-

ripit. Ad sæcularium confefsiones audiendas, viri
ætate maturi, scientia præditi, & morum honestate
nitentes promoueantur, qui iusti iudicis, & optimi
medici officium, subire valeant. Caterùm quia Cõ-
fessorum ignorantia, totius ferè ruinæ Christianæ
religionis causa est, Volumus vt in singulis Mona-
steriis, factorũ canonum & casuum conscientia le-
ctio habeatur, ne ipsi confessores pariter cum iis,
quorum confefsiones audiunt, ob huiusmodi offi-
cij ignorantiam, iudicium damnationis æternæ in-
currant. Quoniam autem qui indignos vel minus
aptos confessarios exponit, atque promouet, vel
etiam iam expositos fert, atque tollerat, grauius
proculdubio peccat. Idcirco illi qui iam ad confes-
siones audiendas sunt promoti, examinentur à Pa-
tribus per Ministros & Custodes respectiuè, ad id
deputandis, & inhabiles à confefsionum audienda-
rum exercitio, sine personarum acceptione, suspen-
dantur quantumuis pauci relinquendi sint. Sola nã-
que charitas, ad id munus nos incitat, atque impel-
lit, & ipsa (si vera sit) subditorum potius nostrorum
periculis, quam aliorum, occurrendum esse docet.
Præterea illud quod præcipuum obtinet locum, ad-
notatione dignum duximus, nempe studium sanctæ
deuotionis atque internæ ac mentalis pietatis, cuius
solijs omisio vniuersæ religionis subuertendæ, vel
sufficientissima causa censenda est. Huic ergo fra-
tres, super omnia sese applicent & dedant, oramus
memores sitis verborũ. b. p. nostri Frãcisçi in regula
dicentis, intendant fratres, quod super omnia desi-
derare debent habere spiritum domini, & sanctam
eius operationem orate semper ad Deum puro cor-

de, &c. Vt sanctæ orationi commodius vacent, lumus Prælatos, & reliquos superiores monent vt silentium obseruari secundum antiquas consuetudines faciant, nam innumera mala ex oppositi oriuntur, vtpote stultiloquium, murmurationes, detractiones & cætera id genus, quibus omnibus silentio occurritur, tanquam præstantissimo medio, vnde meritò à veteribus nostris, clauis silentium appellabatur, quod quidem si à regione tollatur, &c. non religio, sed confusio, domus rixæ atque discordiæ apparet. Pacem & tranquillitatem parit silentium, & animam diuinum facillè parat cultum, dicente domino Isaiam 32. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iusti silentium, Verum quia nonnumquam silentium interrumpendum est, & charitas ipsa ad loquendum impellit: ideo caueant fratres, ne ex eorum ore vltus sermo, noxius, detractorius, aut minus pudicus procedat. Custodiant ergo vias suas, vt non deliquant in lingua sua, quoniam ait B. Iacobus. Qui non refrenat linguam suam, eius est vana religio. Religiosi siquidem lingua, instrumentum gratiæ sapientiæ esse debet, rationis organum specialiter diuino dedicatum cultui, Os iusti (ait Salomon Prouerb. 10.) vena vitæ. os autem stulti confusio proximum est. Audiant ergo Apostolum dicentem Ephes. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus, ad ædificationem dei, vt det gratiam audientibus. Et quoniam ostendant vitia, & docent multam malitiam, nitantur fratres, semper in sanctis exercitiis detineri, nec mentem in diuersa vagari sinant, præcipuè occupentur

sanctis
studiis
& viu
trum
ctum,
iuuen
tiam i
gilent
sine iu
ita vt
ac fan
raphia
nostra
stitur
fiastic
vt tan
mus e
missa
sci do
ac eos
tris no
eccles
vt om
casior
aliau
gent
IN
(sum
tariu
lúm q
confu
custo

sanctis lectionibus, & omnes qui idonei fuerint in studiis literariis. Otium enim sine literis, mors est & viui hominis sepultura, Attendentes, quod fratrum Minorum studium ad inflammandum affectum, & ad mores vertendum est. Reliqui autem iuuenes, ad studia literarum inhabiles, & Laici, etiam in exercitiis honestis iugiter alligentur & inuigilent, quoniam iuuenis ociosus, est veluti iumentum sine iugo. Laborent igitur fratres fideliter & deuote, ita vt otium (omnium malorum sentinam) studio ac sancto labore euadant: quemadmodum nos Seraphicus Pater, per regulam admonet. Vtcrius, quia nostra religio ad hoc specialiter à deo noscitur instituta, vt simus operarij in messe domini, & ecclesiasticorum coadiutores, idcirco conuenit maximè, vt tanquam Dei Ministri, cooperemur & adiuuemus eos, quibus animarum cura, in ecclesia Dei, commissa dignoscitur, & secundum, b. p. nostri Francisci documentum, omnes honoremus presbyteros ac eos veneremur, Prælatos præsertim sanctæ matris nostræ ecclesiæ Romanæ, & singulos Curatos ecclesiarum, cum quibus firma imo diuina pax, vt omnino seruetur, optamus. Nec vnquam vlla occasione, aut ratione, vel funerum, aut sepulturæ, aliaue causa, cum illis rixentur, contendant, seu litigent fratres.

INDECORVM est enim pro re qualibet, pacem (summum domini nostri Iesus Christi hæditarium bonum nobis relictum) perdere, populumque scandalizare. Cæremoniæ & praxes siue consuetudines antiquæ (quæ religionem sanctam custodiunt, exornant & conseruant) renouentur

& conferentur omnimodè, quales sunt, culpa verbo.
 cõmunitate recognoscere, petere veniã ante collectam
 fam, comedere super pauimentum, coram senioribus Venerã
 bus genuflectere, & cætera mortificationis exercitient
 tia, quibus spretis etiam religionis fundamenta, quibus
 nam minantur. Ait namque Salomon. Ecclesiasticus medica
 Eccl. 36. Qui modica spernit, paulatim decidit. Et vt in
 maiora, parua siquidem apertura, vel fractura, tur, &
 gnæ nauis sæpe fit iactura, Ideo ista in religione tiam, c
 sunt paruiducenda quia (vt sancti viri docent) uidere
 eæ cæremoniæ parui videantur momenti, tamen leuis r
 tius religionis sunt custodia, & vineæ pulcherr à supe
 sepes, ac fortissima maceries. Vbi autem sepes ipfi, p
 est, diripietur possessio. Quare, mirum non est, si nique
 iectis iis piis cæremoniis, statuta quoque & reg latur,
 ipsa à filiis Belial, contemptui quandoque sint tandi
 bita, & à sancto proposito & professione defici trecta
 tes, ad seculum redierunt, & nefanda perpetrar nec fit
 scelera. Aliæ autem cæremoniæ quæ interioris hos &
 minis decorem & morum compositionem præ in virg
 cant, nullatenus negligantur, qualia sunt, habi mon a
 vilitas, mortificatio visus, corporis & gestus dec sapien
 tia, & id genus cætera, de quibus scriptum est. An tati, co
 ctus corporis, risus dentium, & ingressus homin gioni
 enunciant de illo. Ille vero cæremoniæ, quæ in sac gioni
 Missæ sacrificio, & aliis diuinis officiis, & sacram dat p
 tis administrandis sunt institutæ, Imprimis ab Exod
 nibus tam sacerdotibus quam ministris, obserue versa
 tur, quare rogamus vos dilectissimi, tenete traditi go vo
 nes patrum, & pias consuetudines ne vnquã com
 tatis. traditiones vero patrũ sunt illæ quas sancto amar
 Franciscus sociique eius nos docuerunt exemplo per al

culpa verbo. Et quas sequuntur omni cum humilitate re-
ante m collecti, reformati, excalceati ac Capucini probi.
m leni Venerādi autem P. Gardiani omnia necessaria præ-
is exe stent subditis, tam in victu, quam in vestitu, & aliis,
nenta, quibus indigent, infirmis, senioribus, ac debilibus,
Eccles medicamenta & alia necessaria ibidem prouideant.
decide Et vt iuxta sanctæ regulæ præceptum, illis inseruia-
tura, tur, & curent, ne fratres cogantur, contra conscien-
gione: tiam, cum populi scandalo, sibi de huiusmodi pro-
cent) uidere: Nam experientia teste, hæc est vna, & non
ramen leuis ruinæ religionis causa, quod subditis, non raro
cherr à superioribus necessaria denegantur. Vnde facile,
sepes ipsi, proprietatis vitium committunt sepissime. De-
a est, si nique, frequentatio monasteriorum Monialiū tol-
& reg latur, suspecta mulierum familiaritas vitetur, equi-
e sint tandi abusus eradicetur omnino, & pecuniarū con-
defici trectatio detestabilis à vobis (O pastores) puniatur,
ettrari nec sit apud vos personarum acceptio, sed studio-
ioris sos & probos honorate & exaltate, improbos autē
m præ in virga continete disciplinæ, quoniam, (vt Salo-
, habi mon ait. Prouerb. 29.) Virga atque correctio tribuit
s dece sapientiam. Puer autem qui dimittitur suæ volun-
est. An tati, confundit matrem suam. Disciplina enim, Reli-
homin gionis est magistra, & vbi disciplinæ rigor, ibi reli-
g in sac gionis vigor. Vbi autem deest correctio, ibi abun-
sacram dat peccati corruptio. In cuius typum dicitur in
s ab or Exodo, quod Moyse proiecit virgam suam, quæ illi
b serue versa fuit in colubrum siue serpentem. Oramus er-
traditi go vos, quibus gregem suum pascendum Christus
uā om commisit. Oramus (inquam) & obtestamur, per
sanct amaram passionem Domini nostri Iesu Christi, &
emplo per asperisionem sanguinis eius, ne vnquam excidat

ex animis vestris hoc esse præciū illud magnū, q̄
 gregem hunc suum emit piissimus Dominus nos
 Iesus Christus, vobisque vnicè curandum tradidit.
 Quamobrem quos ille tanti fecit, vt pro iis acerri-
 simos cruciatus perpeſſus fuerit, præciosissimam
 sanguinem effuderit, in eorum vos salute tuenda
 conseruanda, & recuperanda, ne segnes atque remi-
 videri velitis. Memineritis, per Deum immortalis
 vnicuique pastorū, de vnoquoque sibi subdito-
 etum esse, custodi virum istum, qui si lapsus fue-
 rit anima tua, pro anima illius. Sanguinem ee-
 impij, de manu speculatoris requisiturum se Do-
 nus dicit, si per eum steterit, quominus auertatur
 via sua impia. Attendite igitur vobis O Pastores
 gregi vestro, causasque ruinae & relaxationis, q̄
 super tetigimus, præscindite: ac cætera quæ de vobis
 prudentia consiſi (omittimus) diligenter curate
 quam Dei ministri. Et ne aliquis vestrū (vt quare
 que accidit) arbitretur hanc Epistolā propter ce-
 moniā aut formā (vt aiunt) ad vos missam esse, præ-
 cipimus vobis per sanctā obedientiā, & sub pe-
 nostro infligēdis arbitrio, vt integre, efficaciterque
 ea quæ cōtinet obseruare faciatis: certioresque
 reddimus quod in vestrę prouincię visitatione (q̄
 personaliter exequi decreuimus) illi grauitè pun-
 tur qui in obseruantia prædictorum, transgressores
 aut negligentes reperientur. Cōfidimus autem
 liora de vobis, (Patres & fratres dilectissimi) tam
 (qui nos vrit animarum zelus) ita loqui cogat,
 pœnam transgressoribus infligere compellet. Nō
 in Epistola ista (quam in communitate monachorum
 riorum vestrę Prouinciæ legi mandamus) longè

res vic
 mur p
 omnib
 gat, fo
 Val
 tæ Ma
 bris, A
 gesim

Nil (ò
 cong

De seu
 xat
 amo

C
 salus t
 lution
 munē
 quod
 circa
 bened
 diceb
 uang
 fæder
 tione
 terior
 tentio
 maius
 sanct

res videbimur, si quantum salutis subditorum teneamur prudenter pensetur. Rogate Dominum ut in omnibus quæ ad salutem gregis attinent, nos dirigat, foueat, atque confirmet.

Valete. Datum Romæ, in sacro Conuentu Beatæ Mariæ de Ara cœli, die vigesima septima Nouëbris, Anni Domini millesimi quingentesimi septuagesimi noni.

BERNARDVS.

Nil (ô Frater mi) sic horrendum ut murmur & dissentio in congregatione Monachorum.

De seueritate Seraphici patris nostris Francisci, contra relaxatores regulæ, & contra fratres scandalosos, & ipsius amore & affectione, erga bonos, quibus benedicebat.

CHARISSIME Frater, post emissum votum, Coportet ut incūbas diligenti obseruationi, quia salus tua haud consistit in voti emissionem, sed in solutione ipsius. Beatus pater noster Franciscus communē professionem ardentissime zelans, volebat quod semper apud se fratres haberent regulā, & qui circa eam erant zelotes, singulari benedictione eos benedicebat. Hanc enim singulariter suis fratribus, dicebat esse librum vitæ, spem salutis, medullam Euangelij, viā salutis, clauem paradisi, pactum æterni fœderis, hanc volebat ab omnibus sciri, & in alleuiatione tædij, & memoria præstiti iuramenti, cum interiori homine confabulari, docuit eam semper intentione agenda vitæ, portari præ oculis, & quod maius est, cum ipsa debere mori. Præterea pater sanctus, cōtra eos qui in hoc ordine suo, aliquā pro-

prietatem vel pecuniæ receptionem, seu aliud contra regulæ veritatem inducunt, & qui hunc ordinem (quem præcipuè decorat paupertatis professio) renarum rerum puluere præsumperint maculare & maximè, qui alios suis malis exemplis scandalizant & ordinem relaxant, maledictionem Dei suam terribiliter imprecando, aliquando dicebat. A te (inquit) sanctissime pater, & à tota cœlestia, & à me pauperculo, sint maledicti, qui suo exemplo, confundunt, & destruunt, quod sanctos patres huius ordinis ædificasti, & ædificatio non cessas. Cum animarum salutem feruida zelaret emulatione, suauissimis dicebat se repleri orationibus, & quasi unguento lini præcioso, Cum doctorum fratrum per orbem existentium odor & fama multos audiret ad veritatis viam induci, & talium auditu, exulrabat in spiritu, ac benedictionibus omni acceptione dignissimis fratres illos cumulans, qui verbo & opere ad Christi amorem inducerent peccatores, fratres enim hortans verbis utebatur. Isti (inquit) fratres mei, hæc hæc nouissima mûdi, dati sunt mûdo, vt in eis, homines impleant, vnde in proximo iudicio à iudice summo cõmendentur, audientes illud Christi suauissimum verbum, quod vni ex iis fratribus meis fecisti mihi fecistis. Ite (inquit dulcis pater ad filios) hinc vobis annunciate pacem, prædicate pœnitentiæ remissionem peccatorum, estote in tribulationibus patientes, in orationibus vigiles, in laboribus strenui: in sermonibus modesti, in moribus graues, in beneficiis grati: quia pro iis omnibus cœlorum regnum vobis præparatur æternum, quod nobis

cedat
nus &
feruau
pondi

Quada
(fra
qua
bara

SVM
Svou
lectifs
phicis
paupe
milita
charit
dilecto
stoloru
crozur
in ipsu
supren
Christ
tima, r
ta, &
plicite
rio 9.
uersæ
stantu
titu. d
signifi
verbo

cedat (mi frater dilecte) ille qui viuit & regnat trinus & vnus, & absque dubio concedet si emissa seruauerimus vota nostra, quæ illi voluntarie spondimus.

Quadam declaratio breuis qua aperte insinuatur tibi (frater amantiſſime) quanta perfectionis ſit regula in qua degis, & à quot pontificibus Maximis ſit approbata.

SVMMMA perfectio, istius regulæ sequentis quam vouisti, siue quã vis vouere & obseruare (mi dilectissime & cordialissime frater) in sex alis seraphicis consistit, nempe in omnimoda obedientia, paupertate Euangelica, castitate immaculata, humilitate profundissima, simplicitate pacifica, & charitate seraphica. Hæc autem regula, in Christo dilecte, est tota in sacro Euãgelio, ac Christi & apostolorum eius vita, & doctrina fundata, & per factorum Christi stigmatum mirificam impressione in ipsius corpore institutoris, quasi sigillo bullaque supremi Ecclesiæ capitis & sponsi atque Pontificis Christi roborata: & ita velut talis, & tanquam legitima, rationabilis, humanæ fragilitati proportionata, & obseruabilis, à sancta sede Apostolica multipliciter approbata: præsertim ab Honorio 3. Gregorio 9. Innocëtio 4. Nicolao. 3. & Alexandro 4. vt diuersæ litteræ Apostolicæ desuper, sub plumbo restantur, & vt apertius exprimitur in decretalibus, titu. de excessi. prælat. cap. nimis. Et in 6. de verborũ significat. cap. Exiit. Et quia taliter, sub irrefragabili verbo veritatis, & sacro Euãgelio, ac vita Christi &

Apostolorū eius ac in fide Ecclesiæ sanctæ, & ip
 munimine, tanquam supra firmam petram funda
 stabilita ac roborata extitit, ideo vsque ad finē
 di, necessario in sua perfectione, in aliquibus
 obseruatoribus, & eius defensoribus, etiam sub
 gulari & perfecta ipsius obedientiæ, & pauper
 forma, perseverabit, dicente Christo Domino
 eius primario fundatore & præcipuo, Matthæi
 Lucæ vigesimo primo, & Mar. 13. Cælum & t
 transibunt, verba autem mea non præteribunt.
 Et ad hoc, similitudinem proponente, de do
 stabilitate, super firmam petram fundata, co
 tempestates irruentes & flumina, ventorum fla
 & huiusmodi. Matthæi 7. Lucæ, 22. Rogavi
 te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu & ceteri
 prout iam ab exordio ordinis, vsque in præ
 (vbi iam fluxerunt trecenti septuaginta & de
 anni) certa experientia, notoriè palam & pub
 probavit, & probat quod nunquam deseruit, quod ap
 etiam deseret Dominus Deus plebem suam, isti, in v
 semper ei prouideat, & prouidere debeat, de ali
 bus veris ipsius regulæ obseruatoribus, zelatoribus
 & defensoribus, quibus semper firma stare poterit, si so
 in aliquibus, & in multis non obstantibus tempor
 statibus molestationum aliquorum malorum
 latorum & maledictorum fratrum, & aliorum
 uersi status persecutorum, & detractorum, & sequitur
 minibus relaxationum aut dispensationum
 quorum, ac pluuuis carnalium, glutinum, ne
 gentium, mundanorum, superbiorum, tepidorum
 aridorum atque relaxatorum fratrum quibus
 ster ordo nimis nunc exuberat. Et ideo confortandine f

ter ad hoc, refert Diuus Bonauentura in legenda
 maiore, quod cum Sanctus pater noster semel ma-
 lis exemplis aliquorum fratrum turbatus anxio
 spiritu, misericordem patrem deprecaretur pro-
 filiis. Responsum hoc retulit à Domino. Cur tu
 pauper homuncio turbaris. Num ego talem te cõ-
 stitui super regulam & religionem meam, vt me
 principalem agnoscas patronum, atque fidelem pa-
 storem? Scito quod ad hoc te constitui hominem
 simplicem, vt quæ in te fecero, non humanæ in-
 dustriæ, sed gratiæ superne ascribantur, quos ego
 vocaui, seruabo, & pascam, & aliis excidentibus,
 alios subrogabo, ita vt si nati non fuerint, faciam
 eos nasci, & quantiscunq; fuerit impulsibus pau-
 percula hæc cõcussa religio, salua semper meo mu-
 nere permanebit: hæc vbi super sunt desumpta.
 Ideo frater mi dilecte in temetipso rumina, & sub-
 tiler perspicice, an sis de legitimis, an de spuris,
 quod aperte videbis per prædicta. Si nondum voui-
 sti, in visceribus Christi, te depræcor vt citius non
 promittas, quam opere non compleas vota, quia
 non tantam condemnationem, seu pœnas sustine-
 re poteris, si solum non adimpleas vota baptismi quantam
 si promittendo religionis vota illa non seruares.

IESVS MARIA.

*Sequitur regula Minorum fratrum cum confirmatione san-
 ctae sedis Apostolicæ, à beato Francisco obtenta: &
 cum necessariis insertis annotationibus.*

HONORIVS Episcopus seruus seruorū Dei, di-
 lectis filiis fratri Francisco, & alij fratribus de
 ordine fratrum minorū: salutē & Apostolicā benedi-

ctionem. Solet annuere sedes Apostolica piis iam en
& honestis petentium desideriis: fauorem ben non po
lum impartiri. Ea propter (dilecti in Domino verbu
vestris piis præcibus inclinari: ordinis vestri re omnia
à bonæ memorię Innocētio Papa prædecessor ditio. Q
stro approbatam, annōtatam præsentibus, au volun
tate vobis Apostolica cōfirmamus: & præsentis nistri, r
pti patrocinio, communimus. Quæ talis est. ditio. v

*In nomine domini incipit regula, & vita fratrum
norum.* Capitulum primum. nus in
quirat

Regula & vita Minorum fratrum hæc est: so ad alio
Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangeli sua pa
seruare, viuendo *Votum.* in obedientia *Votum* cedan
proprio: *Votum.* & in castitate. Frater Fraciscus cas sin
mittit obedientiam, & reuerentiam Dominol nem v
Honorio, ac successoribus eius Canonice inu stris ;
bus: & Ecclesiæ Romanæ. *Vim habens præcepti.* E *Conditio*
fratres teneantur fratri Francisco, & eius succ ad obe
tibus obedire. & reg

*De his qui volunt vitam istam accipere: & qualis
cipi debeant.* Secundum capitulum. *Conditio.* licet b
Domini

Si qui voluerint hæc vitam accipere, & ven nemo
ad fratres nostros *Præceptum.* mittat eos ad suc aptus
nistros prouinciales: quibus solummodo & miseru
aliis, recipiendi fratres, licentia concedatur. capiti
Conditio. Ministri vero diligenter examinent eos, de re. *Ap*
Catholica: & Ecclesiasticis Sacramentis. *Conditio* portan
si hæc omnia credat, & velint ea fideliter con nes ve
& vsque in finem firmiter obseruare, *Cōditio.* & sint ea
res non habent: *Cōditio.* vel si habent, & iam M dictio
steriū intrauerint vxores, vel licentiam eis dede ne des
auctoritate Diocesani Episcopi, voto contin rint m

iam emisso: *Conditio*. Et illius sint etatis vxores, quod
 non possit de eis oriri suspicio: *Conditio*. dicant illis
 verbum sancti Euangelij, quod vadant, & vendant
 omnia sua: & ea studeant pauperibus erogare. *Con-*
ditio. Quod si facere non potuerint sufficit eis bona
 voluntas. *Præceptum*. Et caueât fratres, & eorum mi-
 nistri, ne solliciti sint de rebus suis tēporalibus: *Con-*
ditio. vt libere faciant de rebus suis quicquid Domi-
 nus inspirauerit eis, *Conditio*. Si tamen consilium re-
 quiratur, licentiam habeant ministri mittendi eos
 ad aliquos Deum timentes: quorum consilio, bona
 sua pauperibus erogentur. *Equipollens*. Postea con-
 cedant eis pannos probationis, videlicet duas tuni-
 cas sine caputio, & cingulum, & brachas, & caparo-
 nem vsque ad cingulum: *Conditio*. nisi eisdem mini-
 stris, aliud secundum Deum aliquando videatur.
Conditio. finito vero anno probationis recipiantur
 ad obedientiam promittentes vitam istam semper
 & regulam obseruare. *Præceptum*. Et nullo modo
 licebit eis de ista religione exire, iuxta mandatum
 Domini Papæ, quia secundum sanctum Euangelium,
 nemo mittens manū ad aratrum, & aspiciens retro,
 aptus est regno Dei. *Equipollēs*. Et illi qui iam pro-
 miserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum
 caputio: & aliam sine caputio, qui voluerint habe-
 re. *Equipollens*. Et qui necessitate coguntur: possint
 portare calciamenta. *Equipollens*. Et fratres om-
 nes vestimentis vilibus induantur. *Libertas*. Et pos-
 sint ea resarcire de saccis & aliis peciis cum bene-
 dictione Dei. *Exhortatio*. Quos moneo & exhortor,
 ne despiciant, neque iudicent homines, quos viderint
 mollibus vestimentis & coloratis indutos, vt

cibus, & potibus delicatis: *Admonitio.* Sed vnusquisque iudicet, & despiciat semetipsum.

De diuino officio & ieiunio: & quomodo fratres deire per mundum.

Equipollens. Tertium capitulum.

CLERICI faciant diuinum officium, secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ex psalterio: ex quo habere poterunt breuiaria. **P**rimo vero, dicant viginti quatuor Pater noster pro rutino, pro Laudibus quinque: pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet istarum septem Vesperis autem, duodecim, pro Completorio septem: & orent pro defunctis. *Equipollens.* Et teneant à festo omnium sanctorum: vsque ad nativitatem Domini, *Libertas.* Sanctam vero quadragesimam quæ incipit ab Epiphania, vsque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto ieiunio consecrauit: qui voluntariè eam ieiunant, benedicti sint à Domino, & qui nolunt, non sint astricti ad aliam vsque ad resurrectionem Domini, ieiunium *Vim habens præcepti.* Aliis autem temporibus teneantur nisi sexta feria ieiunare. *Libertas.* Tempore vero manifestæ necessitatis: non teneantur ieiunio corporali. *Exhortatio.* Consulo vobis, & exhortor fratres meos, in Domino Christo, vt quando vadunt per mundum, non contententur, neque contendant verbis, nec alios iudicent. *Admonitio.* Sed sint mites, pacifici, & modesti: mansueti, & humiles: honestè loquentes omnibus sicut decet. *Equipollens.* Et non debeant equitari

Sed nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur, *Admonitio.* In quacunque domum intrauerint primum dicant, Pax huic domui. *Libertas.* Et secundum sanctum euangelium: de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Quod fratres non recipiant pecuniam.

Quartum capitulum. *praeceptum.*

PRæcipio firmiter, fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant: per se vel interpositam personam. *Aequipollens.* Tamen pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis: per amicos spirituales, ministri tantum & custodes, sollicitam curam gerant, secundum loca, & tempora, & frigidas regiones: sicut necessitati viderint expedire, eo semper saluo, vt sicut dictum est: denarios vel pecuniam non recipiant.

De modo laborandi.

Quintum capitulum. *Admonitio.*

Fratres illi, quibus gratiam dedit dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quod excluso otio animæ inimico sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant: cui debent cætera temporalia deseruire. *Aequipollens.* De mercede vero laboris, pro se, & suis fratribus corporis necessaria recipiant: præter denarios vel pecuniam. Et hoc humiliter, sicut decet seruos Dei: & paupertatis sanctissimæ sectatores. *Quod nihil sibi approprient fratres & de elemosyna petenda: & de fratribus infirmis.*

Sextum capitulum. *praeceptum.*

E iiii

Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sed tāquam peregrini & aduenā in hoc seculo, in paupertate, & humilitate domino famulantes: vadant pro eleemosyna confidenter. *Admonitio.* Nec oportet eos verecundari: quia dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. *Admonitio.* Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & reges regni cælorum instituit, pauperes rebus fecit: virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra: quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectissimi fratres, totaliter inhærentes: nihil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi in perpetuū sub cælo, habere velitis. *Admonitio.* Et vbicumque sunt, & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se: & securè manifestet vnus alteri necessitatem suam. Quia si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualem? *Aequipollens.* Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit: alij fratres debent ei seruire, sicut vellent sibi seruire.

De penitentia fratribus peccantibus imponenda.

Vim habens præcepti. Septimum capitulum.

SI qui fratrum instigāte inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos ministros prouinciales: teneantur prædicti fratres, ad eos recurrere, quam citius poterunt sine mora. *Admonitio.* Ipsi vero ministri, si præbyteri sunt: cum

miseriçordia iniungant illis pœnitentiam : Si vero præſbyteri non ſunt: iniungi faciât per alios Sacerdotes ordinis, ſicut eis ſecundum Deum melius videbirur expedire. *Exhortatio.* Et cauere debent, ne irascantur, & conturbentur, propter peccatum alicuius, quia ira & cõturbatio in ſe, & in aliis, impediunt charitatem.

*De electione generalis Miniſtri huius fraternitatis:
& de capitulo Penthecoſtes.*

Vim habens præcepti. Octauum capitulum.

VNiuerſi fratres, vnum de fratribus iſtius religionis, teneantur ſemper habere generalem miniſtrum, & ſeruum totius fraternitatis: *Vim habens præcepti.* & ei teneantur firmiter obedire. *Vim habens præcepti.* Quo decedente, electio ſucceſſoris fiat à miniſtris prouincialibus, & cuſtodibus, in capitulo Penthecoſtes: in quo prouinciales miniſtri teneantur ſemper inſimul conuenire vbicunq; à generali miniſtro fuerit conſtitutum. Et hoc ſemel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem: ſicut à prædicto miniſtro fuerit ordinatum. *Vim habens præcepti.* Et ſi aliquo tempore appareret vniuerſitati, miniſtrorum prouincialium & cuſtodum, prædictum miniſtrum non eſſe ſufficientem, ad ſeruitium, & communem utilitatem fratrum: teneantur prædicti fratres, quibus electio data eſt, in nomine domini, alium ſibi eligere in cuſtodem. *Libertas.* Poſt capitulum vero Penthecoſtes, miniſtri & cuſtodes, poſſint ſinguli

si voluerint, & eis expedire videbitur: semel fratres suos, ad capitulum conuocare.

De predicatoribus. Nonum capitulum.
Aequipollens.

FRatres non prædicent in episcopatu alicuius episcopi: cum ab eo illis fuerit contradicendum. *Aequipollens.* Et nullus fratrum, populo penitus audeat prædicare, nisi à ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus: & ab eo sibi officium prædicationis concessum. *Exhortatio.* Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi, annunciando eis vitia & virtutes: pœnam & gloriam, cum breuitate sermonis: quia verbum abbreviatum fecit dominus super terram.

De admonitione & correctione fratrum.
Admonitio. Decimum capitulum.

FRatres, qui sunt ministri & serui aliorum fratrum, visitent & moneant fratres suos, & humiliter & charitatiue corrigant eos: non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam nostram. *Admonitio.* Fratres vero, qui sunt subditi: recordentur quod propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. *præceptum.* Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis ministris, in omnibus quæ promiserunt domino obseruare: & non sunt contraria animæ suæ & regulæ nostræ.

Acquiescens. Et ubicunque sint fratres, qui sci-
rent, & cognoscerent se non posse regulam spiri-
tualiter obseruare: ad suos ministros debeant, &
possint recurrere. *Admonitio.* Ministri vero, cha-
ritatiue, & benignè eos recipiant, & tantam fa-
miliaritatem habeant circa ipsos: vt dicere possint
eis, & facere sicut domini seruis suis. Nam ita de-
bet esse: quod ministri sint serui omnium fratrum.
Exhortatio. Moneo vero & exhortor in domino
Iesu Christo, vt caueant fratres, ab omni super-
bia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & sollicitu-
dine huius sæculi: detractioe & murmuratioe.
Exhortatio. Et non curent nescientes litteras, literas
discere. *Admonitio.* Sed attendant quod super
omnia desiderate debent, habere spiritum domini,
& sanctam eius operationem, orare semper ad eum
puro corde. *Admonitio.* & habere humilitatem,
& patientiam in persecutione, & in infirmitate: &
diligere eos qui nos persequuntur, repræhendunt,
& arguunt: quia dicit dominus. *Admonitio.* Dili-
gite inimicos vestros: & orate pro persequentibus,
& calumniatibus vos. Beati qui persecutionem
patiuntur, propter iustitiam: quoniam ipsorum
est regnum cælorum. Qui autem perseuerauit
vsque in finem, hic saluus erit.

Quod fratres non ingrediantur Monasteria monachorum.
Vndecimum capitulum. *Præceptum.*

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habe-
ant suspecta consortia, vel consilia mulierum;
præceptum. & ne ingrediantur monasteria monacha-

nom, præter illos, quibus à sede apostolica, concessa est licentia specialis. *Præceptum.* Nec fiant compatrie virorum, vel mulierum: ne hac occasione, inter fratres vel de fratribus, scandalum oriatur.

De euntibus inter Sarracenos & alios infideles.

Duodecimum capitulum. *Libertas.*

Qvicunque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles. *Præceptum.* petant inde licentiam à suis Ministris provincialibus. *Præceptum.* ministri vero nullis eundi licentiam tribuant: nisi eis quos viderint esse idoneos, ad mittendum. *Præceptum.* Ad hæc, per obedientiam iniungo ministris: vt petant à domino Papatum ex sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis, vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ, stabiles in fide catholica paupertatem & humilitatem, *Præceptum.* & sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promissimus, obseruemus.

Explicit regula, & vita fratrum minorum.

Sequitur confirmatio regule.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere: vel ei ausu temerario, contra ire. Si quis autem hoc attetare præsumpsit: indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Laterani, tertio Kalendas

Decembris: pontificatus nostri, anno octauo.

Explicit confirmatio regula fratrum minorum.

Laudes regula fratrum minorum: à beatissimo patre nostro Francisco prolata.

BEatus Franciscus, communem professionem, & regulam ardentissime zelans, volebat quod fratres semper apud se haberent regulam, & qui circa illam erant zelotes singulari benedictione, eos benedicebat. Hanc enim singularissimæ fratribus dicebat esse librum vite, spem salutis, medullam euangelij, viam perfectionis, clauem paradisi: pactum æterni fœderis. Hanc volebat ab omnibus haberi, ab omnibus sciri, & ybique in alleuiationem tædij, & memoria præstiti iuramēti cum interiori homine confabulari. Docuit eā semper cum intentione agenda vitæ, portari præ oculis: & quod plus est, cum ipsa deberi mori.

Explicunt laudes regula fratrum minorum.

Incipit testamentum beatissimi patris nostri Francisci.

Dominus dedit mihi fratri Francisco ita incipere facere pœnitentiam: quia cum essem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leprofos. Sed ipse Dominus conduxit me inter illos: & feci misericordiam cum illis. Et recedente me, ab ipsis, id quod videbatur mihi amarum: conuersum fuit mihi in dulcedinem animæ & corporis. Et postea parum steti: & exiui de sæculo. Et dominus de

T E S T A M E N T V M

dit mihi tantam fidem in ecclesiis: vt ita simpliciter adorarem, & dicerem. Adoramus te sanctissime domine Iesu Christe, hic & ad omnes ecclesias tuas quae sunt in toto mundo, & benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. Et postea dedit mihi dominus tantam fidem in sacerdotibus, qui viuunt secundum formam sanctae Romanae ecclesiae, propter ordinem ipsorum: quod si facerent mihi persecutionem, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, & inuenirem pauperculos sacerdotes huius saeculi, in parrochiis in quibus morantur: nollem praedicare contra voluntatem ipsorum. Et ipsos & omnes alios volo timere, amare, & honorare: sicut dominos meos. Et nolo in ipsis considerare peccatum, quia filium dei cerno in ipsis: & domini mei sunt. Et propter hoc facio, quia nihil video in hoc saeculo de ipso altissimo filio Dei, nisi sanctissimum corpus & sanguinem suum, quem ipsi recipiunt, & ipsi soli, aliis ministrant. Et haec sanctissima misteria super omnia, volo honorare, & venerari: & in locis pretiosis collocari. Et sanctissima nomina, & verba eius scripta vbicunque inuenio in locis illicitis, volo colligere, & rogo quod colligantur: & in locis honestis collocentur. Et omnes theologos, & qui ministrant nobis sanctissima verba diuina, debemus honorare, & venerari, sicut qui ministrant nobis spiritum & vitam. Et postquam dedit mihi dominus, de fratribus, nemo ostendebat mihi, quid deberem facere: sed ipse altissimus reuelauit mihi quod ego deberem secundum formam sancti euangelij viuere. Et ego paucis verbis, &

simp
uit
vita
paup
foris
cis: d
cler
ter n
pau
diti
lo la
quo
nest
cup
&
dar
mer
tim
vt d
sibi
alia
pian
per
hos
mit
cun
in c
son
neq
tion
rint
pae

simplicibus feci scribi : & dominus Papa confirma-
uit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendum
vitam istam : omnia quæ habere poterant , dabant
pauperibus. Et eram contenti tunica vna intus &
foris repeciata, qui volebant, cum cingulo & brac-
cis : & nolebamus plus habere. Officium dicebamus
clerici secundum alios clericos : laici dicebant Pa-
ter noster. Et satis libenter manebamus in ecclesiis
pauperculis, & derelictis : & eram idiotæ, & sub-
diti omnibus. Et ego manibus meis laboraui, & vo-
lo laborare : & omnes fratres mei , firmiter volo
quod laborent : de laboritio quod pertinet ad ho-
nestatem. Et qui nesciunt ad discant, non propter
cupiditatem lucri, sed propter bonum exemplum
& ad repellendum ociositatem. Et quando non
daretur nobis præcium laboris , recurramus ad
mensam domini : petendo elemosynam ostia-
tim. Salutationem hanc reuelauit mihi dominus :
vt diceremus. Dominus det tibi pacem. Et caueant
sibi fratres, vt ecclesias , & habitacula , & omnia
alia quæ pro ipsis construuntur, pænitus non reci-
piant : nisi essent sicut decet secundum sanctâ pau-
pertatem quam in regula promisimus, semper ibi
hospitantes, sicut aduenæ & peregrini. Præcipio fir-
miter per obedientiam fratribus vniuersis , vt vbi-
cunque sunt, non audeant petere aliquam literam
in curia Romana, per se, vel per interpositam per-
sonam : neque pro ecclesia, neque pro aliquo loco,
neque sub specie prædicationis, neque pro persecu-
tione suorum corporum : sed vbiunque non fue-
rint recepti, fugiant ad aliam terram, ad faciendum
pœnitentiam : cum benedictione Dei. Et firmiter

T E S T A M E N T V M

volo obedire Ministro generali, huius fraternitati
 & illi Gardiano, quem sibi placuerit mihi dare, &
 ita volo esse captus in manibus suis, vt non possit
 ire vel facere vltra voluntatem & obedientiam suam
 quia dominus meus est. Et quamuis sim simplex &
 infirmus, tamen volo semper habere clericum qui
 mihi faciat officium: sicut in regula continetur. Et
 omnes alij fratres teneantur obedire Gardianis suis
 & facere officium secundum regulam. Et qui inue-
 ti essent qui nollent facere officium secundum re-
 gulam, & vellent aliquomodo variare: aut non es-
 sent catholici, omnes fratres vbicunque sunt, per
 obedientiam teneantur, vbicunque inuenerint alium
 quem ipsorum proximiori custodi illius loci vbi ip-
 sum inuenerint, presentare. Et custos firmiter tene-
 tur per obedientiam, ipsum fortiter custodire, sicut
 hominem in vinculis die noctuque ita quod non
 possit eripi de manibus suis: donec in propria sua
 persona ipsum representet in manibus sui Mini-
 stri. Et Minister firmiter teneatur per obedientiam
 ipsum mittere per tales fratres, qui die noctuque
 custodiant ipsum, sicut hominem in vinculis, donec
 representent eum coram domino hostiensi: qui est
 dominus protector, & corrector istius fraternitatis.
 Et non dicant fratres hæc est alia regula, quia hæc
 est recordatio, exhortatio, admonitio, & meum te-
 stamentum, quod ego frater Franciscus paruulus ve-
 ster, facio vobis fratribus meis benedictis: propter
 hoc, vt regulam quam domino promisimus melius
 catholicè obseruemus. Et generalis, Minister, & om-
 nes alij Ministri & custodes: per obedientiam te-
 neantur, in istis verbis nihil addere vel diminuere. Et
 semper

semper habeat hoc scriptum secum iuxta regulam, & in omnibus capitulis quæ faciunt, quando legunt regulam: legant & ista verba. Et omnibus fratribus meis clericis, & laicis præcipio per obedienciam, ut non mittant glosas in regulam: nec in istis verbis dicendo ita volunt intelligi, sed sicut Dominus dedit mihi, simpliciter & purè scribere regulam & ista verba, ita sine glosa intelligatis: & sancta operatione obseruetis vsque in finem. Et quicumque hæc obserauerit, in cælo repleatur benedictione altissimi patris, & in terra repleatur benedictione dilecti filij sui, cum sanctissimo spiritu paraclito: & omnibus virtutibus cælorum, & omnibus sanctis. Et ego frater Franciscus paruulus vester & seruus, quantumcumque possum, confirmo vobis intus & foris istam sanctissimam benedictionem. Amen.

Explicit testamentum beatissimi patris nostri Francisci.

Laudes testamenti beatissimi patris nostri Francisci.

O Testamentum pacis: testamentum nulla obliuione delendum, nulla dedignatione spernandum: nulla superordinatione mutandum. Testamentum inquam non morte testatoris: sed immortalis vitæ cõmendatione sancitum. Beatus, qui non negligit, qui non spernit vel abiicit charitatis incorruptibile testamentum: fertilem humilitatis fundum, desiderabilem paupertatis thesaurum tanti patris sibi traditione legatum.

Explicunt laudes testamenti beatissimi patris nostri Francisci.

L A V D E S T E S T A M E N T I

Anno Domini M. CC. VI. Beatissimus Franciscus incepit ordinem fratrum minorum. Et anno domini, M. CC. XXVI. quarto nonas Octobris migravit ad dominum, die Sabbati de sero. Sepultus in die dominico. Et anno domini M. CC. XXVIII. sexto Kalendarum Augusti canonizatus est per dominum Gregorium IX. Papam.

Singularia privilegia impetrata per beatum Franciscum & eadem pro ordine suo, & cum diligentibus: à domino Deo collata.

Refert idem dominus Gregorius Papa nonus, se audivisse à beato Francisco dū viueret: ipsum beatum à domino tria privilegia obtinuisse.

1. Primum, quod quanto plures fratres essent in ordine, & eorum numerus augetetur: tanto melius & abundantius eis prouideretur.
2. Secundum quod nullus in habitu posset male mori.
3. Tertium quod quisquis ordinem suum persequeretur, grauitèr à domino puniretur: & dies suos in breui, & male finiret.

Item dicit beatus Franciscus, tria inter alia se habuisse privilegia à Seraph: videlicet, Christo crucifixo sibi apparente in monte Aluernæ, tempore stigmatizationis suæ.

1. Primam quod professio fratrum suorum, siue ordo suus durabit vsque ad diem iudicij.
2. Secundum est, quod nullus volens in ordine male viuere: poterit ibi diu perseverare.
3. Tertium est, quod quicumque ex corde diligeret ordinem suum, quantumcunque sit peccator: misericordiam à domino consequetur.

Sex rationes notabiles, ad quid fratres minores vocati & dati sunt huic mundo à domino.

Fratres minores dati sunt, & vocati à domino deo: præcipuè, vt repræsentent Christum Iesum dominum nostrum, huic mundo: & tanta ipsius beneficia, à mundo iam quasi oblita, & contempta vel neglecta. Et propter hæc, ab ipso filio Dei domino nostro Iesu Christo postulati, fuisse à domino deo patre suo referuntur: prout reuelatum, & ostensum fuisse legitur.

1. Et primo, vt verbo, & facto sint testes: & imitatores præcipui, suæ altissimæ paupertatis per altissimam & omnimodam abdicationem proprietatis, & indebitæ affectionis, & cupiditatis terrenorum omnium: eorûmque perfectum contemptum, ac pauperem, & humilem atque moderatum usum rerum omnium temporalium. Quæ quidem sanctæ paupertatis virtus, & affectio, quæ ab omnibus ubique deserta, & repudiata, ac contempta videbatur: adeo quod amplius non inueniebatur, vbi perfectè & integrè requiesceret pes eius: Donec beatus Frânciscus eam recepit, & sibi, ac suis desponsauit, tam fratribus quàm sororibus.
2. Secundo, vt verbo, & facto sint testes, & imitatores suæ excellentissimæ, & perfectissimæ obedientiæ, qui non solum deo patri suo obediens factus est pro nobis vsque ad mortem crucis: & etiam parentibus suis, sibi quantum ad humanitatem inferioribus: videlicet, sacratissimæ Virgini Mariæ matri suæ, & beato Ioseph patri putatio, subditus esse voluit: sed (quod magis est) malis etiam prin-

RATIONES SEX, AD QUID FRATRES
cipibus, & sacerdotibus obedire voluit, & docuit, ob
censum Cæsari reddidit, & reddendum docuit: &
cum scribis & pharisæis malis, populum regenti-
bus: dixit. Quæcunque dixerint vobis facite: secun-
dum autem opera eorum, nolite facere, &c. Quia
iuxta Bernardum. Quanto contemptibilior præli-
det, tanto magis obedientia subditi placet: & obe-
diens meretur, maximè si talis obediens culpa sua
non sit causa promotionis, nec continuationis talis
mali: & insufficientis prælati. Etenim perfectissi-
mus & euangelicus, atque apostolicus obediendi
modus, & gradus est obedire propter Deum, non
solùm bonis, & modestis: sed etiam (vt ait S. Petrus)
discolis, non solum in his, quæ quis explicitè promi-
sit Deo obseruare: sed etiam implicitè, obediendo
in omnibus quæ non sunt cõtraria animæ, & regula
sua, sine alia limitatione, vel repressione facultatis,
aut Iurisdictionis vel obedientiæ regularium præ-
latorum suorum: præsertim quo ad minores, iuxta
sua regulæ formam.

3. Tertio, vt sint testes & imitatores sui despectus
& humilitatis: per cõtemptum omnium bonorum,
& promotionum, ac vanitatum mûdi, ac per veram
abiectionem, mortificationem & contemptum sui
ipsius, & suorum propter Deum.

4. Quarto vt sint testes, & sequaces verbo & ope-
re sua tantæ charitatis, & affectionis ad salutem
omnium animarum, per mundum discurrendo, ac
verbo & exemplo prædicando: ac animas ipsius
Christi pretioso sanguine redemptas, ad ipsum ve-
rum creatorem, & pastorem, ac redemptorem ani-
marum reducendo: prout etiam Beatæ Claræ, &

MINORES DATI SVNT HVIC MVNDO. 43
suis virginibus, & beato Siluestro domini voluntatem, super hoc ad instantiam beati Francisci instantissimè requirentibus: diuinitus reuelatum fuisse legitur.

5. Quinto, vt consequentur sint testes & imitatores atque annuntiatores verbo & exemplo ceterarum omnium suarum virtutum moralium, atque exemplorum, maximè suæ perfectissimæ humilitatis, mortificationis, & abiectionis, suæque sobrietatis, virginitatis, & puritatis, patientiæ, mitatatis, condecientiæ, misericordiæ, atque pietatis: suæque iugis contemplationis, deuotionis, & orationis. Et hoc per humilitatis, & charitatis opera, & exercitia continua: per frequentes orationes, per ieiunia moderata, & labores: per discursum in prædicationibus pro animarum fructibus, ac exemplis virtutum: per æstus, & frigora, per piam & charitatiuam subleuationem afflictorum & infirmorum: per receptionem & sanationem peccatorum, per directionem & reductionem ignorantium, atque deuiantium, & sic de aliis Christi & apostolorum suorum exemplis & doctrinis: ad quorum sequelam, verus minor pro posse studere & laborare debet, iugum Christi suaue fideliter & strenuè sine retro aspectione & pigritate, alacri animo vsque ad mortem constanter & perseueranter ferendo: vt tandem audire mereatur illam dulcissimam vocem ipsius Christi inuitantis, & dicentis. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos, cum beatis meis, & fratribus vestris, mihi prædilectis, & charis, atque propinquioribus, imitatoribus, & sequacibus, atque ministris:

RATIONES SEX, AD QUID FRATRES

quibus locum non infimum, sed mecum repromissum cum dixi. Ioan. 14. Et ubi ego sum, illic & minister meus erit. Et alibi. Matt. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim: iudicantes tribus. Israël, &c. Matt. 24. Et alibi. Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit.

6. Sexto, vt sint testes, & speciales contemplatores & imitatores & verbo & exemplo prædicatores, & annuntiatores, atque representatores suæ sanctæ passionis & mortis: ac beneficiorum tantorum suæ benedictæ incarnationis, vitæ, & mortis ipsius, & tantæ nostræ redemptionis: non solum per iugem & frequentem meditationem, ac recordationem vitæ passionis, & tantorum dolorum interiorum, & exteriorum ipsius Christi, & piissimæ matris eius: sed etiam per veram, & spontaneam tolerantiam omnium contrarietatum, & tribulationum interiorum, & exteriorum, atque vilipensionum, & dolorum pro nomine sancto eius. Et consequenter per deuotam, & feruentem prædicationem ipsius. Nam paulo ante tempora beati Francisci, ista tanta ipsius Christi domini Dei nostri beneficia & maximè huiusmodi tantæ passionis, & mortis suæ, videbantur quasi in mundo oblita. Ideoque voluit Christus, per ipsum sanctum, & fratres eius quodammodo ea in mundo, & mentibus hominū renouari, & rememorari attentius. Et propterea ipsius ordinis primarium lapidem, beatum Franciscum voluit, privilegio tam singulari, & excellenti videlicet passionis suæ sacris stigmatibus insigniri, sub cuius vexillo militarent omnes minores, & Christi imitatores: per veram & iugem recordationem, & recollectionem

tantæ suæ passionis, mortis, & contemplationis ipsius, & piæ suæ matris. Quæ etiã (vt legitur in libro conformitarum) propterea, & ad hoc speciale, vna cum filio suo Domino nostro Iesu Christo ordinẽ istum, & ordinem sanctæ Claræ: à Deo patre postulauit, & obtinuit.

BEATI igitur fratres, & sorores, tam minores, & sanctæ Claræ, quàm terciarij de pœnitentia, quàm etiam quicumque alij cuiuscunq; status fuerint vel conditionis: qui, quantum in se erit, in his sequetur ipsum plagiferum, & vexilliferum patrem nostrum beatum Franciscũ: immo verius ipsum Iesum Christum Dominum nostrum, & sacratissimam matrẽ eius, in hac vita: quia in morte, & in iudicio, cum ipso capitaneo suo: in acie, & societate verorum Christi militum, & specialium passionis suæ, & vitę contemplatorum, ac verorum imitatorum, & annunciatorum eius: gloriosiores omnibus mûdi nationibus, & tribus merito apparebunt, & cum Christo, & Apostolis eius, iidem sententiam iudicis approbantes, iuxta verbum Christi. Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me: in regeneratione cũ sederit filius hominis, in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Israël, &c.

*Perfectiones Sancti Francisci: ad quas quilibet
verus minor pro posse tendere debet.*

1. Prima perfectio sancti Francisci erat, quod toto conamine, & rotis viribus conabatur ad dolendum pro peccatis, & libenter cõfitebatur ea: & sine mo-

ra. Et postea cauebat pro posse, ne recidiuaret vel incideret iterum.

2. Secunda erat, quòd omnem creaturam supra se ponebat: & se subter. Et hæc erat ratio, quia (vt dicebat) offenderat illum magnum dominum qui fecerat omnem creaturam, & qui tantum honorauit nos, quod amore nostri, assumpserat carnem humanam: quæ assumpta participauit omni creaturæ. Ob hoc erat obediens bono corde, & bona voluntate omnibus, non tantum maiori, socio, vel pari, vel minori: sed etiam omni creaturæ secundum quod licebat sibi.

3. Tertia perfectio erat, Dei dilectio, qua cor suum omni mūdāna, & humana creatura eradicabat: nec inueniebat fundamentum, nec radicem, aut quietē nisi in illo qui fecit sibi cor. Ob hoc consueuerat proiicere cor suum in Christum: qui fecerat illi cor. Et ita cor suum excitauerat de illo, qui fecit cor, quod sine pœna quādoquē volebat reuertebatur cogitando, & afficiendo ad illum qui fecit homini cor. Vnde erat Deo semper intentus in omni loco, & in omni tempore: excepto quando dormiebat. In oratione autem dicendo culpam de malis perpetratis, aut desiderando bona quæ ei deficiebant: aut reddendo gratias de bonis sibi collatis, aut de malis, & de tribulationibus quæ sibi eueniebant: quia benignus Deus (vt credebat) propter castigationem suam illa sustinebat illi euenire.

4. Quarta erat, quia erat tantæ patientiæ, quod illum qui ei malum faciebat, & dicebat, conabatur eum plus diligere, & amare: & ex toto corde, & ex bona voluntate, & libentius seruire ei sine omn

amari
litate
sibi, v
pecca
præle
facie
dilig
magi
tile,
geba
Deu

5.
omn
nes:
mis
faci
ret:
nir
de
mal
cul
tace
riat
6.
ner
ma
nu
bo
nu
7.
&
in

amaritudine cordis: quia sicut Deus ex vera liberalitate omnia bona sibi tribuebat, ita omnia mala sibi, vt credebat, sustinebat euenire, vt ostēderet sibi peccata, & ipse ea cognosceret, & aduerteret: vt in præsentem illum puniret: Illum igitur, qui illi malum faciebat, vel de ipso malum aliquod dicebat, multū diligebat: quia mediante illo, tanquam nūcio Deus magnum bonum ei conferebat, & tanquam mantile, & retinaculum, quo mediante, Deus eum tergebat: & tāquam instrumentum & dolabrum, quo Deus eum dolabat.

5. Quinta erat, quod diligebat omnes bonos, & omnibus malis compatiebatur, ac honorabat omnes: & se viliorem omnibus reputabat, etiam pessimis. Et hoc, quia nesciebat, vtrum bonū quod ipse faciebat Deo placeret, aut vtrum in eo perseveraret: nec similiter sciebat finem, ad quem alius deueniret. Ob hoc nullum in corde suo iudicabat: nec de ore suo malum de altero proferebat. Et quando malum alicuius audiebat ab aliquo, vel ipsum excusabat, vel tristem seipsum audiendo ostendens, tacebat: vel verba dicentis sagaciter in aliam materiam vertebat.

6. Sexta erat, quod multum amabat reprehensionem: & illum qui eum reprehendebat. Et si aliquod malum de eo diceretur, illud cōcedebat, si vero bonum in illo esset, se excusabat, & dicebat quod nihil boni faciebat, in mēte tenens, quod Deus omne bonum facit & dat: etiam voluntatem faciendi.

7. Septima erat, quod omnibus libenter seruibat, & vix ab aliquo sibi seruii acquiescebat: reputās se indignum omni seruitio. Dicit enim, quod Christus

PERFECTIONES S. FRANCISCI

non venerat ministrari: sed ministrare. Si ergo aliquis seruebat ei in aliqua necessitate: in corde suo gratias agebat Deo, qui illi dederat voluntatem seruendi, & posse.

8. Octaua erat, quod studebat recogitare omnia beneficia sui, & aliorum, & animalium, & aliarum creaturarum, & pro omnibus gratias referere Deo: & post humiliabat se, dicendo. Quis sum ego, qui pro aliis gratias refero, cum non iusticiam referre eas pro minima parte boni quod mihi Deus fecit: & maxime cum sim tam parua creatura. Et sic annihilabat se.

9. Nona erat custodia linguæ, quæ complementum omnium bonorum, & sine qua perditur omne bonum: quia linguam suam custodiebat, non tantum à verbis malis, siue nociuis, falsis, & inhonestis: sed etiam à superfluis, & vanis, quæ deuotionem cordis euacuant.

10. Super omnia igitur sibi cauebat, ut in omni verbo eius esset veritas, bonitas, & humilitas: quia verbum hominis debet incipere à veritate, proficere in bonitate: terminari in humilitate, & mensurari breuitate: quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.

Perfectiones ipsius sancti amplius & diffusius apparent ex legendis ipsius, & conformitatibus: Ideo hæc breuiter dicta, pro quodam memoriali, & succincta declaratione & ad præsens sufficiant. Vide Chronica ordinis nostri quæ transtuli in vulgari Gallicano, si amplius vis scire.

VIRI Venerabiles sacerdotes Dei:
 Praecones altissimi, lucerna diei:
 Charitatis radio fulgentes et spei:
 Auribus percipite verba oris mei.

Vos in sanctuario Dei deseruistis.

Vos vocauit palmites Christus vera vitis.

Cauete ne steriles aut inanes sitis.

Si cum vero stipite viuere velitis.

Vos estis catholicae legis protectores,

Sal terra, lux hominum, ouium pastores,

Muri domus Israël, morum correctores,

Iudices Ecclesia, gentium Doctores.

Si cadat perfectio legis, lex labetur.

Si sal euanuerit, in quo salietur?

Nisi lux appareat, via nescietur.

Nec, si pastor vigilet, ouile frangetur.

Vos cepistis vineam Dei procurare,

Quam doctrina riuulis debetis rigare:

Spinasque & tribulos procul extirpare.

Vt radices fidei possint germinare.

Vos estis in area boues triturantes:

Prudenter à palea granum separantes.

Vos habent pro speculo legem ignorantes

Laici, qui fragiles sunt & inconstantes.

Quidquid vident Laici vobis displicere:

Dicunt procul dubio sibi non licere.

Quicquid vos in opere vident adimplere:

Credunt esse licitum, & culpa carere.

Cum pastores ouium sitis constituti:

Non estote desides: sicut canes muti:

Vobis non deficiant latratus acuti:

Lupus rapax inuidet ouium saluti.



EXORT. PERUTILIS AD OMNES F.

Grege fidelis triplici cibo sustinetur:

Corpore dominico: quo salus augetur:

Sermonis compendio: quod discrete detur:

Mundano cibario ne periclitetur.

Quibus tenemini, vestris predicare.

Sed quid, quibus, qualiter, ubi, quando, quare,

Debetis sollicite praecogitare:

Ne quis in officio dicat vos errare.

Spectat ad officium vestra dignitatis:

Gratia petentibus, dona dare gratis.

Sed si unquam fidei munera vendatis:

Incururos Giesi lepram vos sciatis.

Vestra conuersatio sit religiosa,

Vita virtuosa, munda conscientia,

Regularis habitus, mensque gratiosa,

Nulla vos coinquinet labes criminosa.

Nullus fastus deprimat vestra signum vestis:

Gravis in intuitu: habitus sit testis.

Nihil vos illaqueat curis inhonestis.

Quibus clauis tradita sunt regni caelestis.

Estote breuiloqui, ne vos ad reatum

Pertrahat loquacitas nutrix vanitatum.

Verbum quod proponetis sit abbreviatum:

Nam in multiloquio non deest peccatum.

Estote beneuoli, sobrii, prudentes,

Iusti, casti, simplices, pi, patientes,

Hospitales, humiles, subditos docentes,

Consolantes miseros, prauos corrigentes.

Vtinam sic gerere curam pastorem

Positis, & ducere vitam spiritualem:

Vt cum exueritis chlamydem carnalem,

Induat vos dominus stolam aeternalem. Amen.

INCIPIVNT DETERMINA-
TIONES MVLTARVM QVÆ-

*stionum super regulam beati Francis-
sci edita à Doctore Seraphico
S. Bonaventura.*

VM inter alios ordines religiosorum ordo fratrum minorum datus sit ad ædificationem fidelium in fide & moribus per verba doctrinæ & exempla bonæ ædificationis, quibus & fideles erudiantur ad imitandum: & fides muniatur contra prauitatem hæreticam: sicut lucerna fulgens in domo & tenebras operantes præmouens, vt eadem ædificatio afferat fructum amplioré, necesse est ordinem ipsum quatuor ornamentis esse præditum, sine quibus minus proficeret in aliis, licet fortè quo ad se aliquo illorum possèt carere.

Primum est vita irreprehensibilis, quæ maximè sibimet prodest & alios ædificat.

Secundum, scientia sacræ scripturæ, sine qua nec securè, nec vtiliter possèt alios docere.

Tertium est autoritas prædicandi & cōfessiones audiēdi: in quibus maximè prosūt fidelibus fratres.

Quartum, ratio satisfactoria super quibusdā dubiis apud illos qui non intelligunt qualiter fiant rationabiliter & licitè, immo necessario & meritorie in ordine: super quibus aut mirātur aut scandalizātur: vt sciāt qualiter & quomodo ista fiant rationa-

QVÆSTIONES

biliter: cum ad hoc teneamur. Nam vt coram cæc
 offendiculum non ponamus, opera nostra lux debet
 esse coram hominibus. Iuxta illud Matth. 5. Vt lu
 ceat lux vestra coram hominibus. Vos estis lux mu
 di. Et ideo expedit in lucem ponere & rationem o
 stendere de iis quæ non intellecta possent putari
 nebræ: & per consequens, possent aliorum ædific
 tionem de nobis aliquatenus impedire, sicut enim
 artis alicuius ignarus videt aliqua ab illius artis op
 ficibus instruméta haberi quæ nõ intelligit ad quæ
 valeant: ita plerunque seculares & rudes mirantur
 quare spirituales hæc & hæc faciant. Ita vt expedit
 aliqua ab eis abscondere non ex simulationis pal
 liatione sed pro cautela: ne ponatur offendiculum
 infirmis; & pusilli intelligentia materiam scandali
 inde sumat. Aufer rubiginem de argento & egre
 dietur purissimum vas. Hoc est, tolle de bono quod
 facis suspicionem rationem reddendo: & apparebit
 purum & bonum quod putabatur viciosum. 1. Pet.
 3. Parati semper ad satisfactionem. Ipsa enim opera
 Dei purissima in se sæpe sunt in rudibus, & in infi
 delibus occasio scandali cum non intelligunt & si
 nistrè ac peruersè interpretantur. Matth. 12. Beatus
 qui non fuerit scandalizatus in me. Psalm. 17. Cum
 sancto sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Vt
 ergo lucerna clarius luceat offendiculum auferas
 ei: & limpidius lumen effundet.

QVÆSTIO PRIMA.

PRIMO quaeritur igitur. Cum tot sancti ordines
 & approbatæ regulæ fuerint: cur sanctus Fran-

ciscu
 ficere
 resp
 Dei
 ignit
 poss
 tutu.
 cote
 lucra
 volu
 in p
 ordi
 lum
 tis e
 lucr
 cisc
 ex p
 dio
 qui
 cler
 ben
 ten
 in r
 con
 in p
 tia
 tis
 tion
 rer
 tat
 app
 rio

ciscus nouam regulam facere voluit: quasi nõ sufficerent priorum instituta sanctorum. Ad illud tibi respondeo, quod pater sanctus Franciscus spiritu Dei plenus & zelo charitatis dei & proximi totus ignitus: triplici desiderio flagrabat: videlicet vt totus posset esse imitator Christi in omni perfectione virtutũ. Item vt totus posset adherere Deo per assidue cõtemplationis eius gustum. Item vt multos posset lucrari Deo & saluare animas pro quibus Christus voluit crucifigi & mori. Et quia nõ suffecit ei vt ista in propria persona tantum ageret: voluit instituere ordinem, vt multos cooperatores haberet non solum in præsentia, sed etiam in futuro: qui & sanctitatis eius imitatores existerent, & alios Deo plurimos lucrarentur. Ordines autem quos ipse sanctus Franciscus inuenit in ecclesia, aliqua prædictorum triũ ex parte habebant: vt religiosi cœnobitæ qui in studio virtutum Christi imitantur vestigia: hæremitæ qui contemplationi diuinæ frequentius vacant: & clerici rectores plebium qui animarum curam habentes officio: lucris animarum omni vigilantia intendere debent. Et quia hæc tria simul inuenit in nullo ordine, Spiritu sancto edoctus nouam condidit regulam & nouum ordinem instituit: quo in professione euangelicorum consiliorum obedientiæ videlicet & castitatis & abdicatione proprietatis Christi vestigia sequeretur, & in officio prædicationis & confessionis animarum lucra vtiliter quæreret: & in altissimæ paupertatis mendicitate libertatem spiritus retinens contemplationis supernæ apprehenderet puritatem. Nam & si actionis exterioris occupatio aliquotiens interrumpat ocium

QVÆSTIONES

contemplandi: ipsa tamen libertas cordis nullis sollicitudinibus temporalium distracta spiritualis meditationis magnam præstat studiosis oportunitatem orando, legendo, meditando & cõtemplando. Plene enim obest ad deuotionis puritatem assequendam strepitus temporalium curarum, quam exercitatio virtuosarum actionum: quia curarum importunitas in ocio corporis generat mentis inquietudinem. Boni autem operis fidelis exercitatio conscientiam quietat, & impinguendo eleuat in superna: sicut qui laborat in præparatione conuiuij in quo quietè iucundè epuletur. Vnde dominus per diem occupabatur in doctrina populi & egrotantium curatione in noctibus orationibus in monte vacabat. Lucas Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens morabatur in monte Oliueti. Psal. 41. In die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius. Noluit sanctus Franciscus esse fratres suos astrictos ad curam animarum ex debita necessitate, sed ex libero charitatis affectu: & non meritum expectarent de fructu salutis aliorum, & periculum euitarent de perditione eorum participes in lucro, indemnes in detrimento, vt alios extrahant de naufragij seu incendij periculo: ipsi tuti consistentes in solido non periclitentur cum pereuntibus in peccato.

QVÆSTIO SECVNDA.

CV M ergo qui animarum curam ordinarie non suscipitis, prædicatis populo & confessionibus auditis mittentes falcem in messem alienam: cum illis

illis p
cio g
præi
pient
né no
ta &
Null
mus:
clesi
maie
thor
omn
mis
ricu
in c
dei
fide
quo
& e
inte
peri
con
plu
hor
que
red
ext
po
sub
do
sol
an

illis

illis proprie cōpetat qui animarum curam ex officio gerunt: iniuriantes plebanos in quorū videmini præiudicium exercere officia illis cōmissa: & decipientes illos quos absolutis super quos iurisdictionē non habetis ordinariam, cōtra canonum instituta & periculum animarum vestrarum. Respondeo. Nulli in hoc facimus iniuriam nec aliquem decipimus: sed sedes apostolica quæ immediatē curā ecclesiæ habet & à qua cæteri ecclesiarum pastores tā maiores quàm minores gubernandi suscipiunt auctoritatem, tam mediatē quàm immediatē, & à qua omnes leges canonū emanant, videns in his nouissimis tēporibus iuxta apostolum instare tempora periculosa & laxatis euangelicæ prædicationis retibus in capturam tantos influxisse pisces hominum ad fidei professionem, quod rete fidei scinditur: messem fidelium multam & operarios idoneos paucos, eo quod peccata quotidie multiplicantur in ecclesia, & episcopi negociis exteriorib⁹ dediti, spiritualibus intendere nequeunt: pauci sunt pastores in ecclesiis personaliter residentes: sed vicariis & mercenariis committunt oues siue animas regendas: in quorum plurimis multi inueniuntur defectus imperitiæ & honestæ vitæ negligentiæ & aliorum defectuum, per quos ad gubernandas animas sunt inhabiles: & non redduntur qui plebes erudiant vel à peccati fecibus extrahant: vocauit nos in adiutoriū tam clerici quàm populi, vt per officium prædicationis & cōfessionis subueniamus animabus, & onus pastorum subleuādo alleuiemus, sicut Petrus & eius socij nō valentes soli rete piscium ad littus trahere præ multitudine, annuerunt Iacobo & Ioanni sociis suis in alia naui

Q V Æ S T I O N E S

(quæ signat religionem:) vt venirent & adiuuarent eos, ne vel ipsi mergerentur, vel pisces capti periret. Lucæ 5. Cum ergo ex apostolicæ sedis missione cum ipsorum beneuolentia prædicationis opera & confessionis subditis eorum impendimus, eos ex charitate & autoritate eorum absoluimus: & non depimus eos, sed iuuamus: & in illis fit non præiudicium plebanis, sed beneficium dum pro eis laboramus, & ad obedientiam debitam eorum subditos exhortamur. Nam si plebanus potest alteri vicem suam committere: multo fortius potest hoc Papa & Episcopi, qui pleniorē habent in omnes sibi commissos sine differentia, potestatem: & sicut ex charitate non ex necessitate impendimus fidelibus spiritualia subsidia docendo & orando, & à peccatis in confessione absoluendo: ita ipsi non ex debito actionis, sed ex liberalitate charitatis ministrant nobis corporalis necessitatis subsidium: cum Dominus ordinauerit iis, qui euangelium nunciant, de euangelio viuere, &c.

Q V Æ S T I O T E R T I A.

IT E M quæro. Cum religiosi debeant simpliciter ambulare & omnino virtutibus abundare, & ad hoc operam dare: cur rursus studio literarum (quæ olim sancti patres posthabuisse laudantur, vt Benedictus & alij) se modo dant & in secreta conuersatione student? (Respondeo) quod cum (sicut dictum est) prædicationis officium ex regulari professione ordini annexum sit, & etiam confessionis, quæ noticiam requirunt sacræ scripturæ: quæ subtili indiget in plerisque locis expositione: ne ex imperitia errores pro veritate doceamus, necesse est nobis sacræ

script
script
nem
uus D
discer
rū cla
ctuol
Time
nobi
rarur
& vit
font
quar
scrip
terp
gent
delec
prær
prod
ficat
Thir
eos e

In
fion
ligio
hior
rare
tati
cum

scripturæ habere studium & magistros. Hæc enim scriptura non solum utilis est ad aliorum eruditionem: sed etiam ad propriam instructionem: ut seruus Dei sciat seipsum bene regere, virtutes à vitiis discernere, & notitiam Dei & futurorum præmiorum clariùs intelligere, & in omnibus cautius & fructuosius conuersari. Nam & Apostolus hortatur Timotheum ad lectionis studium, & sanctorum nobis diligentia in sanctarum ruminacione scripturarum frequenter commendatur. Veritas enim fidei & vitæ sanctitas non aliunde quàm ex scripturarum fonte hauritur: sine quibus impossibile est ququam saluari. Hæreticorum etiam versutiis qui in scripturis sanctis occasionem erroris per falsas interpretationes assumunt: oportet per ipsarum diligentem inuestigationem diligentius obuiare: & fideles contra eorum fraudes & latentes deciplinas præmunire. Vnde Hiero. Sancta rusticitas solū sibi prodest, & quantum ex vitæ merito ecclesiam ædificat: tantum nocet si destruentibus non resistat. Ad Thimot. 1. Potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contra dicunt, arguere.

QVÆSTIO QVARTA.

ITEM cum sufficiat ad religionis perfectionem nil habere proprium in speciali, & habere possessiones pro necessitate in communi, sicut omnes religiones antiquorum patrum, Benedicti, Aug. & aliorum, videtur inconsultum & aliquo modo tentare Deum, quod tantus ordo exponat se mendicitati quotidiana, velut cælitus expectet victum suum cum posset aliter habere.

QVÆSTIONES

Respondeo. Perfectio diuersos gradus habet, & alius alio sublimior est, nec perfectioni aliorū ordinum præiudicat, quā aliorū possit inueniri. Tentat Deum autem non est Christi promissionibus credere & eius consiliis obedire, & eius vestigia imitari qui dicit Matthei. 19. Amen dico vobis quod qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes: Dominus autem istā paupertatem docuit & tenuit. Vt nil possessionis in terra haberet: Vnde Matthei. 8. dicit, Vulpes foueas habēt, &c. Multis autem de causis ordo noster nil proprium possidet in hoc mundo. Primò vt vestigia Christi perfectius imitetur. Matthei. 10. Si vis perfectus esse vade, &c. Secundò vt laqueos auaritiæ facilius declinemus. 2. Timo. 6. Qui volunt diuites fieri incidunt.

Tertiò vt culpas superfluitatis plenius expiemus. Prouer. 10. Omnem substantiam domus suæ.

Quartò vt altioris meriti gloriam consequamur per varias virtutes paupertatis. Math. 5. Beati pauperes, &c. Quintò vt liberiores simus mente ad spiritualia studia orationis contēplationis & lectio- ni. Matthei decimo. Nolite possidere aurū, &c. Sextò vt prædicationis studio expeditius intendamus. Septimò vt verbum Dei minus trepidè omnibus proponamus. Octauò vt magis confidere omnes in deum sperantes doceamus.

Nonò vt occasione petendæ eleemosynæ ad aliorū ædificationē frequentiùs exeamus. Decimò vt qui nobis subueniunt in temporalibus fiducialius spiritualia requirant. Vndecimò vt magis cauti simus ab omni scandalo, quo magis timemus in temporalibus deperire. Duodecimò vt tantò humiliores simus

quan
spiri
tia
gnu
fessi
fam
ram

IT
bus
tat
fui
uat
bu
ru
do
co
plu
ad
fic
qu
eo
pu
Se
q
pe
g
pe
si
d
h

quantò magis subsidio aliorum indigemus: Et qui spiritualia fidelibus seminamus, nõ tantum ex gratia ab eis carnalia subsidia expectamus. Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua. Hic. Reddituũ possessionẽ nobis providere non oportet, sed ad mensam Domini tanquam fideles cooperatores occurramus.

QVÆSTIO V.

ITEM quæro. Cum religiosi à tumultu secularis frequentia se separare studuerint & in solitudinibus habitare, quid est quod vos frequentius in ciuitatibus & oppidis manere soletis, quasi voluptuosius ibi pascendi, & inquietius & indeuotius ibi uiuatis? Respondeo, tres sunt causæ precipuæ pro quibus inter homines morari solemus. Vna propter eorum ædificationem, vt promptius eis adsumus quando requirunt à nobis pœnitentiã, doctrinã & salutis consiliũ, & videant à nobis bonæ cõuersationis exemplum. Si enim remoti essemus ab eis, nec ipsi possent ad nos quando indigent commodè accedere, & difficile esset nos toties vocari, & maior esset nobis inquietudo continuè currere & recurrere quàm inter eos manere, & priusquam veniremus, affectus & cõpunctio requirentium pœnitentiã sæpe repuisset. Secunda causa est propter indigentiam victualium, quia in locis desertis non inueniremus quotiens superuenientibus vel residentibus vel infirmis indigeremus, qui nobis necessaria vitæ ministrarēt, cum per nos non habeamus. Extranei etiam qui pro cõsilio superuenirent cum statim non possent expediri & recedere, cogerentur nobiscum frequentius hospitari: quod multis ex causis nullatenus expe-

diret, propter inquietudinem, suspicionem, & perturbatam. Tertia causa est propter tuitionem, quæ si extra homines moraremur: nec libros, nec calceas, nec vestes, nec alia necessaria tuto seruare possemus à latronibus vel prædonibus, vel seruis potentium. Nam personæ etiã sapius essent in periculo si quando in prædicatione forsitan aliquos offenderemus, vel filium, vel fratrem alicuius, de quo dicerent in ordine reciperemus: qui etiã amicum fratrum vellet maliciose offendere, vel moleste ferre nos in terra morari, domos nostras incederet & inquam possemus ibi pacificè commorari. Qui autem habent possessiones & prædia sibi met sufficiunt, possunt extra ciuitatem morari. Similiter & solitarii qui paucis indigent, pauca ab aliis requirere necessi habent. Sunt & aliæ causæ quas modo prætereo, propter quas conuenit inter homines potius quàm in deserto iuxta conditiones hosti ordinis habitare. Sed ad præsens ista sufficiant.

QVÆSTIO VI.

ITEM quæro. Cum sancti patres laudentur in castris & in vilibus habitaculis habitasse: quid est quod vos altas & magnas domos erigitis, & oratoria sumptuosa & areas latas magno precio comparatis: cum sitis pauperes & mendici, & contemptores mundanorum esse debeatis? Respondeo, sicut iam supra dictum est, cum inter homines manere nos oporteat: aut ergo extra muros ciuitatis aut intra. Si extra ciuitates maneremus vbi possemus latiores areas leuiori precio comparare vel in campis vel hor-

tis: quæ
ciues
stras
oppi
do fili
missa
ligur
Q
quer
arca
orat
bus
tari
len
stun
gan
ver
qu
gu
les
de
id
qu
pl
in
ri
vl
b
o
n
r
P

tis: quodocunque bellum timeretur, vel à guerra ciues loci formidarent, ne fortè hostes domos nostras occuparent, & de illis niterentur ciuitatem vel oppidum expugnare, & nõ auderet etiam alias quando sibi timerent ad loca fratrum pro cõfessione vel missa seu prædicatione securi venire: & ideò non diligunt vt in talibus locis commoremur.

Quod si intra muros habitamus vbi propter frequentiam populi areas cariores sunt: oportet & nos areas catius emere quantum sufficiant pro claustro, oratorio, & officinis congruis pro conuētu hospiti- bus: & infirmis & orto herbarum tam pro pulmẽtario quàm pro aëris recreatione, vt infirmi refocil- lentur & sani conseruentur: & lassi in spiritualibus studiis recreentur. Seculares enim qui frequẽter va- gantur, non indigent recreatione aëris: religiosi verò qui in cellarum reclusoriis relegantur: nisi ali- quam interius habeant aëris recreationem: citò lan- guescunt tabescent & ad studia spiritualia inhabi- les efficiuntur: ita quod nec sibi nec aliis proficiunt in deuotionis internæ profectu, in sapietia intellectus id est, virtutum exemplis & in doctrina salutis. Et quamuis perfectis omnis locus aptus sit pro disci- plinæ internæ exercitiis: imperfectis tamẽ & adhuc indigentibus eruditione virtutis, opus est etiam exte- riori distinctione officinarum claustralium: vt sciãt vbi tacere debeant, vbi loqui liceat, vbi orare, vbi la- borare, vbi legere, scribere vel comedere, & vbi sit oblectatio infirmorum: vbi requies de labore iti- neris venientium, & aliorum quæ in collegiis sunt necessaria: nè si confusè indifferenter singula fierent pro libitu, iam nec disciplina, nec quies, nec deuo-

tio, nec ordo inter fratres sicut expedit seruaretur
 quod esset in magnum detrimētum religionis &
 scandalum alienis, & in destructionem salutis: quæ
 nec minores discerent à quo proficerent: nec per
 fecti alios edificarent. Quia verò intra ambitum ci
 uitatis (vt dictum est) cariores sunt aræ, non po
 semus facile sufficientiam congruæ latitudinis ha
 bere vt omnes officinæ deorsum collocarentur in
 ta se inuicem oportet aliquando vt vna super al
 iam locetur: ita quod vtraque aëris respiraculo
 non careat. Ex hoc domus nostræ magnæ appareat
 & excelsæ ac sumptuosæ & paupertati dissimile
 cum tamen hoc paupertas magis efficiat: quia
 circa dilatemur, inferius angustamur. Et quia ci
 cum septi sumus domibus aliorum vicinorum: &
 quia in ciuitate sæpe insurgunt incendia late pertu
 gantia, ne vel domus, vel ecclesiæ, vel libri, vel alia
 necessaria frequenti discrimini sint exposita, & in
 continuo tremore infirmantium corda sint inde
 suspensa, & ne ipsi vicini nostri à nobis per incendia
 molesterentur, vbi possumus facimus domos lapideas
 vt nec igne nec vetustate citius destruantur: qui
 non solum corporibus sed etiam cordibus magni
 est destructio nostra sæpius aedificia construere: ma
 xime illis qui non habent sumptus nisi quantum va
 lent, colligere mendicitate. Non tamen intendo in
 his excusare nisi quæ valde necessaria sunt & ratio
 nabiliter: vbi autem superfluitas, curiositas, & irre
 ligiositas, & regulæ & paupertati nostræ derogan
 tes essent structuræ, reprehendo tecum & omnia
 alia quæ Deo displicent, tam in moribus quàm in
 rebus. Quintuplicis enim peccati rei sunt qui super

fluam
& acq

Prin
pomp
rate ve
lat. 6. S

Sec
scunt
do vic
deber

Ter
huius
tio e
dissip
tes re

Qu
quib
di str
pasc
dum
cult

Q
dan
tam
aliis
acc
ab
scu
ren
tur

suam in ædificiis & aliis quibus utimur, procurant & acquirunt.

Primo propter transgressionem professionis: quia pompis renūciantes sæculi in paupertate & humilitate vera promiserunt domino famulari. Vnde Galat. 6. Si ea quæ destruxi, &c.

Secundo propter malum exemplum quo alij discunt ab eis similia facere, vel scandalizantur quando vident eos quæ huiusmodi pro Christo spernere deberent quærere vel sectari.

Tertio propter inquietudinem fratrum propter huiusmodi ædificia & procuraciones: quia & deuotio extinguitur & disciplina religionis plurimum dissipatur. Isa. 49. Venerunt structores tui destruente te & dissipantes à te exhibunt.

Quarto propter spoliationem aliorum pauperum quibus sæpe elemosinæ præripiuntur: & huiusmodi structurae fiunt ex quibus illi deberent vestiri & pasci, dum quod istis datur eis negatur: quia ad dandum vtrisque sæpe deficit dantium largitas & facultas.

Quinto quia quando nimis urgemus homines ad dandum: perdunt deuotionem ad nos prius habitam, ita quod nec de prædicatione nec exemplis nec aliis quæ facimus ædificantur. Vnde cum vident nos accedere terrentur & timent quod aliquid velimus ab eis expetere quod graue sit eis dare, & erubescunt negare, & si dederint non libenter, minus merentur: & sic rebus & deuotionis merito priuantur, &c.

QVÆSTIONES
 QVÆSTIO SEPTIMA.

Item quæro, cum dominus in euāgelio dicat. Nolite solliciti esse in crastinum & vos sitis pauperum tatis euangelicæ professores: non debetis plura cogitare vel seruare quàm quod possit quotidie ad minus diei victum sufficere. Sed videtur quòd non seruetis. Respondeo.

Si diligenter euangelij dicta pensamus, sollicitudinem de crastino, sed non prouisionem prohiberi videtur.

Vnde sancti Apostoli euangelij Christi perfectissimi obseruatores tam pro se quàm pro alijs Christi pauperibus qui omnia pro Christo reliquerunt à fidelibus subsidium pro corporum necessitate in futurum petebant & recipiebant, sicut Paulus rogatus à Petro, Ioanne & Iacobo collectas fieri per ecclesias pro Christi pauperibus sustentandis mandauit. Galat. 6.2. Corin. 8. Et alijs locis pluribus reperitur id fecisse, qui etiam pro acquirendis necessarijs sibi & socijs suis laborauit manibus. Sollicitudo enim notat curæ anxietatem, illicitam acquisitionem, auarum superfluum prouisionem. Sicut enim in operatione salutis nostræ principaliter spem in Deum iactare debemus, ita & in corporali subsidio sollicitudinem debemus ei committere, & tamen ubi congruè possumus sine actura spiritualis profectus nostri & aliorum nobis necessaria prouidere licet, ne aliter quasi Deum tentare videamur: ut miraculosè sicut olim filiis Israël nobis quotidie alimoniam subministraret. Licet enim priorum fratrum puritas pro maioris perfectionis ad-

dore p
 collige
 opinio
 re in c
 modo
 ad vic
 aliquo
 prom
 rere n
 certo
 nus c
 nec p
 nisi c
 runt
 solen
 dant
 dend
 cepit
 tépo
 16. P
 tuno
 bus p
 mus,
 lunt
 IT
 tis
 lis &
 opp
 detu

dore pauciora quàm nunc consuenerint ad victum colligere necessaria, & populus propter hoc talem opinionem conceperit, quod nil nobis licet referuare in crastinum, tamen nec tunc nec nunc aliquo modo nobis prohibitum est statuto, quin possimus ad victum aliqua etiam necessaria in futurum pro aliquo tempore prouidere, maximè de iis quæ in promptum cum indigeremus non possemus acquirere mendicando. Sunt enim quæ nisi colligamus certo tempore, quando est copia, quando inter manus communiter habentur à populo, postmodum nec pro infirmis, nec pro hospitibus, nec pro aliis, nisi cum magna difficultate vel magno precio poterunt haberi. Mendici enim maximè illo tempore solent necessaria petere, quo sciunt ea promptius à dantibus inter manus haberi, vt circa horam comedendi. Sic & dominus populo certo tempore præcepit manna alimoniam colligere, quia non omnitempore in agro etiam si quærent inuenirent. Exod. 16. Psalm. 144. Tu das escam illis in tempore opportuno. In hoc enim non tam nobis quàm illis à quibus petitur prouidemus, quando tali tempore petimus, quo ipsi facilius dare possunt, & magis sunt voluntarij ad eleemosynam largiendam, &c.

QVÆSTIO OCTAVA.

ITē quæro. Quid est hoc, quod modo plura petitis quàm olim, vt cū tunc vix in vna vel paucis villis & pauca postulaueritis, modo late per terram & oppida & castra peruagando plurimā cōgregatis? Videtur enim auaritia inter vos creuisse, & cura vëtris

Q V Æ S T I O N E S

hanc vobis prouidentiam persuasisse, videtur etiam
 quod spiritus extinctio vos in cella quiescere
 permittit. Respondeo. Viciosos in hoc & aliis ca
 sare non audeo vt dixi: sed rationem pro illis qui
 tione ducuntur & pia intentione omnia faciunt
 stendere beneuolis nunc intendo: quia maliuoli
 magis facta nostra calumniari desiderant, quàm
 gnoscere veritatem, magis dolent si ostensa ratio
 eis materia subtrahitur detrahendi. Quia inimicus
 vult potius causas malignandi contra eum, quàm
 odit sibi adesse, quàm abesse: vt non ex inuidia,
 ex iustitia eum persequi videatur. Quod autem
 potius quàm olim videmur mendicando plura
 ligere, inter alias principales causas, quas potest
 uertere veras esse, vna est, quod cū olim paucis
 tres fuissent in ordine, nunc multo plures sunt
 que, & plures pluribus indigent quanto numero
 numerum excedit in omnibus, quæ necessitas
 quirit est magis opus. Nam Dominus infans na
 modico diuersorio & præsepio contentus fuit,
 aggregata discipulorum turba ad celebrationem
 schalis conuiuij quæ fuit sibi preparari cœnaculum
 grande stratum.

Secunda causa est quod inter plures sunt etiã de
 biles, & infirmi maximè, qui olim strenue religio
 nis & arduæ paupertatis pondus per annos plu
 mos portantes, nunc ex humanæ mortalitatis defe
 ctibus laxatis cogente ipsa charitate non debent
 vt infirma pecora relinqui, sed piè quamdiu por
 rint fulcimentis corporalium necessitatum pro
 misericordia & aliorum ædificatione & pro iunio
 rum instructione sustentari: & propter tales opo

ret & c
 Tert
 in Ec
 lum da
 inter p
 quo m
 aliqua
 vix pe
 Et op
 datu
 lassat
 omni
 re, n
 do a
 Q
 lis, le
 non
 ra cu

IT
 illo
 tert
 bea
 dan
 les
 no
 vir
 qu
 tio

tet & expedit plura peti.

Tertia causa quia plures modo mendicantes sunt in Ecclesia de diuersis ordinibus, & quod nobis solum dabatur integrum, nunc minutatim diuiditur inter plures, vnde cogimur nunc latius tanto vagari quo min⁹ in locis singulis datur nobis. Quod enim aliquando offerebatur nobis non quærentibus, nunc vix per diuersa minutatim colligimus cum rubore. Et oportet nos petere: quia non petentibus parum datur: dum ex multitudine petentiū homines sunt lassati. Qui autem per se nihil habet, necesse est eos omnia quibus indigent ab aliis postulare vel carere, nisi velint illicite acquirere vel quocunque modo apud alios deseruire si gratis eis non donaretur.

Quarta causa non tamen omnino commendabilis, sed pro aliqua parte excusabilis accedit: quia qui non est patiens penuriæ in his quibus indiget, plura cum conquirere oportet.

QVÆSTIO NONA.

ITEM quæro. Quæ potest esse huius impatientiæ causa nisi voluptuositas, quæ nil vult sibi deesse illorum quæ appetit, quæ omnis religiositatis est exterminium. Respondeo: Hoc etsi in quibusdam habeat locum: non tamē est potior causa, sed aliæ quædam. Vna quia vt dictum est, plures habemus debiles & infirmos quàm olim cum omnes fere erant noui in ordine: qui cum lassati iam & exhausti sint viribus, oportet vt reficiantur ne penitus deficiant, quod esset contra misericordiæ, charitatis & discretionis virtutem, cum tales maximè consilio suo &

QVÆSTIONES

zelo pietatis exemplo sustentēt ordinem in suo
 gore ne subito corruat à pristina puritate. Licet
 tute corporali iam non sicut olim eminenter es-
 mentur lucere propter corporis destructionem
 oportet quod cōtra misericordiam deficere sub-
 permittantur, & tunc ex hoc magis fouebitur in or-
 dine carnalitas, quia quilibet iuuenis & sanus in
 ctus carnis prudētia cogitabit apud se dicēs, Si talis
 viri pro edificacione ordinis corpora sua tradiderit
 omnibus laboribus, modo debilitati sic permittun-
 tur absque misericordia perire, volo mihi cauere
 parcere corpori, & illud fouendo custodire, ne mihi
 similiter contingat. Et sic vix aliquis audebit de ce-
 tero feruenter in Dei seruitio se exercere. Si autem
 debent debiles misericorditer refoueri, expedit
 etiā alij qui vnum corpus societatis cum eis sunt, &
 eis seruiunt & labores ordinis pro eis in domo, in
 diuino officio, in frigore & petēdis eleemosynis &
 aliis obiequiis patiuntur, aliquo modo mitius per-
 tractentur & melius reficiantur, vt minus de illis
 scandalizentur, & minus murmurent cōtra eos, qua-
 si ipsi soli consumant omnia quæ offeruntur, & vt
 patientius pro eis laborent, & hilarius ministrent
 & vt ipsi debiles minus erubescant & confidentius
 audeant necessitates suas accipere, cum videant alios
 etiam secum esse participes in consolatione. Sani
 ergo & fortes non debēt propter se, ista appetere
 nec suæ industriæ ascribere quando petentibus eis
 eleemosynam ista offeruntur, sed cogitare debēt sic
 cut & veritas est quod Deus ea propter debiles mi-
 nistrat & in tanta copia quod exinde etiam sani cō-
 solentur. Propter præmissas rationes vult etiā Deus

veritat
 ralitati
 ditus p
 tudin
 ministr
 bent, &
 damu
 Aliu
 nerūt
 bito c
 & vic
 lague
 affue
 scend
 tum
 Te
 crū in
 in tē
 gore
 exter
 leant
 cibos
 dicit
 cōgr
 & bi
 hono
 de vi
 dit e
 bus v
 mus
 illa c
 appo

veritatem suæ promissionis & euidentiã suæ liberalitatis ostendere, dum nobis qui nullos certos redditus pro ipso habere decreuimus: & totam sollicitudinem in eum iactauimus: indulgētius necessaria ministrat quàm aliis quibusdam qui lata prædia habent, & loculos plenos, ad hoc vt ei securius confidamus & fidelius seruiamus.

Alia causa est: quia eorū qui nuper de seculo uenerūt quidã delicatè sunt nutriti, & cū in ordine subito contra solitum cogūtur aliter viuere in labore & victu & coërtione magisterij trita caro tenera læguescit: & nisi clemēter foueātur donec paulatim affluescant ordinis pati rigorem, aut semper tabescendo languescēt, aut ex rigoris horrore ad vomitum reuertentur: & ideo expetit vt supra.

Tertia causa est spiritualis studij: nã assiduum lucrū in studio sacre scripturę in deuotionis desiderio, in tētationis certamine, in internæ sollicitudinis vigore ita cōsumit, & desiccatur vires corporis, vt nisi exterius quãdoque aliquatenus refocillētur, nō valeant diu subsistere. Quod autē aliquando lautiores cibos & potus habere videmur: hoc est propriè mēdicorū, qui dū non reseruant in posterū vt cumulos cōgregent, vt prædia lata cōparent, statim comedūt & bibūt ea quæ Dominus administrat. Et quia pro honestate & deuotione sua pleriq; dant nobis, non de vilioribus sed de melioribus quæ Dominus dedit eis: etiã nos cum interim nō habeamus alia quibus vtamur ne videamur ingrati, & auari, comedimus & bibimus quæ offerūtur nobis indifferēter tã illa quã alia, iuxta illud regulę, de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat māducare. Mendicus enim si

QVÆSTIONES

recusat ea quæ offeruntur cum nõ habeat vnde
 emat: remanebit inanis. Quia verò diuersi diu
 & aliquando quasi aduersa mirantur de nobis
 cum illi reprehendant in nobis carnalitatem,
 verò duritiæ quilibet pro visu suo & affectu: op
 tet nos singulis de suis quæstionibus responde
 rationem reddere, licet sequentia præcedentia
 continuato ordine ad hoc non cohæreant: sed n
 do de hac, modo de alia tractemus, &c.

QVÆSTIO DECIMA.

ITEM quæro. Cum omnibus debeat cupere
 saluentur vobiscum, quare indifferenter nõ cu
 nes recipitis qui desiderant institutum vestrum
 mere & profiteri: cum non arctet vos prædioru
 paucitas, sed aperta sit omnibus via mendicandi

Respondeo. Omnes quidem cupimus saluari
 nulli prohibere possumus licentiã mendicitatis:
 omnes passim recipere non expedit nobis nec Ec
 clesie Dei: Nobis quidem quia variæ sunt conditio
 nes hominum, qualitates & mores. Multos enim
 sæpe reciperemus imbecilles qui nõ possent rig
 rem ordinis sustinere. multos pauperes qui non pro
 Deo, sed pro sustentatione vitæ viuere desiderarent
 nobiscum, multos incompósitos moribus quos ve
 corrigere ab audita consuetudine possemus, & pe
 tales dissolueretur ordinis disciplina, & impeditu
 tur profectus aliorum, & non sufficeret eos alij pro
 scere nec eis seruire, nec inuenirentur tandem qui
 possent eis præesse, & omnes simul in corpore
 spiritu quasi confusa multitudo perirent, quæ ne

reg

regi v
 non c
 Eccle
 gis co
 torun
 dalun
 inuen
 fos, v
 ligio
 vitan
 meli
 tantu
 oner
 scere
 ficat
 exp
 vale
 his c
 suste

IT
 I
 pet
 R
 mu
 alic
 libe
 nin
 ret
 me

regi valet nec congruè sustentari. Ecclesiæ similiter non expedit, quia cum sit ordo ad ædificationem Ecclesiæ constitutus & multitudo receptorum magis confusionem induceret: nec de cõuersione multorum exemplum ædificationis acciperet sed scandalum, vbi, religiositatis excepto solo habitu, nihil inueniret. Minus enim malum est, non esse religiosos, vel nomine vel habitu, vbi non viuunt sicut religionis eorum forma requirit, quàm vt sint & per vitam eorum peruersam alios scandalizent, sicut melius est lucernam non esse in domo, quã esse ibi tantum fœtidam & non lucentem. Nimis etiã foret onerosum fidelibus tot mendicos vnius ordinis pascere à quibus nullum vel modicum haberent ædificationis præsidium. Sed tot & tales solum recipi expedit, qui sine onere Ecclesiæ pasci possint, & qui valeant Ecclesiæ in spiritualibus respondere pro his quæ ab ea in carnalibus recipiunt pro corporum sustentatione.

QVÆSTIO VNDEGIMA.

ITEM quæro. Cur non laboratis manibus pro victu vt non sitis Ecclesiæ onerosi in elemosynis petendis.

Respondeo. Si de puro labore manuum debere-
mus viuere tantũ, vrgeret nos operis instantia: quod aliorum lucris intendere non possemus nec diuina liberè celebrare nec orationi liberè vacare. Cum enim ad confessionẽ, vel prædicationem frater vocaretur respondere cogeretur, opus meum quò victui meo hodie deseruire debeo nondum expleui: & ille

QVÆSTIONES.

cui laboro priusquam deseruiam non dabit mercedem debitam : ideo non possum venire. Autem omnes præter infirmos laborant: alij autem in studio vt fideles erudiant: alij in diuino officio laudibus Dei : alij in colligendis eleemosynis pro sustentatione cõmuni, alij in officiis domesticis firmis & sanis ex iniuncta obedientia ministrant: quidã qui sciunt artes aliquas mechanicas profectibus & extraneis exercentes, sicut mutuo cooperantur inter se formicę & apes, quidam per obedientiam missi diuersas terras perambulant, cum nũc alios idoneos non habeamus, & sic nullus impeditur permittitur ociosus, &c.

QVÆSTIO DVODECIMA.

ITEM quæro. Si de quolibet ordine & religione possit quis trãfrire ad regulam & ordinem sancti Francisci. Ad hoc sine præiudicio meliori.

Respondeo. Quod sic vbi sine scandalo aliorum potest fieri. Propter quod maximè prohibetur nobis de quibusdam religiosis non recipiendis, cum scandalum tale sit maius malum quam aliorum receptio sit bonum. Cum enim tria sint principalia huius religionis, scilicet obedientia, castitas & paupertas: & in regula ista sint quasi strictiora & altiora quã in aliis ordinibus & religionibus, sicut patet in regula ista, constat quod secundũ hoc religio ista altior sit & strictior aliis ordinibus, & ideo de quolibet religione possunt securè ad istam intrare dum modo non ex leuitate, sed ex spiritu Dei sint ducti. Nam etsi aliqua sit in quibusdã corporalibus exco-

citatio
lento
men
stirati
pond
genti,
ercita

Q

IT
Ad
deo.
tione
regul
Nam
ctior
seipsu
Omni
hic h
mare

Q

Ide
cepti
profu
gatu
tenet
videa
derat

citationibus strictior, vt in abstinentia carniū & silentio & officio Ecclesiastico & similibus. Hæc tamen ex sublimiorum obedientiæ paupertatis & castitatis virtute facile recópensantur, sicut modicum pondus auri in prætio præualet magno ponderi argenti, vel alterius metalli. 2. Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, &c.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

ITEM quæro. Si de ista religione possit aliquis ire ad aliam post factam in ea professionem. Respōdeo. Saluo meliori iudicio non, nisi per dispensationem sedis Apostolicæ cum hoc expresse in ipsa regula prohibeatur ibi. Nullo modo licebit eis, &c. Nam quum non inueniatur altior regula, vel strictior seu æqualis: patet quod nō licet cuiquam per seipsum ad inferiorem ordinem transire. Luc. 14. Omnes qui vidēt incipiēt illudere ei dicentes quia hic homo cœpit ædificare & non potuit consummare, &c.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA.

ITEM quæro. Si liceat ordini eiicere aliquem pro demeritis: vel egresso & pœnitenti & petenti receptionem denuo denegare. Cum enim ordo in professione versa vice se obligauerit, vt sicut ille ligatus esset ordini: ita econuerso videtur, quod ordo tenetur semper recipere si exigat: ne promissum suū videatur irritare, si nollet eum tenere quē sponderat nunquam derelinquere.

Q V A E S T I O N E S

Videtur etiam quod ordo non possit talem licet
 tiare ad alium ordinē, quia non inueniet alibi, quod
 hic promisit: & ita faceret eum voti sui trāsgresso-
 rem & sic peccaret. Videtur etiam quod cum ibi
 non possit compelli ad alium ordinem, cum nulli
 ordini se obligauerit nisi isti: & non debeat cogi
 uitus ad quod se nullo voto astringit etiam si alius
 ordinem inueniret isti æqualem: videtur iste ordo
 esse inculpa si talis vagetur in sæculo: cum nolit
 recipere pœnitentem & ad alium ordinem non de-
 beat, vel nō possit eum compellere: & si punit eum
 vel excommunicat quod iniurietur ei: Immo si non
 tenetur eum ordo recipere nec vult iam punit non
 suum subditum: & si punit eum corporaliter capi-
 do vel castigādo, videtur in canonem incidere tan-
 latae sententiæ cum sit clericus vel regularis. Si
 tem ordo non vult eum recipere, & non conuenit
 eum aliam religionem intrare, vel alij nolunt eum
 recipere ad quos licentiatus est transire, & per hoc
 à fratribus ligatur excommunicatione vel non ab-
 soluitur, ponitur in laqueum perplexitatis inexten-
 minabilis vt quasi ex omni parte præclusa sit eius
 salutis, quod volenti saluari non potest vel non de-
 bet fieri. Luc. 9. Filius hominis non venit animas
 perdere, sed saluare.

Vt autem super his apertior pateat ratio quid or-
 dini, vel egresso faciendum sit in istis.

Nota. Cum aliquis ingressum perit istius ordinis
 si recipitur fit ei magna gratia & multiplex, & de
 naufragio peccati eripitur & sociatur illorū colle-
 gio qui ambulāt in via Dei tali cōditiōe, vt & ipse
 gradiatur in eadē via cum eis seruando illa propter

quæ ordo est institutus. Quandiu ergo sic graditur postquam ad professionem receptus est: non potest eū ordo abiicere, quia sicut ipse etiā ligatus est ordini: ita & econuerso vt neutrum liceat alterum relinquere vllō modo, si autem frater aliter viuūt quā licet in ordine, & sæpius correctus se non sufficiēter correxit, si excessus occultus sit: tolleretur, & cum cautela propter scandalum: ne si abiiceretur: cum eius culpa non pateat: videretur iniuste proiectus, aut peccatū iniuste propalaretur quod vtrumq; illicitum videtur. Si verò excessus eius graues fuerint, & notorij quod alij eius exemplo possint infici, si retineatur in ordine & extranei scandalizarentur, quod talis in ordine sustineretur: tum propter auferendum scandalum, tum propter corruptionem ordinis præcauedum debet eiici præuaricator voti & pacti sui, quia iam ordo non tenetur ei de promisso tenendi eum secum, qui promissum suum præuaricando pluries violauit, cum ideo sit vocatus ordo, quod nil in se inordinatum patiat. Quod si Deo permittente talis seipsum eiiceret, gratiæ sunt Deo referendæ, non quia ille peccauit, sed quia oues suas à pestifera contagione liberauit. Ad Gal. 5. Vtinam abscendantur qui vos conturbant: scilicet puritatem vestram, pacem, & famam. Si autem allegatur quod misero est miseratio adhibenda vt iterum recipiatur in ordine, dici potest. Crudelis est miseratio vnde plures, & meliores grauer offenduntur. Sicut qui furem liberaret vnde pauperes spoliarentur: maximè cum tales lōgo vsu tepesacti, rarissime verè & perseuerenter emendantur, & facilis remissio aliis audaciam præbeat delinquendi. Nec potest

Q V Æ S T I O N E S

allegare sibi iniuriam si non recipitur, quia ipse
 lem se fecit ex culpa propria quod recipi sit in
 gnus, quin potius ordo habeat causam contra eum
 agendi pro eo, quod sic se dehonestauit.

Vnde potest eum punire pro meritis, vel tradere
 cui seruiuit, nisi faciat quod tenetur. Sedes enim
 postolica quæ ius suū vnicuique seruat, & vult or
 dinem in sua puritate persistere, non cogit ordinem
 tenere illos quorum cōuersatio nociua esset in or
 dine, qui tunc puniret innocentes, & reos fouere
 & occasionē daret ordinis corruptioni per tales pe
 stiferos si eos recipi oporteret. Sed ne damnabiliter
 vagentur in sæculo, ex gratia sedis Apostolicæ ordi
 dat eis licentiam (quos iudicat non recipiendos de
 se) ad alium determinatum transeūdi vbi saluentur
 ad quem etiam transire tenentur si possunt, alioquin
 non erūt in statu salutis, sicut Loth non volēs mor
 tem conscēdere cōcedente angelo in Segor parua
 la saluatur. Propria autoritate nō possūt ordinem
 deserere quem vouerunt, nec alium intrare sine or
 dinis sui licentia, vel summi pontificis, quia vt de
 ctum est, ad inferiorem regulam non licet eis transi
 re altiora professis. Quod autem talis aliū cogitur
 intrare ordinem si in isto non recipitur, cum tamen
 alium non vouerit nisi istum, inde est, quia cum vo
 uit istum sic alligauit se religioni, quia secūdum iur
 canonicum nullatenus redire potest ad sæculū, vel
 ad latiorē vitam transire ei liceret. Et ideò si de
 meretur in ordine quem vouit non retineri cum
 ex peccato suo non sit conditio eius melior facta, ut
 iam possit esse liber, sed potius deterior, oportet eū
 aliū ordinem intrare & illū seruare si vult saluari, &

ad h
 ordo
 ordi
 aditu
 lo va
 relig
 pori
 nis i
 tene
 iuris
 imp
 ad a
 Do
 reg
 lius
 din
 ord
 vt r
 istiu
 tres
 per
 ped
 sum
 vel
 din

I
 cat
 ips

ad hoc cogit eum statutum vniuersalis ecclesiæ, nõ ordo iste, ex cuius gratia permittitur ei ad inferiorẽ ordinem transire cum superiore non inuenit, ne aditus ei salutis præcludatur. Si autem velit in sæculo vagari ex quo ordo non vult eum recipere, nec ad religionem concedatur sibi transire in spacio temporis sibi determinato, licet iam videatur ab ordinis iurisdictione exemptus cum nolit eum amplius tenere, tamen ex auctoritate summi pontificis cuius iurisdictioni non est subtractus, potest eum ordo impetere & per censuram ecclesiasticam, vel etiam ad alias pœnas corporales potest coercere eũ vice Domini Papæ, quandiu non habuerit aliũ iudicem regularem cui se subiecerit regulam & ordinem illius stabiliter assumendo. Sponte etiam egressus ordinem istum, si non de licentia eius intrauerit alium ordinem ad quem licentiarum posset, potest compelli vt redeat, cum adhuc sit sub iurisdictione ordinis istius à qua non potest semetipsum eximere, nisi fratres dent ei licentiam ibi standi, & nolint eum recipere, vel tenere. Hęc omnia iam statuta sunt: ne quis pedem ponat in lubrico & obscuratus offendat, sumptis leuibus occasionebus recedendi ab ordine, vel ad alium prohibitum trãseundi vel etiam inordinate viuendi.

QVÆSTIO XV.

ITEM quæro. Cum multitudo sit sæpe occasio confusionis, eò quod regi nõ possit, cur multiplicatis numerũ in recipiẽdo inutiles & oneratis vospis ipsos & alios? Respondeo. Inutiles omnino scien-

Q V A E S T I O N E S

ter nõ recipimus, sed præter spem nostram aliqu-
 tiens sic contingit. Quatuor enim causis solemus
 recipere superuenientes. Vna est compassio periculi
 tionis eorum qui vix extra ordinem in seculo salu-
 rentur: sicut qui de igne vel aqua periclitantem rap-
 vel de alio discrimine. Secunda propter profectum
 ordinis qui ex scientia & industria morum hono-
 state & reuerentia quorundam, futurus præsum-
 tur. Tertia propter aliorum ædificationem: vt mo-
 de talium conuersatione qui aliquo modo erant in-
 mosi in seculo emendentur & eorum incitentur
 exemplo. Quarta propter præcium instantiam quæ
 ipsi faciunt pro se, & alij pro eis nimia importunitate
 obtinent aliquos recipi quibus denegari nõ potest.
 Si autem agricola sepe seminat & plantat in spe quæ
 omnia conualescant: quod tamẽ plerumque in aliis
 quibus non eueniet: ita contingit & in religiosis
 ordinem receptis. Lucæ. 8. Aliud cecidit secus viam
 &c. Seminat plures sulcos: vt si aliqua pereant: alij
 pro illis conualescant. Si tamen omnes conualesce-
 rent: seges copiosior proueniret, &c.

Q V A E S T I O X V I.

IT E M quæro. Vnde est quod videmus aliquos re-
 ligiosos moribus ita distortos, & rudes sicut ali-
 quos seculares, superbos, vanos, cupidos, inuidiosos,
 detractores, iracundos, contumeliosos, desides, dis-
 solutos, auaros, inuerecundos, delicatos, gulosos,
 garrulos, lasciuos, & quod ex his oritur forsitan in-
 continentes. Respondeo. Religio est scola virtutum
 in qua sicut in alijs disciplinis & artibus discẽdis ita

cumbitur. Videmus autem quod alius alio peritior est, alius rudior, alius diligentior, alius segnior. Hæc autem differentia ex quinque causatur. Vna causa est quod alicubi informatores habentur quorum eruditione boni discipuli nutriuntur: vbi autem non habentur aut rudes in spiritualibus erunt discipuli aut erroribus variis sub specie boni per sensum proprium seducuntur: habentes quidem zelum iustitiæ: sed non secundum scientiam: & sic à perfectione virtutum plurimi retardantur: vt vel malum estimet bonum aut minus bonum putent optimum, aut aliam viam quam debeant ad perfectionem tenendam. Secunda causa est defectus seu copia bonorum exemplorum quia noui in religione sæpe tales fiunt: quales alios esse videt, sicut in sigillis, cera talem imaginem recipit: qualis fuit impressa, & fiunt sancti cum sanctis, boni cum bonis, peruersi cum peruersis. Tertia causa est nouitas in religione quia incipientes non possunt, vel non habent illa quæ habent prouecti, vel perfecti. Et ignoscendum est eis in aliquibus, & patienter expectandum: donec crescant, & adiscant quæ nondum apprehendere valuerunt. Ad Romanos. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Qui à puero exigit labores viri, & ab infirmo vires robusti, & à scolari vnius anni vires magistri, imprudens est. 2. Corinth. 13. Cum essem paruulus loquebar vt paruulus. Ex hoc arguitur stoliditas secularium quorundam: qui dum vident aliquem religiosum in aliquo offendere: omnes religiosos despiciunt quasi omnes tales sint: cum ipsis videretur iniustum si quis eos propter aliena vicia deteriores haberet. Quarta causa est defectus gratiæ:

QVÆSTIONES

non enim omnes omnia possunt. Sicut enim multi
vellent esse diuites & non possunt, ita non omnibus
datur equalis gratia spiritualium donorum. Ad Ro-
manos 7. Velle mihi adiacet, perficere autem bonum
non inuenio. Quinta causa est voluntas propria, &
non omnibus adsint prædicta, dum quis diu steterit
religione, & bonorum exempla despexit, doctrinam
non curauit, gratiam abiicit, virtuti non studuit, vi-
ciis se subdidit: sicut heu plures sub religionis habi-
tu velut dealbata sepulchra in scandalum aliorum
conteguntur. Matth. 23. Vae vobis Scribæ, & Phar-
isæi, & hypocritæ qui estis sicut, &c.

QVÆSTIO XVII.

ITEM quæro. Cum religio deberet esse sicut spe-
culum in domo in quo discant intrâtes agnosce-
re deformitates suas vt eas abstergant, quare non
omnes discolos eiicitis per quos religionis puritas
deformatur: si tamen non estis tales omnes qui illos
fouetis.

Respondeo. Bona religio malos odit & nõ fouet,
nec tamẽ omnes prauos eiicit. Et hoc his de causis.
Vna propter spem correctionis, sicut ægrotans non
eiicitur in mare quãdiu spes vitæ fuerit, ita & de la-
psis in ordine intellige cum multi lapsi per pœnitenti-
am surgentes, postmodum sani perseuerant, & ali-
quoties meliores fiunt quam qui lapsi non fuerint,
sicut Dauid, & alij plures. Secũda propter defectum
probationis, quia licet ex aliquibus coniecturis ti-
meatur aliquis malus, tamen aperte non videtur cõ-
munitati. Sicut si aliquis teneatur leprosus esse et

aliquibus signis, & non potest adhuc plenè iudicari, sed latet morbus, & ideò inter sanos adhuc toleratur. Tertiò propter scandalum, quoniam fratribus tantum notum est crimen illius, sed apud extraneos reputatur honestus, qui si viderent eum eiici, & tamen non scirent causam: putarent ex invidia fieri, vel cogitarent reliquos omnes esse tales, cum iste de quo tantum præsumebant occultè fuerit viciosus. Nam Dominus cognouit Iudam esse viciosum, & in exemplum nobis tolerauit eum, cum crimè eius aliis foret occultum, donec per apertam iniquitatè prodidit semetipsum.

QVÆSTIO XVIII.

ITEM quæro. Cum quælibet religio sibimet placeat & aliis se præferat, quæ sunt maximè in quibus bona religio agnoscat, & in quibus alia melior altera estimatur? Respondeo. Sape in vno, & in aliquibus præcellit vnus ordo alterum, vt iste in labore, alter in silentio, alius in abstinentia & similibus. Sed generaliter in istis agnoscitur quis sit melior. Vnde si in studio omnis virtutis vt communiter personæ illius ordinis feruentius, & frequentius exercetur, maximè charitatis, humilitatis & internæ deuotionis est signum bonum præcellentiæ & perfectionis.

Secundum si omnia vicia & scandala odio habet & sollicitè cauent, & occasiones peccatorum amputant & extirpât, & mundiciâ diligunt & conseruât.

Tertiū est si boni apud eos diliguntur, & fouentur & despectis aliis in regimine animarum soli assumuntur, & per eos maximè gubernatur ordo. Ecc les. 19.

Q V A E S T I O N E S

Qui negligit modica paulatim decedit.

Quartum si à seculari frequentia se subtrahunt honores fugiunt, diuitias non ambiunt, & contenti mari huic sæculo tam in moribus quàm factis seu quilibet apparentia erubescunt.

Quintum si damnum & iniurias illatas ac defensionibus tacitè sufferunt: nec per querimonias vitare se cupiunt: sed Deum omnium inspectorem tendunt qui suos cum vult potest defendere. Cuius verò expedire eis nouerit, permittit eos pro altero premio tribulari, & patienter ferunt donec placuerit Deo aliter ordinare.

Quæ ista signa plenius habent religiones: meliores sunt, & quæ minus, sunt minus bonæ, & quæ nihil sunt, qui etiã singulariter in se habet bonus est etiam si alij communiter non habent.

Q V A E S T I O D E C I M A N O N A.

Item. Videmus ordines omnes religiosorum deficere in vita religiosa etiam si in temporalibus & quibusdam ceremonialibus videatur proficere. Causas huius defectus vellem scire precipuas. Ad hoc enim non deberetis incipere quod nõ potestis proficere aut in inceptis pro posse perseverare, alioquin prauaricatores voti meritò reputabimini. Respondet deo, Omne quod non habet esse suum à se, deficit: quod decedit in non esse nisi sustentetur ab eo qui dicitur ei esse: sic & omnis ordo & omnis homo.

Vnde non solum ordines religiosorum, sed etiam episcoporum & clericorum & laicorum, & vniuersalis status multum deficit, quantum ad communitatem

statu
deles
dem
Mu
vna.
sanct
Et in
non
Sanct
corp
appa
oper
vt la
larit
fia, v
C
ficit
V
funt
diffi
pita
vnu
Se
ord
por
exe
run
den
ne
ri. E
nor
ter

statum ab eo quod in principio fuit cum omnes fideles erant perfecti, & sancti quales nunc raro videmus, Actu. 4.

Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Licet autem olim communiter omnes boni & sancti fuerint: tamen modo multo plures sunt sancti in ecclesia Dei. Sed quia mali plures sunt, ideo non apparent sancti respectu multitudinis aliorum. Sanctitas etiam vera non consistit in exercitatione corporali, sed in virtutibus mentis, Et quia istae non apparent exterius nisi modicè ex quibusdam signis operum, & sancti non querunt videri ab hominibus vt laudentur, sed occultant bona quae habent singulariter praeter ceteris: ideo pauci sancti modo in ecclesia, vel ordinibus esse videntur.

Causae autem quare communitas in religione deficit, sunt magis communes inter alias.

Vna est multitudo intransientium quia multi non possunt tam facile flecti sicut pauci: sicut naus magna difficilius gubernatur quam parua. Et vbi multa capita ibi multa cerebra, quae omnia non possunt ad vnum sensum deflecti.

Secunda cum subtrahuntur qui primo tenuerunt ordinem in suo vigore, vel cum debilitantur in corpore, non possunt iunioribus ardua rigoris dare exempla sicut prius, & noui priora opera non videntur: imitantur omnes tantum in his quae nunc vident in eis, & fiunt remissi, & sub specie discretionis ne se ipsos sicut antiqui destruant parentes corpori. Et quia internas virtutes quas antiqui habuerunt non agnoscunt vbi que neglecti sunt, quod nec exterius exercentur, nec interius virtutes apprehen-

dunt. Et iam qui antiqui non valent modo eos exemplo præire timēt, eos etiam in verbo corrigere, quod solēt dicere iuniores. Verba quidem bona sunt quae dicunt nobis, sed opera non ostendunt, & sic magis scandalizantur.

Tertia causa est, quod quilibet qui non didicisse scit docere: cum enim regimen ordinis deuoluitur ad istos iuuenes tales nutriunt quales ipsi sunt: et quod iam prior in fratrum fabulam vertitur, nõ tenetur exemplum: Imò se tantum reputant illis prioribus meliores, quo minus agnoscunt quæ sint perfectorum virtutes. Et dum exempla quædam ex prioris disciplina conseruant in choro vel processionali ingressu, & similibus audent asserere quod si tantus ordinis nunquam fuerit ita bonus.

Quarta causa est: quod paulatim subintrant non bonæ consuetudines quæ statim ab aliis trahuntur ad exemplum: Et si aliqui zelum Dei habentes illas defendunt audacter, defendunt alij, quare sibi non liceat quod aliis permittitur, & pro lege tenebitur: quod ex vsu iam conueniens videatur: ita quod vix de cetero poterit extirpari. Rectores quoque, & si non diligant: tamen ne maius malum sequatur diffimulant vt pacifice cum fratribus viuant. Cumque vna consuetudo talis facta fuerit tolerabilis, consuetudo quæter introducit alia quasi cohærens prioris: vnde illa admittitur, ista vetus toleretur.

Quinta occupatio frequenter emergentium, quæ corda distrahit, affectum deuotionis extinguit, mores alterat interius, occasiones vitiorum inducit & ne de sua correctione efficaciter cogitēt, semper noua impedimenta religionis innectit: donec tandem

conf
conf
num
catus
aliæ
inop
met
tur
es

Ite
bi &

Ite
taru
perd

Ite

parte
in eo
solui
refor
tius l
refor

Ite
tioni
vel ac
digen
ab ep
de re
in sua

Ite
statu
inuen
statu
sed et

consueſcant ſola exteriora cogitare, & obſcurato conſcientiæ oculo, etiam cum deſunt occupatio- num cauſas impudenter quærere, ſicut Samſon cæ- catus in carcere molem traxit. Iudicum 16. Sunt & aliæ ſpeciales cauſæ quorundam ordinum, vt nimia inopia ex qua coguntur fieri proprietarij dum ſibi- met cogitur quiſque providere, quia non provide- tur eis in communi.

Item nimix opes ex quibus fiunt carnales ſuper- bi & multipliciter vicioſi.

Item frequentia inter ſeculares ex qua oritur mul- tarum tentationum carnalium materia, & temporis perditio.

Item frequens mutatio prælatorum, quæ & ſi pro parte bona ſit in quantum mali abiiciuntur, tamen in eo nociua eſt quod boni dum citò ſperant ab- ſolui non præſumunt aggredi, vel non proficiunt vt reforment ſtatum ordinis, & rebelles ſubditi po- tius laborant vt deponantur quam vt ſtatus debite reformetur.

Item ſi vnus prælatus quandoque vult reforma- tioni intendere, ab aliis quoquomodo impeditur, vel ad minus non iuuatur ab iis quorum auxilio in- digeret, vt prior non adiuuatur ab abbate, vel abbas ab epifcopo, & de ſimilibus ſimiliter iudicetur, vn- de rebelles ſubditi appellant ad eos quos ſciunt ſibi in ſua rebellionem fautores.

Item ſi aliqui in vno loco diligenter reformare ſtatum in melius, mittuntur ad alium locum vbi nõ inueniunt quod quærebant. Et his atque aliis cauſis ſtatus religionis deficit: vt non ſolum fiat deterior, ſed etiam quaſi deſperabilis: quod vix vnquam niſi

Q V A E S T I O N E S

Deus ordinet aliter reformetur. Sed quia diligenter Deum omnia cooperantur in bonum: quod fit in communi potest fieri in particulari. Quibus proficere volens conuertit ad lucrum suum aliorum detrimentum, & omnes vias alieni defectus ad perfectum suum cum Dei gratia retorquet. Et sic electorum gloria ex hoc maior erit, quod reproborum societati admixti: eorum non imitantur exemplum qui sunt ipsis tentationis, & exercendae virtutis materia: ita & boni religiosi nunquam tanti essent meriti apud Deum si non reproborum fratrum defectibus ad multiplex virtutis lucrū assidue excitati fuissent. Vnde Apostolus inter cetera virtutum suarum merita quibus se ministrum Christi humiliter gloriatur enumerat pericula in falsis fratribus, eo quod ei & aliis bonis multiplex sit occasio virtutis, scilicet quod primo eorum praua exempla sunt bonis tentationis materia, & sic victorię causa. In 2. zelo iustitię contra vicia accenduntur, & virtutis scandalis infirmorum. Item. 3. eorum miseriis compatiuntur sicut mater filio ad perditionem periclitanti. Item. 4. magis laborant bonis exemplis corrigere & monitis & orationibus & beneficiis. 5. distortos mores patienter tolerant, & iniurias quod eis pro iustitia inferunt.

Item. 6. ex eorum contubernio despectionem sustinent ab extraneis quasi ipsi sint tales. Item 7. timidiore ac per hoc humiliore fiunt & ne cadant in licitiores.

Item. 8. Deo magis referunt gratias quod eos tales essent benigne defenderit. Item. 9. ex malis in se positis virtutes iustorum clarius elucentur.

pulch
elicit
accid
dant
decor
rum,
dinat

ITe
Inu
mine
quæ
esse c
vel a
ratio
Vnde
videt
quia
dit ha
auter
caus
scant
quod
expe
lud. E
vult,
dire,
non p
Paul
volu

pulchrius fulgent. Ista & alia bona sunt quæ Deus elicit ex consortio malorum cum bonis. Sicut enim accidentale gaudium bonorum cumulat visa pœna damnatorum : ita etiam in ecclesia quodammodo decorat rectitudinem iustorum deformitas iniquorum, disponente hoc superna sapientia quæ nil inordinatum in omni regno dimittit, &c.

QVÆSTIO VIGESIMA.

Item quæro. Cum nihil debeatis appetere terrenum, nec honores, nec res pro quibus solent homines inter se contendere, & sibi mutuo invidere: quæ causa est quod sæpe videmus inter religiosos esse dissensiones & inuidias, sicut & inter seculares vel aliquando acriores? Respondeo. De his quæ irrationabiliter fiunt reddi non potest ratio congrua. Vnde si aliqui sub habitu religionis tales aliquando vidètur, non est alia ratio nisi eorum imperfectio: & quia habitus mentis non habet interius quod ostendit habitus vestis exterius & tonsura capitis. Boni autem si aliquando dissentire videntur, hoc his de causis fieri consuevit. Vna, cum non omnes agnoscant æqualiter veritatem in omnibus, contingit quod aliquis intelligit illud pro alia parte non fore expediens, vel aliud magis fore expediens quam illud. Et dum vterque hoc quod ipse melius iudicat vult, promouere, & quod nociuū credit vult impedire, sic dissensio fit inter eos, idest diuersa sentio & non peruersa, cum vterque bene intendit, sicut inter Paulum & Barnabam pro Ioanne discipulo quem voluit Barnabas assumere in socium prædicationis

suæ, sed Paulus prohibuit timens ne non perseveret in continuatione laboris, & sic per eum impeteretur, & sic dissentiebant. Et Barnabas secum locum sumpsit ubi maiores haberet labores. Paulus vero Sylam sumpsit pro fortioribus laboribus magis aptum ut diuersis partibus diuisi pluribus predicando prodesse. Sic in expositione beati Gregorij orante Daniele dominum pro populi liberatione de captiuitate Babylonica angelus dixit, quod eius oratio esset dudum exaudita, sed princeps Israhelitarum, id est Angelus illius gentis custodiae deputatus restitit sibi 21. diebus ne statim liberarentur sed diutius afflicti plenius à peccato purgarentur. Quid ergo mirum si boni quandoque pro bono dissentire videntur ratione diuersarum considerationum, si apostoli & angeli in eadem ratione sentire inuenti sunt?

Nam iuxta hunc sensum sancti quandoque irrationabiliter & ad eò dissentiunt: ut cum Deus vult aliquem mori quem ipsi diutius desiderant viuere pro aliquo profectu, vel cum ipsi putant citius mori quos Deus vult pro eorum salute adhuc diutius in corpore laborare. Phili. 1. Desiderium habeo dissolui, &c.

Alia causa est quando vnus non videt intentionem alterius quæ bona est, putat eum alia intentione aliquid facere, & displicet sibi & dissentit ab eo qui si sciret non displiceret sibi quod facit, & conciliatus cum eo.

Sic Moyses iratus est filiis Ruben & dimisit tribum Manasse cum peterent terram Basan Esbon in possessionem. Et Iosue iratus est eisdem pro constructione altaris super ripam Iordanis

tequar
se bon
culpab
ceps, &

Item
lab
aliqua
non si
ri & a
Prin
cellen
reat M
coram
Item
zentur
plici r
quem
Item
bus qu
cum t
toria
infirm
gis pr
nocea
videre
hoc f

tequam agnosceret intentionem utrobique fuisse bonam, talis autem ignorantia non est semper culpabilis, dum tamen non sit iudicium nimis præceps, &c.

QVÆSTIO VIGESIMA

PRIMA.

Item quæro. Cum religiosi tam studiosè solent abscondere facta sua, suspectum est apud eos esse aliqua indecentia. cur enim sic celantur cum bona non sit necesse cæleri? Respondeo, Tria solent cæleri & abscondi.

Primum est singularia bona ne de singulari excellentia vana gloria proueniat & meritum deperat Matth. 5. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, &c.

Item vicia & peccata, ne percipientes scandalizentur, quia qui peccâtes aliquem scandalizant duplici reatu obligantur. Matth. 18. Væ homini illi per quem scandalum venit.

Item quædam solent abscondi à non intelligentibus qui ea iudicarent mala esse ex sua stoliditate, cum tamen coram Deo licita sint vel etiam meritoria: non propter hypocrisim, sed ne illi exinde infirmentur, & ita non propter se tantum, sed magis propter illos occultant religiosi facta sua ne noceant illis, quia non possunt omnium corda videre & omnibus satisfacere quare hoc vel hoc fiat, cum seculares rudes sint & proni sæ-

QVÆSTIONES

pius de religiosis sinistra suspicari. Cum enim vi-
 eos refectionem accipere: iudicant eos carnales.
 vident eos humiliter iucundos, iudicant eos disse-
 tos. Cū ex zelo iustitiæ vident se ab eis pro vicio
 redargui: dicunt eos iracundos.

Cum eos necessaria vitæ mendicare cum alium
 non habeant, dicunt eos auaros: & sic de singulis.
 Etiam quæ bene faciunt reprehendunt, propter
 quod oportet vt caueant alienæ infirmitati & con-
 cultent quæ possent ab aliis mala iudicari. primo
 Corinth. 8. Videte ne hæc licentia vestra offendat
 lum fiat infirmis. Tribus modis seculares iudicant
 religiosos.

Primo opinando de ipsis quod omnia sunt
 quæ ipsi per se confingunt vel aliis referentibus
 uiter credunt: vt vulgus rusticanum quod dicitur
 antichristi prænuncios, & quod omnes guerras
 rarum & principum seminemus.

Secundo quod illa quæ ipsi solent facere
 sunt peccata, quæ cum vident nos aliquando
 quid facere estimat quod tali anima facimus vt
 sicut comedere delicata & bibere, & alloqui fe-
 nas, esse hilares, speciosas areas, munda ædifica-
 tione sani aëris, & ecclesias decentes, zelo discipulis
 inuicem accusare & punire, & pro cautela de
 trāsmutare & similia, quæ à bonis bono & à peccatis
 peruerso animo fieri solent.

Tertio cum damus eis causam iudicandi & iudicandi
 de nobis non bona: talia exempla eis ostendimus
 do quæ merito sunt reprehendenda.

In primo sumus nos sine culpa, in secundo in
 tæus bona cautela, in tertio culpa non caremus

tes ei-
 nis vi-
 men-
 auter-
 pa no-
 plices

P
 S
 laude
 T
 bus.

C
 pinio

C
 mag

S
 Etior

S
 pro e

C
 accre

Ha
 illis l

preh
 sine c

IT
 pa

tenta

tes eis scandali occasionem & ministerium religionis vituperabiles facientes, quibus debemus esse lumen sanæ doctrinæ & forma rectè viuendi. Cum autem despiciamur ab illis sine causa, id est sine culpa nostra, ad profectum nostrum cedit multiplicem.

Primo peccata nostra per hoc purgantur.

Secundo bona magis tuta sunt à vana gloria & laude humana.

Tertio humiliores reddimur coram hominibus.

Quarto cautiore sumus in verbis & factis ne opinionem eorum confirmemus.

Quinto minus sumus eis familiares, ac per hoc magis in cella quieti.

Sexto patientiam magis discimus ex tali despectione.

Septimo interna consolatio spiritus impenditur pro exteriori subtracta.

Octauo meritum ex his omnibus coram Deo accrescit.

Hæc & alia bona tanta sunt: quod si non obessent illis libenter tolerare debemus despici ab ipsis & reprehendi, & persecutiones pati propter Christum sine culpa, &c.

QVAESTIO VIGESIMA

SECUNDA.

Item quæro. Cū deberetis sicut pauperes Christi pauperibus esse familiares & eorum cibus contentati: quid est quod magis frequentatis mensas

QVÆSTIONES

diuitum quàm pauperum? Respondeo. Tri-
specialiter inuitant ad hoc, videlicet nostra nece-
tas, quia cum itinerâdo per terram lassitudine &
me fatigamur, apud illos promptius speramus ob-
nere refectionem, qui etiam pro honestate sua pro-
suum quibuslibet transeuntibus non negant: quod
alios quos nescimus.

Item pauperum inopia, quia si fortè nos hilari-
reciperent: expendere nobiscum pro sua deuotio-
ne in vno prandio nobis etiam nolentibus, vnde
pluribus vicibus refici potuissent.

Item ipsorum diuitum salus, qui per occasiones
concipiunt nostri familiarem noticiam, vt ad an-
rem Dei sic eos paulatim trahamus & salutis do-
ctrinam eis ingeramus, & per tale meritum De-
eis propiciam faciamus, quia pauperes per se in-
runt se & salutis consilia studiosè requirunt quia
habent in hoc mundo consolationem suam, diuites
autem terrenis contenti vel mundanis negotiis
cupati vel superbia inflati, raro humiliant se ad con-
rendum salutis consilium, nisi per occasionem
quam ad hoc à bonis religiosis trahantur prout
ter, sicut dominus traxit Zachæum & alios Publicanos
nos manducando cum eis & docendo, licet non
ignoraret Phariseos & Scribas inde murmurare
materiam querere detrahendi, &c.

QVÆSTIO VIGESIMA

TERTIA.

Item quæro. Cum personarum acceptio sit apud
Deum culpabilis & ab Apostolo Iacobo pro-

bita: e
quâ pa
nibu
sæpe v
fecit q
omnil
pertin
deber
deside
pedit
plus c
rare c
sæcul
ad m
vel pr
ni cõ
parte
tum,
infr
mèn
fendi
fiât q
& pro
corre
Paup
emer
lioru
num
tur in
recte
stant
in pl

bita : quare vos religiosi magis honoratis diuites quā pauperes, & promptius eis seruitis in confessionibus audiendis & aliis consiliis & obsequiis sicut saepe videmus & scimus? Respōdeo. Deus pusillum fecit equaliter & magnū, & equaliter est illi cura de omnibus in quantum factūrā eius sunt ac ad salutē pertinēt sempiternā, ideo igitur nos omnes diligere debemus in domino & tā diuitū quā pauperū salutē desiderare & pro posse nostro promouere sicut expedit his & illis. Vnde si pauper melior est diuite plus debemus eū diligere, tamen diuitē plus honorare quadruplici ratione. Vna quia cū Deus in hoc sæculo diuites & potentes pretulit pauperibus quo ad mundi gloriam, vbi est necesse alios aliis subesse vel præesse, nos honorādo potentes eius ordinationi cōcordamus, quos & ipse Deus honorauit in hac parte. Alia ratio propter infirmitatem ipsorū diuitum, quia si non honorarentur: indignando magis infirmarentur, & deteriores efficerentur, & grauamen nobis & aliis pauperibus inferrēt, ne quod offendiculum demus infirmis: ne per nos deteriores fiāt qui omnes debemus potius ad meliora trahere & prouocare. Tertia quia maior vtilitas prouenit ex correctione vnius diuitis quā plurimū pauperum. Pauperis autem salus sibi met prodest, diues autem emendatus multis prodest, tā propter exemplum aliorum qui inde edificantur & prouocantur ad bonum, & propter alia bona quæ per eum promouentur in aliis & mala impediuntur. Eccles. 10. Qualis rector ciuitatis, tales habitātes in ea. Conuersio Constantini Imperatoris ad fidem plus profuit Ecclesiæ in pluribus, quā multorum aliorum.

QVÆSTIONES

Quarta cum à diuitibus plus recipiamus de corporali subsidio, eo quod magis abundat in talibus, sum est vt & eis vicem rependamus & promissimus eis ad obsequia specialia impendenda. Patres etiam facilius expediuntur quia tantis perplexitatibus nõ ligantur, diuites verò pluribus laqueis irretiti, frequentioribus & diligentioribus indigent consiliis. Ideo necesse est nos circa illos studio occupari, ne profundius in peccato mergantur. (vt dictum est iam) qui potentem in bono promouet, multos iuuat. Sicut econuerso ipsius subuentum multorum est detrimentum.

QVÆSTIO VIGESIMA

QVARTA.

ITEM quæro. Cum regula dicat quod nil proprium debeatis habere nec in speciali nec in communi & vos habetis domos, hortos, libros, vestes & alia victui necessaria pro tempore, quomodo potest transgressiones huiusmodi excusare bona conscientia? Respondeo.

Videmus in sæculo famulos dominorum panem non suum comedere, tecto non suo contegi & aliis aliis vti vt domini ipsorum: sic & alij sæpe concessis vtuntur tam vestibus quam aliis rebus illorum voluntate quorum res sunt. Sic & nos vtuntur rebus necessariis pro corpore quas tamen in speciali nec in communi nobis appropriamus. Regula enim non dicit nos nihil debere habere, sed nihil nobis appropriare.

Vnde vsum rerum necessarium habere possunt

mus,
bum
quod
Prælu
nium
stri o
ordin
cepti
nuer
cedit
aliis
con
quæ
in ei
fitio
tura
est p
sum
Don
prop
scien
-il
-nu
-on
-on
Ip
rios
cere
etia
con
pi f

mus, non proprietatem: alioquin nec vestem nec cibum nec aliquid aliud in usum recipere deberemus quod esset cōtra omnem rationabilem intellectū. Præsul enim sedis Apostolicę qui est generalis omnium pauperum Ecclesię prouisor specialiter nostri ordinis curam habens, omnium mobilium quę ordini conferuntur proprietatem sibi assumpsit, exceptis iis quorum dominium sibi conferentes retinuerunt, & nobis usum earundem rerum solum cōcedit, vt semper alieno victu & vestitu & tecto & aliis vtensilibus absque proprietatis iure ex ipsius concessione vtamur. Sicut familia patrisfamilias quę rebus Domini sui vtitur tam in absentia quàm in eius præsentia corporali secundum ipsius dispositionem. Et elemosyna quę nobis à fidelibus datur transit in usum nostrum & in illius dominiū qui est principalis ordinis nostri dispensator, cui parati sumus omnia quę habemus, cum iusserit tanquam Domino prout cōuenit resignare, vt nihil iuxta hoc proprietatis habentes regulam nostram bona conscientia obseruemus, &c.

QVÆSTIO VIGESIMA-

QVINTA.

ITEM quæro, cum iterum regula dicat quod nec per vos nec per alios debeatis percipere denarios vel pecuniam, videmini per cōtrarium hoc facere tam petendo pecuniam, quam reponendo, quã etiam dispensando: quia & si personaliter eam non contrectatis, tamen per alios eam seruari & recipi facitis & distribui sicut vultis: & tamen inhibetur

Q V A E S T I O N E S

per præceptum vt non habeatis super hoc potestatem dispensandi, nescio quomodo hanc transgressionem excusare potestis. Si autem non posset hoc præceptum seruari, non deberetis vouere, & potius esset à regula recedendū quàm laqueus esset vobis quum seruari non posset. Respondeo. Multi putantur mala quamdiu non intelliguntur, quæ intellecta rationabilia & iusta vidētur: sic in ista questione apparet quod regula prohibet nec per nos nec per interpositam personam recipere pecuniā nostra sit, & nos Domini, & possessores pecuniarum quasi rei propriæ, sed cōcedit quod per amicos spirituales qui propter Deum nos spiritualiter dirigunt, i. castè & iuste necessaria procuremus quæ modo vtraque congruè obseruantur, quod ea quæ sine pecuniā nō possūt procurari aut per ipsos procurerentur qui fratribus dāt eleemosynam, aut per eorum nūcios, vt cum aliquis procurat fratribus libros scribi vel vestem fieri vel domū vel aliud suis laboribus & expensis: aut si fratres ista procurant illi soluent pecuniam illis qui fratribus commodauerunt. Vnde ista sunt procuranda vt cū fratres faciunt librum scribi, alius soluat expensas per se vel per nūcium suū: at si aliqui volunt dare fratribus eleemosynas, pecunias, possunt committere alicui qui nomine suo eas seruet, pro utilitate tamen fratrum in vice eorum qui sibi cōmiserunt pecuniam procurant inde fratribus quod voluerit secundum quod à fratribus instruitur per se vel per alios qui aptius promouent quæ sibi fuerant cōmissa. Et per omnes istos non recipiunt pecuniā fratres: sed illi per se pro illis qui sibi cōmiserunt pecuniā conuertunt

eam
in e
qu
sci
ni
non
licet
cū D
vt m
emp
han
tual
cur
pro
tium
trun
prio
inte
scffi
tur
pro
S
diu
lam
incō
uen
digi
qui
qua
tius
qui

eam in vtilitatem fratrum: vicem illorum gerentes in eo quod seruant & distribuunt ipsam pecuniam quæ adhuc illorum est qui dederunt, etiam si nesciunt adhuc seruari. Fratres enim quandiu pecunia non est redacta in rem aliam qua eis vti licet, non habet eam pro sua, sed illius qui deposuit eam, licet sciant eam pro sua vtilitate ibi repositam: sicut cū Dominus committit seruo suo pecuniam suam vt mihi inde emat tunicam, interim est Domini, sed empta tunica mea erit. quō ad vsum. Secundum hanc viam & cautelam fratres & per amicos spirituales & quoslibet procuratores & mediatores procurant necessaria, nec recipiunt pecuniam per illos procuratores: sed illi seruant illam nomine dantium & vice ipsorum vertūt eam in vtilitatem fratrum, vt dominium pecuniæ non transeat in proprietatem fratrum. Vnde conditor regulæ magis intendit fratribus præcludere viam avaritiæ in possessione pecuniæ per quam omnis religio suffocatur, quàm obstruere eis oportunitatem necessaria procurandi.

Sedes etiam Apostolica (cuius acta toti Ecclesiæ diiudicanda exponuntur) venerandam ipsam regulam confirmando non approbasset si in ea aliquid incōgruum & inobservabile prospexisset. Ideo videntibus eam non est laqueus perplexitatis licet indigeant diligenti cautela ne offendant contra eam qui debet aliqua necessaria pro pecunia procurare: quæ tamē cautela magni est meriti, quamuis illi tutius ambulent qui se subtrahunt à talibus negociis: qui ad ea ex officio non coguntur.

QVÆSTIONES
QVÆSTIO XXVI.

ITEM quæro. Cum res malè acquisitæ Deo fo-
dodibiles. Esai. 61. Ego dominus odio habens rap-
nam in holocaustum, cur recipitis vel petitis ele-
mosynam ab illis qui iniusta lucra sectantur?

Respondeo. Quidam sunt qui solum habent
malè acquisitas, & possunt certæ personæ inueni-
quibus competit recompensatio vbi tales scimus,
cætero non debemus ab eis elemosynam petere
ue accipere, quia omnia quæ habent sunt aliorum
quibus tenentur reddere vel omnes vel aliqua: quæ
si aliqua & non omnes, tunc vaga restitutio de-
danda est & in pias causas eroganda. Quidam
tem habent iniusta bona ita quod si dant elemo-
synam, tamen per hoc non fiunt impotentes quia
huc habeat vt possint restituere certis personis quæ
bus debent vnde possunt elemosynam facere
residuo. A primis autem non possumus elemosynam
accipere nisi ignorantia vel extrema indigentia, vel
præsumptio quod creditores velint nos recipere
nos excuset. Vnde quando non constat de vero
quem iniusta detinere bona, non tenemur leuiter
credere eum tanti criminis esse reum cum de quo
libet teneamur præsumere meliora. Mendicitas no-
stræ professionis & quia Deo debita pauperibus
Christi largienda sunt excusat nos in hac parte plu-
nius quam illos qui ex aliis rebus habent vnde vo-
leant sufficienter sustentari: vbi tamē publica fama
clamat aliquem esse de primis prædictis: etiam si
liter non constaret propter scandalum, non expectet
ab eo recipere vel petere elemosynam: nisi forte

talib
debē
gerū
fide
stipe
cato
cedi
nica
fyna
sten
tur,
plo

I
ces
dili
aut
test
& c
uen
del
Se
bu
vit
cti
ta
tir
ill
ue

talibus qui ex professione vel officio habent quòd debet raptores ad restitutionem inducere, quia vtiliter gerunt in hoc negocium spoliatorum. Et dignus est tunc fidelis operarius cibo suo: cum nemo teneatur suis stipendiis militare. Ad hoc autem ut possimus peccatores ad emendationem monendo inducere: concedit nobis sedes apostolica etiam in terris excommunicatorum liberè commorari, & ab eis tunc elemosynam recipere maximè, si aliunde non possemus sustentari: Si enim boni de medio malorum tollerentur, quis esset qui malos ad bonum verbo & exemplo moneret, &c.

QVAESTIO XXVII.

ITEM quæro. Quæ ratio est quod clerici magis oderunt nos & persequuntur quam layci & similes sacerdotes? Respondeo. Sicut non omnes layci diligunt nos, sic non omnes clerici odiunt nos. Si qui autem videtur nos odire hoc quinque de causis potest esse. Vna quod timent nos quod ipsorum facta & excessus vel defectus plenius agnoscamus & seuerius arguamus: quod clariùs videmus quales esse deberent & non sunt per quos ecclesia gubernatur. Secunda quod invident nobis quod sumus hominibus gratiores, & ipsi comparati nobis appareant in vita vel scientia viliores vel etiam indoctiores in doctrina. Tertia quod dolent si per confessiones secreta eorum ab aliis qui conscij fuerint percipimus dum timent per illa magis vilescere, vel forte personas illas nostro consilio ab eis auerti & ad meliora conuerti. Quarta quod timet sibi aliqua per nos emo-

lumenta subtrahi dum eleemosynas que dantur nobis arbitrantur sibi fore danda si nos non essemus. Et hæc videtur potior esse causa pluribus qui nos odiant, qui plus inhiant lucris pecuniarum quam fructui animarum. Potest etiam quinta causa esse diuina iustitia illos qui quanto amplius cognouerunt & spreuerunt, & quibus maiora beneficia contulit ingrati fuerunt, & grauius cæteris offenderunt, & frequentius eum indignè contrectant & percipiunt tanto magis indurat & profundius cadere permittit. vnde non solū ipsi sunt mali in se, sed etiā alios secū malos esse desiderant & bonos odiant, & quos imitari nolunt optant non esse, & persequuntur eos que sibi dissimiles esse dolent, secū illud Sapientie 2. Grauis est nobis ad videndum. Laici vero quia de prædictis causis minus habent, idè minus nos odiant, immò etiam diligunt qui sentiunt nos salutem suam diligere, & sperant per nos eam fideliter apud Deum promouendam oratione, meritis & doctrina. Clerici etiam qui sanè sapiunt eadem ratione nos fouent & diligunt quasi filios suos, & cooperatores tam suæ salutis quam suæ sollicitudinis sibi committunt in suis subditis necessarios adiutores & oneris sibi impositi fideles subleuatores. Et de istis satis.


Expliciunt determinationes quarundam questionum super regulam beati Francisci à Sancto Bonauentura Cardinali editæ.



SEQVITVR PARS SECVNDA
HVIVS MANIPVLI MINORVM
fratrum.

INCIPIT PROLOGVS
Partis secundę huius libri.

*Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: Math. 19.
Iesus, Maria. Franciscus, Clara.*

 **V**AMVIS (Amantissime Lector), tota regula diui Francisci patris nostri seraphici sit optima & perfecta, & illa tria vota sint, quantum ad ipsorum obseruatiam, in eodem gradu obligationis: tamen cognoscens ille noster seraphicus pater, quod paupertas præcipua indigebat custodia propter communem sensualitatis naturæ vitiatæ, conditionem quæ multoties vult quod sensualitas putetur necessitas, & quod per periculosissimas & occultas fraudes dæmoniorum appetat transgressiones, dånabilesque relaxationes, contra ipsam paupertatem apostolicã, parum debebant esse perspectæ & præuisæ, eis succurrendo, tam in regula & testamēto, quàm in vita & verbis, multo magis exaltauit, magnificauit, laudauit, & ostendit nobis habere in corde suo ipsam dignissimam paupertatem sculptam, quã alia quæque vota, maxime, quia calebat ex illius obseruatia

neglecta, aliorum etiam dependere ruinam pe-
ceptorum regulæ, hac de causâ, propter cõmun-
verorum zelatorum, ipsius seraphicę paupertatis
tanti patris feruentium imitatorum vtilitatem,
creui cõpendio reducere omnia illa quę magistra
videtur, ad illius obseruantiam pertinere, & nõ
illi, sed etiam totius regulæ, ita vt veri filij seraphi
patriarchæ, tãto maiorem cõmoditatem habeant
seruãdi eam, quo poterunt habere hoc breue cõ-
pẽdium in manibus, & multoties illud legere, &
colloquiis suis frequenter proponere, & quod fer-
rius est, regulam & testamentum secum deferre,
possint esse participes benedictionis tãti patris,
fratres suos sæpe benedicebat, qui de regula co-
tabant, libenterque loquebantur, & secum defie-
bant, & cum ipsa moriebãtur. Quæ quidem omnia
tanto delectabiliora tibi erunt, quanto tuæ sal-
sunt magis necessaria, & vt facilius mandes men-
riæ, tibi separatim tradam per capitula, & capitula
per articulos. Nota ergo bene omnia infra scripta

PRIMUM CAPITVL.

AD te ergo Iesu dulcissime dirigantur ver-
mea, qui tua pietate digneris ordinẽ istum
ctificare, vt tibi deuoti fideliter seruire possint. S-
quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis for-
lachrymarum, & plorabo die ac nocte, interfecti
populi mei? Sponse mi & domine, vide quomodo
tribulor, venter meus conturbatus est, subuersus
est cor meum in memetipsa quoniam amici m-
spreuerunt me, & cognoscẽtes malum meum la-

ti sunt, & longe abierunt, idcirco amaritudine plena sum, & multi gemitus mei & cor meum mœrēs.

2. Verba hæc sunt sanctæ paupertatis, dolentis, ingemiscētis, & vehementissimè lamentantis, propterea orat multa patiens, & de malo suo liberari desiderans, superest vt audiamus in quo malo positus sit ordo noster, vt cum nosse cœperimus communicata tribulatione orationem pariter & lachrymas iungamus, ne si forte dolentem neglexerimus, contingat & super nos, vt super interfectos populi Israël filios, lachrymis irremediabilibus illachrymari.

3. Digni sunt morte non solum qui faciūt, sed qui consentiunt facientibus (inquit Paulus, Roman. primo.) Ideo qui cōsentiunt ad mala faciēda, sine quorum consensu non fuissent perpetrata, tamen si non consuluerūt nec iusserūt cum impedire debuissent, non fecerunt, & qui iubēt subditis suis aliquid præter æquum & bonum, etiam qui alios peruersis moribus & doctrina imbuunt & instituunt, & qui dant consilium vnde damnum infertur religioni, & qui aliis iubent aliquid committere contra reformationem, aut ipsam lædere, seu quouismodo obesse, etiam qui quando commodè possunt, non tamen manifestant deformatorem transgressiones iis qui debent & possunt corripere & emendare delinquētes. Duntaxat si sciant ex sua reuelatione proximū à peccato arcendum, & quempiam alium à periculo liberandum. Qui vero cum possint & ex officio debeant subditos corripere, & emendare prohiberēq; ne reformationi damnum inferatur, tamē aut cōniuent eorum peccatis, aut leuiter puniunt delinquē-

tes in ea, vel cupientes ipsam reformationem, in
 qui contra recollectionem sanctissimam insurgunt
 & fremunt. Omnes ij digni sunt morte vt scribit
 Apostolus, & vt affirmat etiam Bernardus, dicens
 Nemo proximi vitia palpet, peccata dissimulet
 mo, est enim consentire silere, cum arguere possit
 & scimus quia similis pœna facientes manet, & con
 sentientes, & finaliter finis illorum omnium erit
 teritus: quia (inquit propheta) declinantes in obli
 gationes adducet dominus cū operatibus iniquita
 tem. Vnde putamus quòd cordis nostri inexplorata
 cupiditas ducat originem, nisi ex obliuione nobis
 professionis: Nemo potest duobus dominis seruire
 Deo & mammonæ, regulæ solutioni, & mammonæ
 quia non potest ad eam adimplendam mens nobis
 esse libera quæ desiderijs huius mundi & cupidita
 tibus inhiat. Neque enim oculus simul cœlū & ter
 ram conspiceret, & intueri potest, haud secus animus
 temporalibus deditus cœlestia cōtemplari neque
 nec miseri poterunt vera vānis, æterna caducis, &
 ritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapi
 mus quæ sursum sunt, & quæ super terram. Idcirco
 enim aliena mēdicat anima tua, quod oblita sit
 medere panē suum, propterea terrenis inhiat, quia
 minime vota meditetur, itaq; renuat anima tua
 solari in terrenis & caducis, si vis in memoria regni
 delectari: Consideremus ergo quod licet ea quæ
 mundus aliquando suis amatoribus erogat, magis
 & honesta, in præsentia vita videri possint, tamen
 fida esse, & caduca quis nesciat?

4. Nullus autem peccator magis descendendus, qui
 qui se putat nō habere quod desinat. Id est non in

gere
 Null
 into
 ei pe
 sibi i
 mod
 salut
 sapie
 nasci
 conf
 niter
 est, v
 quar
 na,
 denc
 seip
 siflin
 ergo
 quia
 quan
 vires
 nima
 habe
 ipso
 cogn
 dice
 ra sci
 cultis
 sua q
 pore
 la ad
 nec c

gere reformatione sui instituti, suorumq; morum. Nullum enim malum facilius decipit, quam cū non intelligitur esse malū. Denique omnino necesse est ei peccatum suum agnoscere, qui illud Deum vult sibi ignoscere. Si enim tegat agrotus vulnera, quomodo illi à medico adhibebitur medicina? Itaque salutis initium est peccati cognitio, ex qua, initium sapientiæ, timor domini, oritur. Ex iis autē duobus nascitur contritio, ex contritione confessio, ex confessione, satisfactio, per quas tres partes penitentia homo reconciliatur Deo. Ideo dignum est, vt quis prius inuisibilia animæ suæ cognoscat, quam possit esse idoneus ad noscendum Dei arcanā, & frustra cordis oculum erigit ad Deum videndum: qui nondum est idoneus ad videndum seipsum, id est ad videndum statum suum periculosissimum, in quo iacet anima sua paupercula. Stude ergo (inquit B. Bernardus) teipsum cognoscere: quia multo laudabilior es, si teipsum cognoueris, quam si te neglecto, cognoueris cursus lyderum, vires herbarum, cōplexiones hominū, naturas animalium, quam si cœlestium & terrestriū omnium habeas notitiam. Multi enim multa sciunt, & seipsum nesciunt, cum tamen summa Philosophia sit cognitio sui. Verum delicta quis intelligit? ac si diceret propheta, nemo potest omnia sua peccata scire & intelligere perfecte. Ideo subdit. Ab occultis meis munda me domine. Nec vero satis est sua quemque peccata agnouisse, nisi & de iis, tempore & loco confiteatur, vt supra diximus, in epistola ad lectorem. Quamobrem Dei gratia, sine qua nec cogitare quidem bonum sufficimus, nos pręue-

P A R S S E C V N D A

niente & subsequente, hunc manipulum minoris
 id est speculum cōscientiæ seu; stimulum consci-
 tiæ minorum, ac breuem quandam viam inuenie-
 di quæque dubia occurrentia in nostro Seraphico
 instituto contexuimus. Idipsum fore sperantes
 salutem & vtilitatem omnium profitentium reg-
 lam illam Apostolicam, quam si seruaueris, angel-
 rum consortio donandus es, regnum cœlorum ac-
 cepturus, & in perpetuum cum Christo mansu-
 rum qui hæc obseruanda consuluit. Quem igitur dum
 laborem putabis, cuius tanta sunt præmia? Om-
 nis enim opus solet fidei leue cum eius merces cogi-
 tur, & spes præmij solatium est laboris. Confide-
 re quæso magnitudinem præmij tui (si tamen confi-
 dari potest) quod immensum est, post abscessum u-
 lneris, post carnis interitum, post fauillas & cineres
 in meliorem statum es reparandus, corpus tuum
 in cœlum est eleuandum. Vt igitur ad vitam
 ingredi possis, serua promissam regulam, cuius ob-
 uantiã quidem ille indulgentissimus pater, tantum
 à nobis requirit, & illam, sub æternæ mortis pe-
 riculo. 5. Videat ergo Professor sanctissimæ pauperum
 regulæ statum assumens quomodo tenetur seruare ea
 que sunt de substãtia religionis, & suæ regulæ. Alioquin
 se exponit æternæ dånationis periculo, vt ait Io-
 hannes Perinus Doctor Parisiësis in suo tractatu de
 dispensationibus, in fine tertij correlarij.
 6. Nobis est valde necessaria regulæ obseruati-
 o quam promissimus, qui enim hanc obseruat sunt
 bono statu, & cōtinuo merito, sicque moriendo
 securi de sua salute. Econtrario autem, qui cano-
 nicam non obseruant, sunt in malo statu, & continuo

men
 Ioan
 pau
 7.
 exc
 ue p
 tam
 rum
 hon
 scer
 Pha
 6. q
 8.
 non
 pec
 ptu
 fari
 Ioan
 lūr
 for
 vel
 libe
 pec
 tot
 pec
 din
 4. c
 log
 9.
 tia
 Re
 gre

merito, & sic moriendo pergūt ad barathra, vt dicit Ioannes Phanus in suo Prologo super librum de paupertate.

7. Ignorantia crassa & supina, quamuis in parte, excusationem admittat, scilicet quod non sit tā graue peccatum, quantum est ignorantia affectata, non tamen excusat, quod trāsgressio præceptorum illorum non sit peccatum mortale, & hoc est quando homo propter negligentiam, non habet curam discendi ea quæ sunt necessaria suę saluti: hæc Ioannes Phanus loco citato, & Mathurinus le Bret in 4. dist. 6. q. 8. & similiter omnes Theologi cum illis.

8. Ignorantia affectata in rebus necessariis saluti, non admittit nec in toto, nec in parte, quod nō sit peccatum, & hoc est, quando ex malitia & contēptu, persona non procurat discere saluti suæ necessaria, ad quæ per votum & præceptum tenetur. Hęc Ioānes Phanus in loco præfato. Vt sunt illi qui nō lūt scire vel audire doctrinā sui status, siue instituti, forsā arbitantes quod si scirent, grauius peccarēt vel punirentur, aut forsitan nolunt scire, propter libertatem conscientię, videlicet vt magis liberè peccent, & hæc ignorantia affectata non excusat à toto, nec à tanto. Hoc est nec à parte pænæ debitæ peccato. Nec à toto quia nullos excusat nec aliquid diminuit, immo auget peccatū. Hęc paru^o Scorus in 4. dist. 6. q. 8. vbi supra. & idē sentiunt omnes Theologi.

9. Insuper vt dicit Hugo in suo prologo. Ignorantia regulæ, mater est omnium transgressionum & Religionis errorum, quæ quidem non excusat trāsgressores, & vltra, quatuor magistri aiunt quod etiā

nō excusat ignorantia statutorum,

10. Religiosi quibus nulla est cura de sui status ob-
servantia, sed passim & indifferenter regulam, & con-
stitutiones seu caeremonias suæ religionis frangunt,
ac pro nihilo ducunt, si sic vsque in finem continu-
uerit, non video quin transitus eorum, in tremen-
dissimo iudicio Dei sit de periculo perditionis vehemen-
tissima trepidatione suspectus. Hæc præfatus Doct.
Perinus Parisiensis, Doctor famosus in quinto cor-
relario suo, in tractatu de dispensationibus.

11. Frater Gaspar ait, quod ex eo quod de regu-
la nostra inter nos colloqui & conferre destitimus,
quæta est ruina maximè relaxationis in ordine no-
stro, & propter modicam memoriam illarum re-
gulæ nostræ professionis, nata est tanta dissolutio in or-
dinibus rebus, quòd iam nō sufficit peritia omnium
sapientium, Doctorum expositorum regulæ, nec etiam
vis tantorum statutorum, nec quisque zelus, nisi
virga ferrea, ad expurgandas tantas dissolutiones,
ad reducendam normam nostram in pristinum sta-
tum. Hæc præallegatus Doctor.

12. Religiosi quorum voluntas renuit subiecti-
onem regulæ, & constitutionum, sed deliberata
magis volunt extra & contra regularem viuere ob-
servantiam nolentes reformari, si sic perseverent
vsque in finem, nō possunt nisi damnabiliter mori.
Hæc præfatus Doctor Perinus Parisiensis in quarto
correlario sui tractatus.

13. Quapropter frater mi videas si fortè hæc igno-
res, & scito te esse obligatum diligenti examinatione
nisiue inquisitioni omnium rerum ad tuum spe-
ctantium statum, nam si benè inspicias, nō minus per-

qui
pert
14.
trac
Rich
in 2
scili
ad su
igno
fare
Ho
da
tur
Gar
ctat

S
cun
repe
in t
gãd
resp
rela
Hal
cu
in e
vita
bio
gul
ob
arti

qui oculis caliginosis in foueam cadit, quam qui a-
pertis præcipitatur.

14. Idem sentit Ioannes Philippus in prologo sui tractatus, summistæque omnes verbo, Ignorantia. Richardus dist. 22. q. 2. arti. 2. q. 2. & S. Thomas in 2. 2. dist. 2. & omnes Theologi, idem sentiunt, scilicet quod vnusquisque tenetur scire omnia quæ ad suum institutum & officium pertinent, & quod ignorãtia non excusat eos ex toto, licet possit excusare à tanto siue ex parte, hoc est quando est crassa. Hoc est enim iustum, vt promittens sciat promittenda siue promissa, nam ea ignorans difficilè exequetur votum emissum, & hæc omnia confirmat frater Garfias: Bernardinus quoq; de Arreualo in suis tractatibus editis in regulam minorum.

Secundum Capitulum.

SE D mi dilecte, posses dicere (vt quàm plurimi se defendentes & excusantes) te vitam agere secundum formam & morem viuendi, quæ in ordine reperisti: quãdo ad ipsum venisti, dices etiam quod in tua professione nõ fuit tibi alia voluntas te obligãdi, quã ad ea quæ videbas ab aliis seruari. Ad quod respõdet tractatus super dispensationibus in 3. correlario versus finem. & simul cum eo Alexander de Hales, te non excusari per prædicta, nec alias quas-cumque allegationes, à pura obseruãtia regulæ. Nã in emissione tuæ professionis, nõ promissisti seruare vitam siue consuetudinem à te inuentam in cœnobio vel religione. Sed vouisti planè diui Frãcisçi regulam obseruare. Ideo non excusaris si regulam nõ obserues. Vide Martinum Alpicnetam super hunc articulum in cap. 2. præcepti 2. decalogi numero

5. & benè manda memoriae quæ illo in loco amplius tractat peritissimèque.

2. Tamen dices neminem ad plus teneri quàm quod ipse se obligauit. Ad quod infra scripti & primus author qui supra, & Angelica, versu, Religio par. 5. & 32. & Siluestrina eodem versu par. 12. respondent te verum dicere, scilicet neminem ad plus teneri seu obligari, nisi sua voluntate ligetur, & hoc concedo explicitè, sed non implicitè, nam qui vult participari, scilicet fratrem Minorè esse, debet etiam velle aut nolit, accessoriū, scilicet obligationem præceptorum regulæ fratrum Minorum: & si tamen hoc non expresse intelligat, quia gestauit habitum religionis & promisit regulam obseruare, & cætera omnia fecit ad professos pertinentia, quia ille habitus quod defert, non datur nisi professis, quia est absque comparatione, id est absque signo dato nouiciis: ergo non est dubium quod tenetur ad quod professi ipsi tenentur, scilicet, seruare regulam ipsam. Hæc frater Garfias cap. 7. §. 21. sui tractatus: & Ioannes Perizonius loco præallegato simul cum de orbellis hæc amplius tractat in 4. disti. 38. §. 13. vide circa finem dicti paragraphi dictæ q. 38.

3. Ultra dicit frater Garfias, in suo prologo, quod fratres non agere de regulæ obseruantia, nec velle aliquè super ipsam audire, & quod peius est habere odio illos, qui de ipsa tractant, signum probabilissimum esse suæ transgressionis, & propter hoc non velle de ipsa loqui, quia est eis stimulus & punctus in suis conscientiis. Hæc dicitus Doctor loco citato.

4. Ad maiorem euidentiā, sciendum est, quod regula fratrum minorum, non est solū humanitas

sed di
quio, c
sacro
medu
littera
men si
gular

V
ti min
tes se
mis ab
suam
Dom
rent
in ac
tuo,
volo
ad lita
bis re
quam
volo
exean
stus v
disper
raphi
dicta
sis, &
sanct
in sui
uis l
tame
est in

sed diuinitus reuelata, & etiã in sacro fundata eloquio, quia vt patet intuentibus, est tota assumpta de sacro euangelio, imo (vt dicit S. Bonauentura) est medulla sacri euangelij. Licet enim omnia verba ad litteram, non sint formaliter de sacro euangelio, tamen sunt abstracta de eodem: veluti clarè patet regulam ipsam inspicienti.

Vnde cum ad suggestionem fratris Helix, multi ministri accessissent ad B. Franciscum, protestantes se nolle ad eam obligari, timentes ne esset nimis aspera, hoc audiens B. Franciscus vertit faciem suam ad cælum, & sic ille cum Christo loquebatur, Domine nonne bene dixi tibi, quod ipsi non crederent mihi? tunc omnes audierunt vocem Christi in aère dicentis, Francisce nihil est in regula de tuo, sed totum est meum, quicquid ibi est, & volo quod regula seruetur ad litteram, ad litteram, sine glosa, sine glosa, scilicet sinistra, bis reiterando verba prædicta, & iterum ego scio quantum potest humana fragilitas, & quantum volo eos iuuare, qui ergo nolunt eam seruare, exeant ab ordine. Quibus verbis patet, quod Christus vult eam ad litteram à professis obseruari absq; dispensatione, & quod talis fuit intentio etiam Seraphici patris Francisci eam recipientis, & Christi dictantis. Hæc Ioannes Perinus Doctor Parisiensis, & prima pars Chronicorum ordinis nostri, & sancti Francisci Floreta, & Bartholomæus & Pifa, in suis conformitatibus. Ex quo patet quod quamuis B. Franciscus fuerit legislator dictæ regulæ, tamen fuit vt præco promulgans legem, & ita non est institutor supradictæ, sicut B. Iacobus fuit sa-

cramenti extremæ vnctionis promulgator, non
stitutor.

5. Ideo Charissime frater, si nescis votum, in
rere teneris diligenter (vt ait Hugo in suo prolo
& si dicis te necessitatem habere, non indiges
satione, quia vt ait pater noster Franciscus, vbi
get necessitas, dispensatio excusabilis, absque
cessitate, remissio voti, non dispensatio, sed pra
ricatio est. Sed necessitas caret lege, ergo excu
dispensationem. Ideo vbi quis non sponte, sed
ficiendi necessitate coactus laxat propositum, di
sationis remedio excusatur. Hæc Hugo in 2. cap.
expositionis.

6. Tenetur frater Minor, in resolutione supra
ctorum, seruare regulam fratrum minorum que
diui Francisci, & non quomodocumque, sed se
dū declarationes summorum Pontificum, quia
mi pontifices sunt capita sanctæ matris ecclesie
cætera membra debent gubernari per caput. Quia
etiam dicta mater sancta ecclesia, potest con
nouas leges, vt dicitur in cap. translato, de con
& cap. Sunt quidam, 25. q. 1. quibus legibus
nentur obedire omnes fideles Christiani, cap. No
ti distinct. 19. & cap. violatores 25. quæst. 1.
de re, fratres minores tenentur parere declarati
nibus summorum pontificum & à sancta ma
ecclesia factis & approbatis quæ ædita fuerunt
priscis patribus nostris Catholicis, eandem v
degentibus & cupientibus non solum seruare
missa, sed etiam aliis lucem præbere de prom
votis, & nemo dicat aut censeat se non teneri
ctis declarationibus, quia sufficit testimonium

dictum
ait fra
Igitur
tiora
cumul
bus C
xi, qua
tione,
quide
las ali
xium,
quid f
partem

Q
literis
bus sc
bliuio
seruar
ret, v
quia n
scribis
Ad
nus d
clarui
partis
tracta
scire,
suum

dictum doctoris authenticum ut fides ei adhibeatur, ut ait frater Mathurinus le Bretin 4. dist. 1. quæst. 4. Igitur & si de omnibus expositionibus, omnia aptiora & commodiora cæperim, & in perlegendis cumulauerim, præsertim tamen ex declarationibus Clementis quinti & Nicolai tertij hæc extraxi, quæ habentur in sexto, de verborum significatione, cap. Exiui, & cap. Exiit qui seminat. quas quidem omnes fratres tenentur seruare, & cõtra illas aliquid dicere nephas est, & Anathemati obnoxium, ut patet in dictis locis, quare videant fratres quid sint facturi aut dicturi de cætero, & videant partem suæ sortis.

CAPVT TERTIVM.

Quoniam autem posset quis (quod absit) dicere, frater ignoras quid ais, non enim exuberabis literis ut nostri literati, & docti qui periti in omnibus scientiis, non sunt iudicandi ab imperitis de obliuione suæ salutis, dicentibus ipsos doctos non seruare ea, ad quæ tenentur. Quia si sic se res haberet, vniuersus penè ordo in perditionem veniret, quia nulli eorum seruant votum suum si ita est ut scribis, & si qui sunt, sunt pauci respectiue.

Ad hoc respondet bene & perite frater Bernardinus de Arevalo valde magnus theologus (qui etiam claruit miraculis, ut habetur in octauo libro tertie partis chronicorum nostri ordinis) dubio 10. sui tractatus, parag. 99. dicens quamplurimos multa scire, se ipsos autem ignorare, nec mirum est tales suum statum ignorare, nam sæpe numero contin-

git multitudinem litterarum multos in ruina
perditionem trahere, quia scientia inflat, & vt
beatus frater Iacobonus, scientia acquisita vere
sua parit mortem, nisi operata sit profundissima
militate, vitam dicti Iacoboni videbimus in 2.
chronicorum ordinis nostri.

2. Atque ideo patres ac fratres, bonum imo
num concedo esse studium humanarum scien
rum ad alios iuuandos seu instruendos, resque
tię discere, & conscientię ad prædicandum erudi
dumque, vt sic sitis adiutores animarum salua
rum. Sed hoc studium omnibus aliis præstari
gisque commendatur in religioso, vt sciat atque
telligat, ad quæ, & quomodo sit obligatus, vt si
ne sciendo atque intelligendo, melius atque pe
ctius obseruet vota promissa. Nam quid pro
homini, si vniuersum mundum lucretur, anima
rò suæ detrimentum patiat? & (vt ait Apostolus)
ignorans scilicet profectionem suam ignorabit
& dicetur ei à tremendo iudice, nescio vos.

3. Quapropter (dilecte in Christo) vigila in
studio & obseruantia. In hac enim reposita est
ætetna, & econuerso in transgressione mor
gehenna, in iudicio enim peculiari & generali
tibi succurret quod aliis studuisti, si studium &
seruantiam rerum tuæ saluti necessariarum
quisti.

4. Ultra aliquis potest dicere frater, ita fateor
ctis fratribus regulę ignorantiam mortem equi
operari, sed simplices & idiotæ an teneantur
quid enim faciet simplex atque pauperculus
qui litterarum est inscius?

Resp
bio 10.
tres fir
etiam
ctioru
prime
& afir
imper
suorum
idiotæ
nionem
pient
ti Fra
alleg
set re
aliqu
votur
su tra
obser
in ore
quæ p
tione
re, sec
non r
dum
cium
5. N
tellig
nec a
tior
se æ
gula

Respondet frater Bernardinus de Arreualo in dubio 10. sui tractatus, paragra. 96. dicens quod fratres simplices non videntur excusari per prædicta, etiam si sint sequaces doctrinæ opinionisque doctorum maiorumque in religione, quia quamuis primo cap. libri Iob dicatur quod boues arabant & asinæ pascebantur iuxta illos, hoc est oportere imperitos siue indoctos sequi doctrinam maiorum suorum, ad hoc respondetur, quod simplices & idiotæ fratres non promiserunt seruare vitam & opiniones prædictorum siue doctorum ac multa sapientum, sed promiserunt plane seruare regulam beati Francisci: tamen dictus author, paragra. 98. dubij allegati, ait, quod si quis esset sic simplex, vt non posset regulam intelligere, propter incapacitatē suam, aliquando talis posset excusari, quia non intellexit votum quod promisit, & talis posset bene in hoc casu transire ad alium ordinem latiore, dum modo obseruet votum illius emissum, tamen si permaneat in ordine quem professus est obligatur obseruare ea quæ promisit, quod dignum est magna consideratione. Nam sicut ait Ecclesiastes, Bonum est vouere, sed melius est non vouere quàm votum emissum non reddere, quare videat vnusquisque quid sit agendum sibi, & breui: ne mors præoccupet eum, iudicium & gehenna.

5. Notandum est quod prædictus author non intelligit esse in ecclesia militate arctiorem ordinem, nec æqualem minori, ea de causa cæteros vocat latiores, & S. Bonaventura idem sentit, scilicet non esse æqualem nec arctiorem in quaestione 13. super regulam nostram.

6. Insuper addes fortasse dicens, nunc nostris poribus non posse regulam seruari ad litteram, fuit seruata à patribus nostris in principio religionis, quia prælati recipiunt multos ad ordinem non tantum attendunt ad ædificandum, quam ad multiplicandum, ea de re, alij sunt debiles, alij spiritu, inter quos quidam sunt qui non sunt, alij qui nolunt sequi, nec seruare quæ volumus, quamobrem rigor status non potest seruari ut seruabatur.

7. Bene concedo inter præcipuas causas dejectionis ordinis nostri hanc vnam fuisse quod præcepti sunt inepti, & indecentes, à quibus nata est corruptio magna que dissolutio, & in dies serpit in partem. Nam statum minorum fratrum pauci obseruati, pauci reperiuntur perfecti, & quum hæc res sit euangelica, viros exoptat euangelicos, qui terrena mundanarum sint contemptores, quibus omne carnalis licitæ, bona, cupiditates, & desideria terrestrium importabile pondus, mortaléque venenum, & propter hæc aiebat B. Pater noster Franciscus, nam fratres mei essent pauci, & tam pauci, ut heretici videntes eos, mirarentur, & in stuporem inciderent.

Ex iis omnibus colligitur ordinem nostrum in partem incurrisse iacturam, & ex multitudine fratrum in ruinam venisse. Equidem ego timeo, ne ante aduentum domini Prælati dicatur, Væ vobis scribae & Pharisei qui circuistis mare, & aridam ut faciat vnum profelytum, & cum factus fuisset, fecit eum filium gehennæ duplo quam vos.

Tamen his de causis non minus est regula

seruab
ait eni
suauem
Regu
cundu
dicent
norun
nostri
inobse
sit Ch
fructu
Chrif
quod
dere v
go vt
instar
domin
ciatus
dissol
8. C
frater
besce
misc.
missio
sancta
pauci
rubesc
tate &
nō viu
misc.
tali sta
tur, tu

seruabilis nunc ob nimiam indeuotionem fratrum, ait enim Christus. Iugum meum, idest præceptum, suaue est, & onus meum leue, scilicet euangelium. Regula autem minorum fratrum, pure seruata secundum tenorem litteræ est euangelium Christi dicente Beato Francisco. Regula & vita fratrum minorum hæc est, scilicet sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi obseruare, dicere autem regulam inobseruabilem, idem est dicere quod custodibile sit Christi euangelium. Ideoque eius doctrina infructuosa & irrationabilis. Hoc autem asserere de Christo, sapit hæresim diabolicam. Sequitur ergo quod Apostolica regula nostra sit seruabilis, sed addere volumus exculpationes in peccatis, oportet ergo vt fratres professores tanti instituti, ambulent ad instar Apostolorum in paupertate & humilitate domino famulantes si velint saluari, & diros cruciatus diaboli euadere, qui preparati sunt fratribus dissolutis.

8. Considera & confer in corde tuo, pater mi & frater dilectissime in Christo, vnde venisti, & erubescere vbi es, & ingemisce quo vadis, & contremisce. Venisti enim ex Ægypto in terram promissionis, fluentem lacte & melle, scilicet in hanc sanctam & Seraphicam religionem affluentem non paucis virtutibus, & tu negligens accidiose non erubescis vbi es, i. quomodo abundas irreligiositate & indeuotione, ingemisce, ô paupercule quod nõ viuis secundum obseruatiã voti tui, & contremisce, quia nulla est spes salutis perseuerantibus in tali statu. Si enim vix iustus & bonus frater saluabitur, tu miser vbi parebis?

9. Iterum dico (mi amantissime) vt confidam quàm breuis sit præsentis vitæ morula, quàm tætoria, quantis exposita mortis latentibus insidiis, cū vel de momēto vitæ tuæ non sis securus, quingens est tibi periculum esse in statu continuo transgressionis regulæ & tui instituti, in quo si morbitanea (vt sæpissime accidit) te deprehenderit æternum periisti. Si durum tibi videtur pro Chæ incumbere custodia voti, vide quos cruciatus tui amore tolerauit, quantum sui sanguinis sacrosimi effuderit, quàm acerbam, quàm ignominiosam mortem, pro te pertulerit, & tu memor omnium horum ad instar filij Dei, & beatæ Mariæ, cruciatu te per reformationem tuæ vitæ, vt possis vniuerso pro posse parè referre gratiam, quia piissimus Christus nullam aliam poscit, quàm vt pro se saltem consulas, à transgressionibus abstineas, & ad hunc morem, tuum conuertas animum, vt inquit illi præbe mihi cor tuum, & sufficit mihi.

10. O mi frater, te deprecor in visceribus Christi, vt caueas à tantis peccatis mortalibus, à tantis transgressionibus præceptorum regularum quæ sunt viginti quinque, vt inferius patebit, quia horrenda tibi non videntur vt pleraque, ideo ab his te continere negligis. Animaduert quod nonnunquam deterius in minori culpa, in maiori quis potest periclitari. Maior enim culpa, quo citius agnoscitur, eo celerius emendatur, non vero dum quasi nulla creditur, eo peius, quæ securius in vsu retinetur vnde plerumque fit mens assueta malis minus grauibus, nec gratia quidem postea perhorrescat, atque ad

dam au
ueniat
pertin
timer
11. Q
leuia, e
& cōst
nihil
gentia
per cō
gites f
ita dīc
in cor
& cor
struun
12. C
nem t
testat
care, &
tra, ni
conue
Angel
dient
tra ten
à quo
sua se
admit
corpu
(qui e
tot tra
sectan
re, &

dam auctoritatem nequitia, per culpas nutrita perueniat, & tanto magis in grauioribus contemnat pertimescere, quãto in minus grauibus didicit non timendo peccare.

11. Quisquis es, qui venialia peccata negligis, quasi leuia, eadem sapius reiteras; id est qui ceremonias & cõstitutiones vel statuta religionis frangis, & pro nihilo ducis, sapius itefando, aliquando per negligentiam, aliquando per fragilitatem, necnon etiam per cõtemptum: considera (quæso) quod altos gurgites fluminum parua sed innumere replent guttae, ita dicta parua peccata (quamuis nulla sint parua) in consortio iultorum multiplicata, fiunt magna, & constantiam charitatis in Deum plerumque destruant.

12. Considera ô Minorita, quod post transgressionem tui Apostolici voti, tu ita es in domino, & potestate diaboli vt te statim suo iure sibi possit vëdicare, & secum ad æterna (vt dignus es) rapere baratra, nisi Domini Dei nostri te ad reformationem & conuersionem expectantis summa misericordia, & Angeli custodis tui sedula custodia, hostem impedirent, ne suo iure in te agat. Vide & considera intra temetipsum, quod vera animæ tuæ vita Deus est, à quo te solum separat peccatum, id est ipsa anima sua se priuat vita, & inter se & Deū ponit obieç, dū admittit sui sancti voti transgressionem. Et veluti corpus sine anima est mortuum, sic ipsa sine Deo (qui est vita eius) planè mortua est in semetipsa, nã tot transgressionum & dissolutionum pestibus infectam viuere, viuere non est, sed vitam confundere, & vsque ad portas mortis magis magisque ap-

propinquare, vt pote cui eſſet melius omnino viuere, quàm ſic viuere, & melius non naſci reſeruari, id eſt ipſam ingredi, quam ſic per peccatũ, & per ſui voti tranſgreſſionẽ committitur & ita quotidie mori.

13. Considera quod tui inſtituti tranſgreſſio anime onus eſt adeo graue, vt nec cœlum nec terra poſſit illud ſuſtinere. Vnde tanta eius eſt uitas, vt in abyſſum authorem ſuum, (i.) tranſgrem & baratri infernalis profundiffima ſecum capitem dat vbi eſt fletus & ſtridor dentium, ſine fine.

14. Considera quod Deus (qui peccatum no- cit) vſque adeo exhorret fratrem diſſolutum religioſum, vt nec in cœlo, nec in terra, tam ch habeat amicum quem ſi vilo mortali peccato rit infectum, non exhorreat: Idque adeo, vt vas peccati, id eſt fratrem ſui voti tranſgreſſorem ſe in gehennam ignis, perpetuo ableget, ante peccatum (id eſt tranſgreſſionem,) eius at tantum flagrauerit, vt nemo amatorum carna in ſuæ ſponſæ amorem adeo poſſit exardeſcere pote quem non auro aut argento, ſed precioſiſſimo ſuo ſanguine redemerit, & pro quo, tot, & paſſus fuerit.

15. Considera quod tua irreligioſitas, adeo Dei noſtri inimico, noſtroque hoſti infeſtiſſimo diabolo, vt indefeſſe peruigilet, tanquam leo ad te alliciendũ ad ſe, quærendo quibus inſidiis modis te deuoret, quibus nunquam potuit ſatiari tametsi innumerabiles tranſgreſſores votorum glutierit, non enim exigit à te (ô frater mine

tempo
illo So
ra tolle
ductor
tium? C
ſam eſt
gratã: i
micum
ſimum
dium,
bus ga
agent

PA
vt
ter Fra
abneg
prietat
tem, c
uauit v
vide B
cõfirm
cens h
Regi
pertat
proce
in libr
vt ven
mo na
præſe

temporalia bona, sed animam tuam tantum, cum illo Sodomorum rege, dicens da mihi animas, cetera tolle tibi. Nonne ipse est verè pater & tutor conductorque Sodomorum omnium, id est peccantium? Quum ergo tui voti transgressionem ita exosam esse intelligas Deo tuo, & eius inimico adeo gratà: itane Deo tuo eris infidus vt eius diligas inimicum? quid eius inquam & tuum hostem infestissimum, tuo magno malo, in tantum coniiicies gaudium, nec potius tibi beneuolos angelos Dei, quibus gaudium est super vno peccatore pœnitentiam agente, lætificabis?

QUARTVM CAPITVLVM.

PAUPER TAS fratrum minorum est altissima, utpote Euangelica, quam altissimam beatus pater Franciscus vocat, & quia continetur in ea omnis abnegatio temporalium rerum, quantum ad proprietatem & conceditur vsus quantũ ad necessitatem, est enim illa quã dominus Iesus docuit & seruauit verbo & exemplo, & mater sua, Apostoli etiã. vide Bartholomæum in sua minorica, & hoc idem cõfirmat Phanus, & Seraphicus pater approbat. dicens hæc est celsitudo illa altissimæ paupertatis. c. 6. Regulæ. Clarè pater paupertatem nostrã, esse paupertatem Christi, quia tam in eius ortu quam vitæ processu & exitu, exẽplata fuit, & vt dicit Anselmus in libro de Sacramentis. Christus fuit ita pauper, vt veniens in mundum, non in sua sed in aliena domo nasceretur, & natus, propter loci inopiam, in præsepio brutorum animalium poneretur, & vi-

uens in mundo non haberet vbi caput suum
naret, nec moriens vnde suam regeret nudum
nec mortuus vnde inuolueretur, nec sepulchrum
aut locum vbi corpus mortuum poneretur: &
modo fratres nec domum nec locum nec aliam
rem habent, vt patet in 6. cap. regulæ. Ex his
denter colligitur, quod paupertas ad quam
minor obligatur ex regula, est paupertas Euan-
gelica & altissima, à Christo & à suis Apostolis
uata, vt asserit dominus Petrus de aureolo in
tractatu de paupertate, Capitulo primo.

2. In hac paupertate fratres promittunt non
habere quicquam proprium, verum etiam pro-
tunt vsum pauperem rerum necessariorum,
est superfluitas, ibi non est vera & sincera pa-
tas. Et illi qui hoc non aduertunt, prospiciant
caput, exiit, de verborum significatione in 6.
Insuper, qui ait non licere nobis vsum omnium
rum sed solum necessariorum ad sustentationem
turae, & executionem officiorum ordinis.

3. Si non teneremur ad vsum pauperem, sed
non habere de proprio quicquam, possemus
bere vsum opulentum, vt diuites mundi, & vni-
camposque, excepto quòd proprietas non esse
stra, sed aliorum, quæ res est falsissima, vt ait
nus, & etiam Concilium Tridentinum, sessio
de regularibus, & Clement. Quare Conuentus
habent supradicta & eis vtuntur, tamen non
iure nec tuta conscientia vtuntur eis, vide locum
allegata.

4. Non est quicquam in altissima paupertate
gelica, quod regula non intendat imponere fra-

bus, vt a
verba, c
illic ô f
uantia
hil aliu
imperp
istam s
prietate
5. Nic
nem fu
in para
te Chu
tuenti
6. Cl
Franci
regula
quam
perflu
7. In
quadam
tremar
stri les
pauper
quod e
ligiosa
8. In
regula
pertate
nauem
mæ pa
côced
deat v

bus, vt ait Pisanus in 6. cap. & Hugo ait (super illa
 verba, cui dilectissimi fratres totaliter inhaerentes)
 illic ô fratres, includitur præceptum plenè obser-
 uantiæ paupertatis, quando ait quod sequitur, ni-
 hil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi
 imperpetuum sub cælo habere velitis, scilicet quã
 istam sanctissimam paupertatem, quantum ad pro-
 prietatem, & etiam quantum ad vsum pauperem.

5. Nicolaus tertius ait istam dignissimam religio-
 nem fundatam esse & radicatam in paupertate: &
 in parag. Nec quisquam, dicit nos fecisse votũ spon-
 te Christum imitãdi in sua paupertate, vt patet in-
 tuenti regulam.

6. Clemens quintus in parag. cæterum, ait sanctũ
 Franciscum fundasse professores suos atque suam
 regulam in maxima paupertate, proinde damnat
 quamplurimum sumptuosa ædificia curiosa & su-
 perflua, vt inferius (domino concedente) patebit.

7. Innocentius quartus, & Alexander quartus, in
 quadam admonitione dicunt, vos qui suffertis ex-
 tremam paupertatem propter nomen Domini no-
 stri Iesu Christi, vbi demonstrat nos sanctam vouisse
 paupertatem non qualemcunque, sed arctissimam,
 quod est intelligendum quod illa sit honesta & re-
 ligiosa, vt dicit B. Bonauentura, vt infra patebit.

8. Hugo dicit quod illi qui promittunt obseruare
 regulam & vitam istam, promittunt obseruare pau-
 pertatem. In qua opinione concordat Diuus Bo-
 nauentura, dicens cũ fratres sint professores altissi-
 mæ paupertatis, necesse est in omnibus rebus quæ
 cõceduntur suo vsui quantum fieri potest, resplen-
 deat vilitas, asperitas & paupertas, quæ tria vota

consequuntur altissimam supremamque potestatem Apostolicam.

9. Pisanus dicit expresse in suis conformitate nos promississe arctam paupertatem, & ibi dicitur magna de paupertate secundum intentionem patris nostri Francisci.

10. Sanctus Bonauentura arguit in quintuplo illos qui superfluè in ædificiis & aliis rebus curant, vtuntur & acquirunt, vt patet supra quod per statum Minorum.

11. Sed vix facientibus contra sanctam paupertatem, si suum animaduertent statum haud similes cerent, quibus barathrum est paratum. Nam secundum fratrem Garsiam, nunquam fuit intentio Francisci alia, nisi instituere ordinem suum alium similem, ita vt noluit facere aliud nisi quandam fraternitatem siue congregationem iustorum a star pauperum Christi primorum discipulorum fuit eius intentio fratres suos ædificare tam solumnia templa & ædes vti hodierna die sunt ædificata & pluribus in locis ædificantur, quæ potius videntur Ecclesiæ Cathedralis, seu domus ingentium domorum, quam fratrum Minorum pauperum. vnde Gregorius volebat eos esse contentos pauperculis orationibus & simplicibus, quàm diuitibus: & quod moritur in mansuiculis seu magaliis aut tuguriis, vt patet in prima parte Chronicorum.

12. Sed multi ex illis, professionis suæ oblitii, amplificant, claustra extendunt, dormitoria pingunt, refectoria depingunt, & ianuas aliaque ædificia, quæ certe omnia sunt indecentia fratrum Minoribus, quia propter hæc, & similia discuntur

per cur
tionis
que d
tionem
13. E
storali
eem si
lius se
tissim
rigori
& qu

1. P
confi
terius
spirita
tem E
priua
quis s
solus,
liquo
litiosu
te dic
lunta
falsu
paup
quia
Iteru
domi
betis
go de

per curias dominorum corpora sua vexādo, deuotionisque spiritū extinguendo, & amorē timorēque Dei & regulæ abiiciendo, desiderii, & delectationem rerum supernarum penitus obliuiscuntur.

13. De his similibus exclamat B. Gregorius in pastorali, d, melius esset talibus accepisse alium ordinem siue statum infirmiore, quem melius & fidelius seruarent, quam statum altiore vel potius altissimum, & ab ipso cadere per inobseruantiam, sui rigoris non seruantes perfectionem, cui tenebātur & quam susceperant seruandam.

Caput Quintum.

1. Præterea quis posset dicere paupertatem non consistere in iis exterioribus, sed potius in corde interiorius? propter quod Dominus dicit Beati pauperes spiritu, & non rebus (ego fateor veram paupertatem Euangelicam non consistere principaliter in priuatione rerum temporalium, sed in corde.) Sed quis sit talis verus pauper, nemo cognoscit nisi deus solus, sed an sit non pauper bene cognoscitur, per aliquod signū exterius, hic est diues vsus scilicet delitiosus, & curiosus, sumptuosus, & superfluus. vnde te dicere volūtariè pauperem, & vsū diuitem voluntarie habere, ac sollicitè requirere, est omnino falsum, & propterea non solum dicit saluator. Beati pauperes spiritu, sed etiam, beati qui nunc esuritis, quia saturabimini, & vobis qui nunc saturati estis. Iterum ait vobis diuitibus, &c. Non enim dicit dominus qui corde possidetis diuitias, sed qui habetis talē vsū ad consolationes vestras. Hæc Hugo de digna in sua Apologia.

2. Ultra quis posset forsitan dicere, quātumcumque coneris persuadere me vsum diuitem nō posse habere propria voluntate, tamen possum hunc habere Prælati auctoritate, ideo omnia habeo & omnibus vtor de superioris licentia. Respōdeo. ad hoc quod cum aliquo dispensetur circa proprias obligationes, requiritur auctoritas ex parte Prælati causa rationabilis ex parte subditi. tam enim voluntas prælati, quam subditi est propriis & canonice obseruantis cuiuslibet religionis obligata, & in nullus Prælati potest dispensare circa proprias obseruantias, nisi vrgeat causa rationabilis. Hæc profatus doctor loco supradicto.

3. Sed quoniam quis fortassis prædictis assentire dicendo, Pater concedo quod dicis, sed in omnibus quibus vtimur, ostendam tibi causam rationabilem & Prælati dispensationem. Siue enim quæ pertinent ad tegumentum, vt pote vestimenta & ædificia: siue quæ ad vitam, vt cibus & potus: siue quæ ad diuinum officium, & sapientiale studium, sicuti libet omnibus his vtor de licentia, consensu & auctoritate mei Prælati atque superioris.

Patet etiam sic primo in ædificiis, nam pulchra & curiosa ædificia alliciunt magis homines, & per hoc facilius sua relinquunt & ad seruiendum Deo nobiscum citius veniunt: quorum aduentus & conuersio est magna ædificatio in populo, & maxime cum notabiles personæ quæ plures intrant ordinem qui in sæculo habebant pulchra & sumptuosa ædificia. Ergo melius est habere pulchra ædificia & curiosa quàm turpia & deformia, & sic patet causa rationabilis, eadem enim ratio manet in omnibus

aliis

4.

& c.

nem

cissi

hon

Deu

ædi

ne

res

tor

mu

gel

ro

mu

au

dit

ful

5.

cle

fiat

fun

fin

clu

xi,

fti

&

I

mi

nu

di

De

aliis quæ accipimus ad vsum.

4. Ad quod breuiter respondeo, qui propter istas & consimiles vanitates ad ordinem venit, ad ordinem minimè venit, sed ab ordine recedit & velocissime fugit. Quid est enim aliud hoc quam dicere hominibus, ne intretis in religionem pure propter Deum, sed propter pulchrum ædificium. Hæc enim ædificia pulchra & sumptuosa non possunt fieri sine multa pecunia, pecuniam vero multam pauperes habere nō possunt, sine multa distractione multorum quæstuum & diuersorum: & cum prædicamus secularibus quod secundum doctrinam Evangelicam, hæc omnia despiciant & contemnant puro corde, prædictæ doctrinæ contrarium suademus factō & exemplo, illas sollicite requirendo & auide recipiendo, & sic Euangelium Christi offenditur, & exemplar perfectæ vitæ Apostolicæ obfuscatur.

5. Inter ædificia memorata, pulchritudinem Ecclesiarum includo, superfluitates nostrarum Ecclesiarum, in longitudine, latitudine & curiositate, quæ sunt respectu materiæ multiplicis & curiosè, diuersimode, polite, disposite coloratæ, penitus non excludo: honestas autem quasdam imagines Crucifixi, beatæ Mariæ virginis matris eius & dominæ nostræ, & beatorum Ioannis Baptistæ & Euangelistæ & similia excipio.

Nec dicat aliquis Deum me non timere, nec homines reuereri, dum nō solum quæ ad vsum hominum spectant redarguo, sed etiam quæ ad cultum diuinum pertinent reprehendo, cum omnia quæ in Dei Ecclesia fiunt secundum consilium Apostoli

ad honorē & gloriam Dei facta sunt. Respon-
breuiter quod Deum vtique ille timet, qui
vovuit illi seu promisit, seruare totis viribus
sed ille pro certo stultus esset, & Deum non
ret qui votum quod Deo vovuit, transfiret, vt De-
ipsum honoraret.

Vnde tales sunt similes Sauli, qui non peti-
omnia gladio, iuxta verbum Domini, sed coe-
oues & boues meliores reseruauit vt eas Dom-
in sacrificium consumeret.

6. O mi frater licet honor diuinus sit de se bon-
tamen professoribus paupertatis, superfluitate
curiositates etiam in Ecclesiis, in calicibus in pa-
mentis altarium, nec in utensilibus non sunt
qualiter admittendæ quia directe obuiant paup-
tati, vt ait Clemen. Exiui. In sexto paragr. hinc
etiam, vbi ait nullo modo conuenire ipsis ædifi-
& Ecclesias excelsiuas, & paragr. quamuis etiam
ramenta & vasa Ecclesiastica ad honorem di-
nominis ordinentur, & paragr. Præterea, vbi
quod debent eis sufficere paramenta & vasa Ecc-
siastica decentia in numero, magnitudine & sub-
cientia competentem.

7. Superfluitas autem nimiaque curiositas in
seu aliis quibuscunque nõ potest nostræ profes-
ni vel statui conuenire. Potius autem essent altaria
denudanda, quam paupertati promissæ modicæ
contraire, secundum quod pater noster Seraphicus
maximus paupertatis zelator, cuidam fratri
persuadenti vt aliquid in crastinum vel futurum
seruaretur pro aliquibus necessitatibus occurrenti-
bus. Respondit dicens, se potius altare virginis Ma-

riæ denudaturum, quam cōtra paupertatem factu-
rum, addens quod acceptius haberet beata virgo
quod altare suum denudaretur, quam cōtra con-
siliū filij sui aliquid committatur. Hæc frater
Hugo de digna, in sua Apologia, qui quidem cla-
ruit miraculis, vt patet in Chronicis. Idem Doctor
dicit nos non solum diuitiis temporalibus renun-
tiasse, sed etiam carnis voluptatibus, & quod ma-
ius est his omnibus, abnegasse propriam volunta-
tem, & vouisse facere alienam. Vnde pro diuitiis
paupertatem, pro deliciis castitatem assumpsi-
mus, & pro voluntate propria facere alienam.
hæc ille.

Sextum caput.

ALICVI posset dubium occurrere alterum,
saltem de vestimentis, quod vrenti non ob-
sunt sicuti diximus de prædictis, imo multum pro-
sunt (vt verbi gratia) cum duas habeo tunicas, mi-
nus timeo frigus, ac per hoc melius & deuotius pos-
sum diuinum persoluere officiū in Ecclesia, & ibi-
dem in oratione melius pernoctare nec etiam Euā-
gelica prædicatio offenditur, quia vna tunica ex bo-
no panno & curioso honorat prædicatorem, Ma-
gistrum, Doctorem, siue prælatū, & per multos du-
rabit annos, & vilis vix per annum, per quod satis
patet quod induere bona vestimenta est magis ra-
tionabile quàm induere vilia seu parum valentia,
id est, parui valoris. Ad quod respondeo quod om-
nis vsus diues illicitus est paupertatis professoribus,
ideo satis liquet per ea quæ superius sunt dicta.

Quod autem vti mollibus vestimentis, delicis & preciosis, sit vsus diuitem, non pauperum, scilicet ostendit Dominus cum beatum Ioannem Baptistam eximium prædicatorem commendaret dicens, meliora vestimenta regibus & regalibus curiis conueniunt, non autem in religionis heremo. Id vero quod dicitur propter vestimēta melius posse & orare & preloqui siue studere: si quod dicitur melius (hoc est melius) si sic intelligas, vtrum possis negare non potest, sed quod hæc facias ea de re nõ credo penitus, & video contrarium. Si autem melius, id est efficacius intelligis, falsum est omnino, quia omnis oratio habet suam efficaciam ab amore diuino.

2. Vltius si dicitur proximo non scandalizari, si de proximo interiori intelligas, falsum est, cum hoc illi abscondere non potest, quia frater zelator sui status qui est tuus proximus habet malum exemplum, & valde malum, & ideo est intelligendum de aliis fratribus tuis si sui similes velatores instituti: & tales tenentur ad correctionem fraternam, & prælati cum eis. Si vero dicitur de exterioribus quod abscondis eis illa, dum hoc scandalum taliter fugis, tuius incomparabiliter peccatum incurris, eo enim ipso quod proximo absconditur, hypocrisis vitium detestabile perpetratur. enim hac via imitaris patrem tuum S. Franciscum qui adeo vitium istud exhorruit, quod cum inueneretur frustum pellis intrinsecus ponere noluit ante pectus, nisi etiã poneretur exterius in habitu.

3. Et quia dicitur maiorem quantitatem pecuniarum requiri ad vilia quam ad preciosa, quia plus desiderant, & ideo rarius emuntur, & paucioribus indigentibus

homo, quia à frīgoribus melius se defendunt, & si hoc verum esset (quod non credo) etiam si hoc faceres propter supradicta (quod non video) tolerabilius malum puto, sed non propter hoc excusabile, sed eo magis vituperabile, quia dictum malum talibus apparētiis conaris defendere, & dolosis rationibus excusare. Hæc idem Hugo vbi supra.

4. Iterum forsā mihi posset quispiam obiicere & dicere quasi redarguendo singularitatem: fuge & communitate esto contentus, via enim securior videtur esse quæ à pluribus tenetur. Sed ad hæc respondet Hugo præfatus. Peto à te si induere vilia vestimēta, comedere grossa & vilia cibaria, & velle habere despicabilia ædificia, magis consonent paupertati, quam omnia hæc habere preciosa & delicata, certum est quod sit magis consonans professioni tuæ regulæ qua promisisti paupertatem: si autem propter ista singularē me vocas, profecto manifestè innuis à regula cōmunitatem deuiare, nunquam enim esset singulare, secundum regulam vivere, si communitas ad purum regulam obseruaret. Hæc præfatus Hugo de digna.

5. Si autem via quæ tenetur à pluribus foret melior & securior (vt aliqui asserūt) isto modo tenenda esset via quæ ducit ad mortem, quam multi tenent. Nam arcta est via quæ ducit ad vitam, vt dicit Christus qui est veritas, & pauci intrant per eam: quod est etiam contra scripturam dicentem, non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à veritate deuias. Illa ergo vita dicenda est singularis & extranea quæ à sua professione & perfectione sui status

& regulæ deuiat, & illa potius communis & laxa
quæ per omnia regulæ concordat.

6. O mi frater, via quam elegimus breuis est
secura, sed non minus ardua & strieta & pauca
trât per eam. Magna quidem promissimus, sed
iura promissa sunt nobis, scilicet quod erimus
redes & Reges regni cœlorum. Viriliter igitur
quamur promissa, si ingredi velimus dictum
regnum.

7. Ne quis quæso me redarguat quod ita lo-
tus sum, quia melius est vt scâdalum oriatur, quod
quod veritas relinquatur, certum est enim, quod
Christus quam Helias charitate maxima mouetur:
attamen nec Christus propter Pharisæorum
scâdalum veritatem tacuit, nec Helias propter tur-
bationem Regis Israël veritatem dicere omisit, sed
sibi dicenti quod ipse turbabat Israël, con-
ter & intrepide respondit. d. Non ego turbo
tu ipse qui dereliquisti mandata Domini Dei tui.
Vnde & vere & recte respōdit, quia non ab illo
veritatem facit & loquitur, sed ab eo à quo veritas
& iustitia detinetur, scâdalum perpetratur, quod
ô georgistæ siue helistæ aut fratres dissoluti &
irij notate.

8. Igitur in visceribus Christi precor dulciter
lumniantem vt citius hæc legat, & libenter con-
rat bonoque spiritu, quam ista in sinistra parte
mat, & hoc ne ignorantia seu negligentia sit
ocasio delinquēdi, & ne dicatur de nobis illud
scâdalum Propheticum, noluit intelligere vt bene-
ret. Astitit omni viæ nõ bonæ, malitiam autem
audiuit, &c.

9.

qua

alite

gust

leue

hil o

pre

cien

ne n

fello

pub

L

fuit

tral

fuit

spir

na,

pau

lect

illa

imo

pri

feci

pau

ing

ear

2.

no

9. Summopere ergo cauendum est, ne ab ea aliquatenus deuiemus, sed recta via procedamus, quia aliter agēdo esset tetrocedere vt inquit beatus Augustinus. iugum enim Christi suaue est & onus eius leue, nec non ab assuetis nunquam fit passio, & nihil est volenti difficile, qua de re exculatio apud supremum iudicem Christum nobis non erit sufficiens, nec nobis proderit, quare videto, & hoc bene nota & pondera ô paupertatis sanctissimæ professor, & festina reddere Domino Deo tuo vota illi publicè promissa.

Caput 7.

LE G I M V S in primæ partis Chronicorum primo libro Seraphicum patrem nostrum semel fuisse interrogatum à fratribus, quænam virtus attraheret citius fratrem ad diligēdum Christum Iesum, qui respondit cum maxima anhelatione, suspirando, & aperiendo nobis sacra sui cordis arcana, paupertas altissima, bis reiterando hæc verba paupertas altis. hæc (inquit) est illa ô fratres mei dilectissimi per quã via perfectionis acquiritur, sicut illa quæ est stirps humilitatis, & iter particulare, imo ianua cæli: Dominus Iesus in ipsa voluit me principiari perfectionis ædificium dicēs. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Et ipsemet hac via ingressus est in hunc mundum, vt pote accipiendo eam sponsam quia tantum eam adamauit.

2. Multotiens aiebat, ô filioli mei, aliam sponsam nolite quarere, hæc est enim petra angularis, totius

ædificij sanctæ religionis nostræ, & dum ipse
fuit valde zelosus supradictæ altissimæ pauperum
quia toto tempore quoad vixit nihil imperpetuum
habere voluit, nisi ipsam sanctissimam pauperum
tem, Domini Iesu sponsam dilectissimam & caris-
sissimam.

3. Probatur primo. Ille cum suis sequacibus
ca vna indutus & foris repeciata erant contecti
femoralibus & chorda grossa, & omnia que ha-
poterant erant communia, & nemo penitus
bat dicere quicquam esse suum, nec librum,
uiarium, vel habitum: vt legimus in primo libro
mæ partis chronicorum ordinis nostri Mino-
quæ tibi (Deo fauente) daturus sum in gallicano
mone, vt & fratres & sorores possint intelli-
idioma & sensum.

4. Secundo quantum ad victum, multoties
pane & aqua, & aliquoties oleribus horti vira-
stentabant: & si quis eorum infirmabatur, pau-
paucis rebus ac simplicibus medicaminibus ne-
sitati succurrebant, mēsa eorum erat humus, &
semper seruauerūt toto tempore dum vixit in-
cta Maria de Angelis humi comedendo, quia
erat eorum charitas, zelus & feruor, quia im-
versabantur, vt legimus in prædicto libro dicto
Chronicorum.

5. Tertio probatur, quia quantum ad victum
rum, solum panem petebant, qua de re dicebat
pius pater se nunquam elemosynarum pauperum
fuisse latronem, quærendo eas vel eis superfu-
do: semper (inquit ille) cœpi minus ex iis rebus
tuta conscientia poteram capere, & hoc factum

vt p
6.

cal e
fede
mol

Bap
cam
patr

ftri l
vt in
quo

ctur
lia &

7.
siue
regu

in 3.
bus
tus,

legi
cta i
vt al

poro
tiam
omn

vl ni
los,
nas

ego
syna
diui
dedi

vt pauperes non defraudarem.

6. Quarto, terra nuda, erat cubile eorum, & cervical erat petra siue lignum, & quam pluries, solum sedendo dormiebant, & finaliter, vt legitur omnia mollia & blanda fugiebant, exemplo Diui Ioannis Baptistæ multorumque sanctorum, & vt rectius dicam sancti sanctorum: hic erat mos & vita priorum patrum nostrorum, & maximè Seraphici Patris nostri Francisci qui tantum vexabat suum corpusculū vt in mortis articulo ea de re culpam suam diceret, quod ob eandem causam credo nos non ita esse facturos ni fallar maximè, quia nō abhorremus mollia & delicata, vt ipse & alij patres nostri.

7. Etiā legimus (de priscis patribus fundatoribus siue reformatoribus hoc institutum, qui fratres de regulari obseruātia, alias de familia nuncupantur,) in 3. parte Chronicorū, lib. 7. vt narrat frater Iacobus de la Marca, (vir omni virtute & sciētia præditus, qui etiā miraculis claruit in vita & in morte vt legitur in dicta parte. Quinetiam vt videntur depicta in Neapoli) qui interrogatus à fratre suo socio, vt aliquid ædificationis diceret de iis quæ suo tempore fratres seruabant, circa rigorem & obseruantiam regulæ, dicebat. Cum ingressus sum religionē, omnes petebamus ligna hostiatim, & ferebamus in vlnis combustionis causa, vnusquisque tot fasciculos, omnes laborabamus in hortis, & ad eleemosynas petendas peditabamus: Sanctus Bernardinus & ego, multotiens commeauimus simul ad eleemosynam postulandam. Fratres erant feruidi in cultu diuino, quieti & modesti, reconciliationi fraternæ dediti, rarissime domum egrediebantur, & habita-

bant in pauperulis mansuiculis, & sola vice
 petebant eleemosynā panis in hebdomada, nihil
 penitus deficiebat. Vnusquisque præ alio ieiun
 nitebatur, sex mensium sæpe tempus transibat
 quibus non manducabamus buccellam carnis
 oua: & faciebamus capitula nostra sine questu
 nium. Nec etiam carnes edebamus, nisi essent
 oblatae ex proprio motu dantis, fratres infirm
 rabantur medicaminibus simplicibus & bonis
 farineis & pane cocto in aqua, & aquam bibentem
 hordeaceam, & solemniora festa sic transig
 mus. In Ecclesiis assistebant fratres diu nocte
 in continua oratione, & præcipue post matutinam
 & quando Prælati mittebāt aliquem in alium
 uētum, alij fratres eum dulciter & gratiose am
 ctiebantur, multas fundendo lachrymas, quia
 in Christo se diligebant.

8. Ex prædictis omnibus, constat miseria nostra
 & quantus sit noster excessus in victu corporis
 quæ cura, quantus fastus in verbis, moribus, &
 stitu (non includo hic sanctam Capucinatorum
 gregationem aut excalciatorum, quia ad litteram
 sic vitam actitant vt dictum est in prædictis
 lis) certè Euangelicæ vitæ professores multum
 spicere oportet, quanto rigore dei que amore
 suque orationis, perfectio altissimæ paupertatis
 quiritur, quam fratres moderni quamplurimi
 gligunt.

9. Si Prælati & subditi haberent illud dictum
 Iacobi sculptum in cordibus suis, scilicet quod
 no offendit factus est omnium reus, perfectius
 gentius curarent apponere pharmacum plagi

qui
 re, si
 in v
 cer
 pro
 10.
 plet
 tati
 den
 clar
 nis
 11.
 res
 viu
 alij
 sess
 plic
 prin
 12.
 tui i
 sent
 spo
 feci
 Den
 ta f
 be
 per
 pro
 præ
 in v
 tati
 nih

quid illis prodest regulam Diui Francisci obseruare, si tamen in vno deficiunt, scilicet in paupertate, in vestimentis, in calceis, in pecuniis, & aliis rebus, certè quantum ad pœnam damni nihil omnino prodest.

10. Quid enim iuuat multorum statutorũ adimpletio siue obseruatio, si votum Euãgelicæ paupertatis omnino nõ adimpleo, puritatẽque recursus denatorum siue pecuniarum secundum quod declarationes summorum pontificum, ac patrũ ordinis & sanctorum aliorum declarant nõ amplector?

11. Quare subtiliter perspiciant fratres professores istius instituti, se magis striete vouisse modum viuendi Christi & Apostolorum, quam quicumque alij, quum nec in communi, nec in particulari, possessiones aut aliquid aliud habere possint, nisi simplicem vsum facti, vt ait Doctor Ioannes Perinus in prima conclusione sui tractatus.

12. Considera quod transgressio vnus præcepti, tui sancti voti Apostolici, facit te etiam in vita præfenti miserimum, de futuro nemini est dubiũ, quia spoliat te omnibus bonis & meritis, quæ hac in vita fecisti, omnibus quoque virtutibus & gratiis, quas Deus prius dederat tibi. Si enim aliquis Minorita fecisset tot bona opera quot fieri possunt, & haberet tot virtutes quot haberi possent, omnia illa perderet per vnum peccatum mortale. Sic quod pro iis omnibus, nullum vnquam esset habiturus præmiũ in cœlo, sicut testatur Salomon dicens, qui in vno offenderit, multa bona perdet. His amplius tãtisper dũ tu es in transgressione alicuius præcepti, nihil boni operis potes operari quod tibi sit me-

ritorium ad vitam æternam, & quandiu es in peccato seu transgressione præcepti, tâquam membrum Ecclesiæ putridum & mortuum, es exors expers omnium bonorum quæ fiunt, & sunt in tota cõgregatione, siue religione Minorum, non (quod magis est) in tota vniuersali Ecclesiâ quorum fiunt participes boni religiosi, & generaliter omnes fideles Christiani qui à peccato mortali sunt immunes.

13. O quam miserum est (frater mi minorum bonis & suffragiis priuari, quæ fiunt in Ecclesiâ) cogita parum, imo vero multum, quam sit periculosum tere conicere in puteum & abyssum tantarum transgressionum seu dissolutionum. Vnde periculum exire non possis, nam in ipsis lubricus & facilis est descensus, sed gradum reuocare, superâsque redere ad auras, hoc opus hic labor est, pauci (quos Christus dilexit) hoc potuerunt. Quid enim scis si irascetur tui Dominus Deus tuus, & in die iræ quitatis tuæ non recordabitur? Quid scis an dabit tibi tempus pœnitentiam agendi & te cõuertendi? (Sanè dedit tibi Deus tempus reformationis de modo acquieueris consiliis huius manipuli, & quutus fueris mentem R. P. fratris Francisci Gæzaga Ministri nostri generalis) An propterea debet abutens tibi concessa occasione ita semper iacere in peccatis & cõtinuis transgressionibus tui sancti instituti? quod autem dicis te nondum intelligere periculum tuum, & si eum intelligis, non esse tibi societatem cum qua possis seruare illum, & si quid transgrediaris, confiteberis. Perinde est ac si diceres, periculis meo, id est me ipsum vulnerabo, & postea, meo

neri medebor, scilicet cōfitebor, quanto consultius
 esset, te omnino non admittere relaxationem ? quæ
 tanto animi dolore, tantis laboribus plurimisque
 lachrymis est expianda, & si fortè contigerit, te sin-
 gulari Dei fauore respiscere, animaduerte quã dis-
 par sit exitus solutionis voti, & transgressionis, quã
 inæquale stipendium. Quid enim inæqualius quam
 vita æterna & mors, quæ non est mori, imo viuere
 diris pœnis, quã sine fine summo frui bono in bea-
 tissimo illo Angelorum & beatorum concilio, & si-
 ne fine excruciaci malis innumeris, in miserimo
 dæmonum & damnatorum consortio.

14. In hac etiam vita solutio præcepti & trans-
 gressio inæquales sunt: habet enim sancta solutio
 voti sibi annexam mentis bene conscię tranquillam
 securitatem & dulcedinis diuinæ quandam præli-
 bationem, & tenuem degustationem, quam qui se-
 mel degustauerit, nihil tam mellitum, nihil tam de-
 licatum, nihil tam amœnum mundus hic possidet,
 quod non vilipendat & velut stercus reputet. Ecō-
 tra transgressionem, alia mala consequuntur, nam
 miserimus ille animi sibi male conscij cruciatus, a-
 nimam quocunque ierit, infectatur, & dum con-
 scientiæ vermis non moritur, iam ex hac vita infe-
 ros suos ipsa patitur.

Caput 8.

IOANNES de Peccano, dicit in primo cap. sui
 tractatus nobis non licere granaria, cellaria ex-
 cessiuæque ædificia cum pluribus aliis superfluita-
 tibus, quæ prius ab aliquibus summis Pontifici-

bus, & præsertim à Clemente quinto declarant nobis non licere, & sanctæ paupertati præsertim in regula derogare. Sed heu utinam non solum supradicta faceremus, quæ sunt aperte contraria regulæ, sed etiam contra Euangelium sacrum, cui sumus professores, quod quidem Euangelium dicit. Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus, quid bibemus?

2. Hic notandum est quod quamuis dominus frater Ioannes de Peccano (quondam Episcopus Casuarie) dicat & simul cum eo beatus frater Iohannes de Phano, in suo tractatu de paupertate, & secundum mentem regulæ, & prædictorum pontificum, nobis non licere uti granariis nec cellis vineis, tamē in contrariū possumus agere, & tuta conscientia in regno Galliarum, ob hanc causam, quoniam in Gallia nostra, non est consuetudo, ut vidi in Italia, Castelle, Portugalliarumque regnis, & generaliter in tota Hispania, nec non Sicilia panes conficere in domibus privatis, unius libræ aut semis & huiusmodi lutum mos est illarum regionum, ideo non est decedendum (ni fallor) quotidie medicare hostiatim fragmenta in nostra Gallia, quæ se servare non possunt, quæ aut putrescerent vel cresceret lanugo, id quod non accidit integris panibus. Quinetiã nobis Gallis est magna distractio animi & inquietudo, non tamen approbo copiositatem seu transgressionem factam paupertatis (absit hoc) imo condemno similes similia agentes. Sed potius hæc scribo secundum mentem Clementis Papæ quinti, ut patebit inferius in loco, & magis dico, quod si dicti patres Itali cognovissent morem Gallorum apposuissent patre-

thesim pro Gallis in suis codicibus. Et fortassis quis dicet, fratres Capucinos viuere modo prædicto in regno Galliæ, scilicet sine granariis & cellis viniariis. hoc concedo, sed quando ipsi aliquantulum temporis versati fuerint in hac regione, non poterunt carere eis, imo dico & assero modum dictum magis esse conuenientem statui nostro in hac regione Galliarum, eoque multi verentur nobis dare de pane domestico, & sic emunt & non ignoramus emptionem, nec emptorum, ideo videmur quodammodo habere recursum ad denarios, quare quæ se possent habere mendicando bono modo hostiatim, sine præiudicio dantis & absque pecuniis eis debemus vti, & si filigo siue triticum hostiatim inuenitur, seu aliud quoduis granum, sequitur. hæc saluo semper iudicio meliori dico, cui etiã obtempero.

3. Non tamen per prædicta volo asserere ita nobis Gallis licere cumulationem rerum supradictarum, vt condemnem mendicationem quotidianam, in qua boni & veri fratres non parum merentur, imo etiã & laudo & approbo. Sed hæc ea de causa apposui, vt si qui Conuentus vtuntur dicto modo nõ condēnentur. Verũ id quod est condemnandum, est quæstus superfluus quia omne superfluum est vitandum, nunquam quicquam superflui licet nobis postulare, quia vt dicebat pater noster Seraphicus Franciscus, mendicare aliquid superfluum, est furtum, cui dicto & sententiæ concordat etiam Scotus in 4. dist. 15. q. 2. artic. 3.

4. Pro superfluo sic est intelligendum secundum Doctorem Parisiensem fratrem Ioannem Perinensem

in fine, cap. 2. notabilis, vbi ait, duo superflua, si sufficit, in quantitate: multum, superfluum si paucum sufficit in sumptuositate sumptuosum si vile, in core speciosum, si vile & non solum in vten- sibus nobis prohibetur superfluum. Sed etiam in sententia victu intelligendum est, quia si sufficiunt ad victum fructus horti, siue olera cum oleo, non sunt quærenda lactinia, & si sufficiunt oua, caseus, butyrum non sunt quærendæ carnes, pisces, volatilia, quæ sunt magis magnatum mûdi huius, cibus sunt, quam pauperum Christi.

6. Sanctus Bonauentura in fine 2. cap. suæ declarationis dicit, nō est ergo fratrum vti cibus & potus delicatis sicut nec vestibus coloratis, hoc enim magis pertinet altissimæ paupertatis, quæ quanto altior, tanto arctior debet esse victus.

7. Idem sanctus in cap. prædicto dicit, certum est quod paupertatem & pœnitentiam profitentibus carnes sunt vitandæ in suis domibus, extra carnis necessitatis duplicis, scilicet infirmitatis vel necessitatis manifestæ, quod bene nota, tu qui prædicaris quæris ad emendas carnes & pisces extra necessitatem. Notate ô Prælati, notatèque ô subditi & considerate sententias, non meas sed tantorum patrum.

8. Et parum inferius dicit sic, qui ergo sunt pœnitentiæ perpetuæ professores, ab eis tritis & inanis gratiis cum tempore debent abstinere quantum humana patitur fragilitas: nec hoc sufficit nisi à sumptuosissimis piscibus, & maximè beluis studeant abstinere. Hæc ille.

9. Vnde Gregorius, qui à carnibus abstinet, præcipit quaquam sumptuosiora marina rum beluarum copiam

uiuia præparant. Igitur ridiculosa videtur abstinencia (maximè pauperibus) carnes: non tangere & pisces quærere cariore: bene nota (ô professor paupertatis altissimæ) quid dicat Hieronymus ad Paulinū, sit tibi vilis & vespertinus cibus olera & legumina, interdum & pilciculos paucos pro summis deliciis ducas.

10. Hugo dicit fratres per mundum euntes, carnibus si appositæ sint vti possunt, à quibus quidem, residentes in domo, religiosè ac prouidè abstinèat, nimirum religiosi & pauperes, carnis mortificationi ex vitæ proposito intèdentes, lauta cibaria & delicata etsi ab aliis apposita gratia necessitatis pro tempore non recusant, tamen congruentissime ipsi sibi met, nisi arctet necessitas, non ministrant nec procurant ministrari.

11. Patres etiam ordinis in sua expositione, nuncupata verissima intentio in 3. capite super illa verba. Secundum sanctum Euangelium de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare. Dicunt, hoc dicit fratribus per mundum euntibus, ex quo patet, quod in hoc solo casu dicit (liceat) quare in aliis, scilicet in propriis domibus, vbi ipsi fratres sibi ipsis cibos præparant, non liceat, quia quod de vno conceditur de alio negatur, & sic patet quomodo regula imponit fratribus communiter, non vti cibis & potibus delicatis, sed vsum pauperem in cibis. Hæc præfati in fine etiam 2. cap. quod non est parum pōderandum ab eis qui viuunt laute, non secundum sacram paupertatem.

12. Ioannes Phanus in suo tractatu de paupertate ait, quod quando S. Franciscus nobis prohibet

pecuniæ receptionem, quæ ad victum opulenti multum confert & attinet, & per illa verba altissime paupertatis sectatores manifestum esse eum nos habere usum pauperem, Non solum in vestibus & utensilibus, sed etiam in victu paupere.

13. Petrus Ioannes dicit oportere res esse vitiosissimas & inuitabiles, vt sint similes infirmorum necessitatibus & vestitui fratrum, vt secuta contentia possimus ad amicos spirituales recurrere, scilicet ad dâtes, & hoc gratia procurandi pecunias ad vitia cibaria emenda, quæ pure sunt contra statutum canonicum.

14. Ioannes Phanus ait supra illa verba, nisi in necessitatibus, veris, determinatis, certis, præsentibus, & eminentibus, quæ sunt in Clementina, cap. Exiui, de verborum significatione, recurrere ad amicos spirituales nunquam nobis licere, nisi pro rebus totaliter inuitabilibus & necessariis, & faciendi positum peccare mortaliter. Hæc ille in prædicto statu, qua de re videas quantum sit periculosum canonicis emere vel pisces, aliaque cibaria non necessarios Fratribus in sero & mane veluti est mos prædictus iam in ordine fratrum de obseruantia.

15. Frater Garfias in 4. cap. paragra. 112. ait Ecco prædictis (frater mi) constat demoniacam istam pecuniam quæsitam, quamuis cautè, mundè, & diligenter facias, minime sine culpa vel peccato fieri, iuxta sapientis dictum. Qui tangit picem (hoc est pecuniam) inquinabitur ab ea: mihi fide (frater mi) & pecuniam dæmonio, cum melius sit cinerem edere quam victum sui pretij gustando inquinari. hoc vero lætalius est maximè, quando nõ modis & cau-

(para
cius
16.
dicer
non
med
tes,
cept
mor
reco
nam
feun
min
tiere
itera
mar
de se
est b
huic
mul
nem
mor
tem
de c
stor.
17.
quo
cora
hoc
aliu
ber
non

(paragr. Cæterum) acquisita est, nam sine numero eius laquei obrepunt.

16. Aduerte bene authorem Alphabeti Minorum dicere in 24. artic. cap. 4. regulâ, suâ expositionis non licere omnino fratribus carnem emptam comedere, & contrafacientes agentes & consentientes, pari pœna puniri & peccare mortaliter in præcepto pecuniæ, quod nisi pro necessitatibus infirmorû & fratribus induendis concedit denatorum recursum, quinetiam in voto paupertatis peccant, nam pauperes, cum his quæ sunt in domo vitâ transeunt, siue cum pane & ossa, aliàs cum pane & leguminibus, &c. & contrafacientes agentes & consentientes pari pœna puniri vt prædictus Doctor bis reiterat. Nam in delictis rati habitio retro trahitur, & mandato comparatur, vt est textus in capit. Cû quis de sententia excommunicationis, libro sexto, idque est bene perspicendum & ponderandum, tamen huic articulo vix possum credere, eo quod iam à multis hinc diebus, hæc cõsuetudo viget in ordine, nempe emptionis carniû & piscium, quæ si esset mortalis culpa non credo tot probos patres, tanto tempore illam admisisse & tolerasse. Nolo tamẽ hac de causa admittere superfluitatem, imo eam detestor, & totis condemno viribus.

17. Ita etiam intelligendus est prædictus articulus, quod si pauper & subditus frater, nihil aliud habeat coram se in mēsa hora refectionis, vltra panem dum hoc sit fixum in corde & mente sua, quod libentius aliud quæsitum secundum regulâ comederet si haberet, & prælato suo suâ manifestauerit intentionẽ, non peccat comedẽdo ex istis, si peccatũ est supra-

dicta emptio, & hoc dum non consentiat, vt credo, sed vā & iterum vā prælatis & eorum confessoribus & talia facientibus & consentientibus, maxime in superfluis, ideo caueāt sibi qui sub necessitatis colore admittunt superfluitatem & sensualitatem.

18. Nunquam legitur nec in conformitatibus, nec in Chronicis, quod Diuus Franciscus, nec socii eius aliquo modo emerint carnes vel pisces, nec alia cibaria, quæ magis sunt apta & conueniunt dominis huius seculi, quam pauperibus fratribus mendicantibus. Sed bene legitur, quod quando allatæ erāt ad conuentum recipiebant eas, non quidem pro sanis sed pro infirmis, vt habetur in prima parte Chronicorum, lib. 2.

19. Vltra legitur, Diuum Franciscum patrem nostrum quadam die adiisse Macellum Afisij, cū sporta in humeris pro carne petenda pro fratribus infirmis, non pro sanis, quia quamuis regula in 3. cap. & vt melius dicam ipsummet Euāgelium nobis concedat comedere de iis quæ apponuntur pro temporis ratione, tamen non cōcedit nobis vt possimus emere vel petere seu procurare cibaria illicita, & modo inconuenientia.

20. Si tamē pro infirmis & senibus & itinerantibus fratribus iter longum inueniantur hostiatim altilia, verueces, oua, & alia huiusmodi necessaria non est licitum emere pro eis. Quamobrem qui nō vult incidere in transgressionem præcepti pecunie, debet prius hostiatim petere & diligenter quærere & procurare si possit aliquid inuenire, non autem inueniens ea quæ quærīt & indiget vera necessitate (si sit subditus) de licentia ad denarios petēdos pro

emendis necessariis poterit recurrere.

21. Nota iterum & nota iterum dico quod patres infra scripti, nēpe frater Bernardinus de asta egregius Theologus, qui per 9. annos fuit Minister generalis celeberrimæ congregationis fratrum Minorum Capucinorum, & Eusebius de Ancona eiusdem dignitatis & temporis, & frater Ioseph Mediolanus, Hieronymus de Pistoia Theologus Parisiensis, pater Titelmanus, qui obiit Minister Capucinorum prouinciæ Romanæ, frater Honorius à Tuscia prouinciæ Romadiolanæ minister, qui post mortem miraculis claruit, vt ego ipse vidi in grassa Bononia) qui omnes supra dicti fuerunt in dignitate prouincialatus bis, vel ter & aliqui eorum quater & vltra, omnesque maximi Theologi. Quinetiam antequam sacram ingrederentur congregationem Capucinorum fuerant chordigeri, aliter de familia regularis obseruantia, vel conuentuales tenuerunt, vel vt rectius dicam, omnis Capucinorum caterua siue congregatio tenet simul cum eis, nobis non licere aliquo modo emere carnes & pisces, si legumina & oleum sufficiunt & reperiantur, siue alia cibaria pauperum, & qui contrarium faciunt, peccare cōtra regulam. s. In voto paupertatis, & etiam pecuniæ precepto.

22. In cap. generali Romano prædicta cōgregatio Capucinorū ordinavit vt nullomodo, ova, caseus, pisces, butyrum & cætera lacticina postularentur ab aliquo fratre, sub eorū obedientia militante, nisi pro infirmis, itinerantibus, & senibus, si tamen darentur motu proprio dantis tuta possent consciētia recipere pro fratribus, modo nō sit in magna quan-

titate, & hoc fecerunt ad conseruandam altissimam paupertatem Euangelicam. Vide eorum statuta generalia Romæ confecta.

23. In Hispaniæ & Portugalliæ regnis, quamplurimi fratres excalciati illarum septem sanctarum prouinciarum, ita sentiunt vt ab eis audiui, & mihi fuerunt Gardiani eiusdem sententiæ & opinionis, qui dicebant palam, fratrem taliter non sentierem, periclitari, quod quidem bene credo, si utatur superflue, mane, vel sero, sed si utantur secundum statuta Barcinonensia, non credo eos periclitari, eo quod illa sunt approbata à summis Pontificibus, imo iussu Pontificis fuerunt facta à tantis sanctis patribus, qui tunc temporis erant lucerna (vt nostra testatur Chronica) totius Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ. Sed si agatur è cōuerso cōdemno.

24. Sed vā nobis miseris, quos nondum incepit tædere, quod Deum offenderimus, & nondum non delectat pati aliqua incommoda amore illius, quia certum est quod non existimaremus tanti res que pertinent ad nos, quanti æstimantur, si nostri obliuisceremur, & si omnes nos iactarem nostrum cogitatum in Domino, & recordaremur solius Dei. Sed hæc est causa, quod adimplere non possumus suprascripta, quia volumus duobus dominis seruire, Deo scilicet, & Mammonæ, paupertati & superfluitati, ventri & spiritui.

25. Certè si sumus filij Abrahæ, Abrahæ opera faciamus, Pater noster cum filiis suis erant paucis rebus contenti, & vilibus, & quampluribus (vt diximus) paruo pane & aqua, suam susten-

tabant vitam, & aliàs cum solis fructibus horri, reputabant se beatiores cum Apostolis spicas velere, quam cum Ægyptiis ollis carniùm affluere.

26. Quid prodest fratri Minori, opes, reditus, vineas & campos, & huiusmodi tales reliquisse in seculo possessiones, si postea vult in religione, vinum, triticum, verueces, agnos, porcos & huiusmodi quærere & habere tam abundè, sicut illi qui affluunt redivibus in mundo, & continuo vagari pro his rebus, quæ aperte sunt contra regulam nostram, secundum Nicolaum, Hubertinum & serenam conscientiam, qui dicunt, quotidianum victum fratrum debere acquiri quotidianis mendicationibus, & petèdo eleemosynam hostiatim?

27. Vnde sequitur non esse parvam culpam, aliquid mendicare superflue, sicut dicunt Hugo, Lucerna, Pisanus, & serena conscientia, quod mendicitas urgente necessitate, est licita, deficiente verò, illicita, immoderatus vsus & appetitus sensualitatis, præsentis temporis, causa est maximæ ruinæ, ut dicit præfatus Hugo.

28. Augustinus super psalmum 63. ait quantum sufficit, tantum quære ad medendum necessitati, quia dum quæris superfluum, desideras magis imponere compedes siue vincula pedibus, id est conscientiæ.

29. Si magis ample vis quicquã de paupertate scire lege. 3. partem Chronicorũ. li. 7. & ibi reperies quèdam Gardianum noluisse recipere porcum à quodam douoto oblatum, nisi prius habito cõsilio fratrum, cui consentire noluerunt, dicentes talem pro-

uisionem non posse eos facere secundum regulam puritatem, hoc attento, quod absque ea poterant viuere, sed hoc non obstante, Gardianus recepit eum, & occisum condidit sale ea intentione non mittendi fratres ad eleemosynam lardi qua totum annum vitam actirabant: & sic fecit, vero more solito precipiendo dare fratribus de porco bis vel ter in hebdomada, nullomodo fratres voluerunt comedere, magis contenti solo pane & aqua, & hoc faciebant, ne in causa essent talis ingressus relaxationis, sed quid facerent hodie tam sancti patres si essent superstites?

30. Ibi etiam habetur de quodam alio Gardiano in maritimam Tusciae, qui dicitur occidisse porcum, & sale condidisse, sed non remansit impunitus: nam in sequenti capitulo, fuit valde reprehensus, disciplinatus, & suo priuatus officio. Isti duo praefati Gardiani, erant de regularis obseruantiae familiae haec dixerim hac ratione, vt fratres moderni, non arbitrentur se ita reformatos esse, vt existimant & secundum vitam quam modo ducunt.

Nonum capitulum.

QUILIBET per praedicta videre potest, quantum distamus a via pristina, nam si subtiliter perspexeris (charissime lector) patenter videbis quomodo, non vt duces, siue comites, nobiles aut ciues, utebantur piscibus in diebus quadragesimalibus, quotidie, & minus fero, & mane carnibus, in diebus non vetitis, sicuti hodie est vsus quasi iam ferè irremediabilis, id quod aperte

aperte clausis oculis patet esse contra votum sacratissimæ paupertatis, & faxit deus quod non sit contra præceptum pecuniæ, sed ego dico pro mea resolutione, & teneo affirmatiue ita esse, vt est declaratū inter Capucinos, præsertim si ad ea emenda, pecuniæ quærantur, & mane & sero quotidie cōmodentur. Sed vā multis miseris Præsidiibus, & subditis, cōfessoribúsque eorum, & reformari nolentibus, vt vides ô frater lector, sunt multi hodie qui quæ sua sunt quærent, non quæ Iesu Christi.

2. Dic mihi, ô minorita in sæculo abundabasne opibus ac deliciis, comedebasne carnes & pisces, & quæ volebas? ad quod forte respondebis, sic, qualis ergo fuit finis tuus siue intentio in ingressu religionis, cum diuite epulone euangelij, epulari, an cum B. Ioanne Baptista, mel syestire & locustas in deserto religionis comedere? Certe si epulati volebas in sæculo permanere debebas. Si autem abstinere volebas, debes vesci in conuiujs Christi panibus hordeaceis cum turbis in deserto religionis.

3. Non licet (inquit B. Bonauentura) pauperem euangelicum, discalciatum, cordatum, & sacco indutum, & de peciis intus & foris repectatum, ventrem habere delicatum. Nam & si pauperibus euangelicis per mundum euntibus (causa euitandæ sollicitudinis) sit permissum de omnibus cibis, qui apponuntur eis recipere, tamen in proprijs conuentibus deliciose viuere, est damnabile. Hæc beatus Bonauentura, vnde bene nota tu pauper frater minorita, qui vouisti domino Deo publicè votum altissimæ paupertatis: vt non sumas de cætero

cibaria delicata, vt sæpe facis, sicut multi, qui nequeunt id est nolunt comedere laridum vel carnes bouinas, &c.

4. Mirum de infælici conditione plurimorum (inquit B. Hieronymus ad Eustachium) sunt nōnulli viles & abiecti in seculo, qui quotidianis laboribus, se vltra vires affligētes pro victu captādo vilissime, & vix raris fabis & rapis cum pane hordeaceo saturarentur, cum Christi vero ad mēsam accederent, & eius militiam suscipiunt, suæ egestatis oblitiqueerunt lautiora, quam milites qui sunt assueti magnificis, hæc autem omnia in Christi & apostolorum vita locum non habebant, qui spicas vellebant. Hæc ille sanctus Pater.

5. Fratri minoris est, paucis obsequiis, paucisque remediis esse contentum iuxta exigentiam paupertatis, vt memores sint fratres, quomodo olim Monachi languentes aqua frigida vix ad sufficientiam utebantur, in quo (quod sine graui cordis gemitu non dico) magis reperiuntur viciosi, pauperrimi seculo ad religionem venientes. Hæc beatus Bonaventura.

6. Proh dolor, non sine gemitu magna que anhelatione animæ meæ scribo hæc, de doctoribus necnon nobiles ordinis minorum, heu, qui carebant pane hordeaceo, carne porcina, cicere aut ceruisia, qui in veste & vili, paradidibus vel crateris aut coclearibus ligneis & his similibus contenti erant vel inuitati in religione seraphica necnon apostolica fratrum minorum, pane triticeo, carne veruecina, leporibus, gallinis, pullis, perdicibus, vino optimo albo, rubes affluere volunt, duabus vel tribus teguntur vestibus

foderatis, vasis & utensilibus argenteis deauratis vtuntur, coclearibus & huiusmodi, v& & iterum v& alia facientibus, vtentibus & concedentibus, certe talibus multum condoleo, quoniam à longe video ruinam & confusionem ipsorum, quia qui vix a selum habebant in mundo, in religione habet equos, mulos citra necessitatem manifestam, qui in sæculo sibiipsis seruiuisent hodie seruis abundant: O miseri nobiles, & plusquã miseri, qui estis peripsema tanti instituti, quia hæc facitis sumptibus & sanguine pauperum esurientium & ingentium dominorum, nobilium, ciuium, & plurimorum iustorum.

7. V& nobis (inquit S. Anselmus) qui peccata populi comedimus & eleemosynas & eos defraudamus, nec pro eis plangimus, & quod peius est, qui cum ritu eas cõsumimus, de quibus sumus rationem reddituri vsque ad vltimum morcellum, & quo amplius recipimus, eò magis ad rationem obligamur, cantandoque ista nobis prouenerunt, sed flendo reddere compellemur cum dicetur nobis, redde rationem villicationis tuæ. Caue ergo (frater mi) caue, peccata populi sunt quæ comedis, ac si tua minus tibi sufficere videantur, peccata tua & onera tibi sufficiant. Sollicitus esto pro iis quorum peccata comedis, quorum labores manducas, quorum eleemosynis viuis, dignos pro eis gemitus funde, lachrymis & orationibus vicem redde. Hæc illa nunquam suprema maiestas permisit filios Israël ita in deserto veluti in Ægypto viuere: quod notandum est valde religiosus & mendicantibus pauperibus.

8. Sed ô paupertas sanctissima, vera sponsa do-

mini Iesu quam occasionem accepisti à nobis, vt ita
 discederes ab ordine, tantū in te radicato, forsitan
 omnes amici tui domestici spreuerūt te, & facti sunt
 tibi inimici, quomodo plorans plorasti in nocte, &
 lachrymæ tuæ in maxillis tuis, quoniam non est qui
 consoletur te ex omnibus charis tuis, dicito & libe-
 ter responde, vide enim quod tacere aliquando cul-
 pa est. Audi prophetam dicentem, vā mihi quia ta-
 cui, vereris forsitan quia sola sedes in ciuitate, id est
 in religione plena populo, & tamen non est qui
 consoletur te, ex omnibus charis tuis filiis, si vero-
 ris quia filij tui ducti sunt in captiuitatem ante fe-
 ciem tribulantis, confortare & consolare mater
 zelantium te & operantium, quia ipsi sunt tui in-
 mici qui nolunt reconciliari tibi (vt video) & si
 qui sint, sunt paucissimi. consolare dico quia tuus
 dilectus sponsus videns eos magis tenebras quam
 lucem, id est dissolutionem quam religiositatem
 vel solutionem dilexisset, permisit eos abire in re-
 probum sensum eorum & voluntatem seu arbitriū,
 ideo dico iterum consolare domina mea, quia vti-
 lem suscitabit rectorem in te, vt patet iam per epi-
 stolam R. P. F. F. Gonzaga ministri generalis: quia
 hoc est pharmacum quo tibi opus est, & sic qui
 erant liberi erunt serui reprobi. O sacra domina tu
 bene scis quod fratres subditi nihil possunt nunc
 (& si qui sint qui possint) nolunt tamen præ timo-
 re, quoniam Prælati sunt causa omnium prædicto-
 rum effectiue vel permissiue: & ideo nihil proderit
 eorum responsum, cum multi Prælati non solum
 dedignantur audire loqui de te, sed etiam loquen-
 tes quæ decent aut tuum zelantes honorem aut cau-

sam tuam defendentes, crudeliter persequuntur, (vt in me iam gratia Dei sum expertus, & vt alios vidi & legi) eos subsannantes, pœnas eis imponendo, & quod peius est habentes eos in opprobrium & ludibrium. Precor piissimum, scamas euellere ab eorum oculis, & eis misereri & indulgere hâc noxam damnabilem.

9. Considera frater minorita & cōsolationum terrenarum inexplebilis gurges quod dominus Iesus Deus tuus omniū diuitiarum plenitudo & thesaurus inexhaustus ab inenarrabilibus cœli diuitiis in hūc descendens mundum istas qualescunque temporales diuitias, vel abundantias noluit habere: sed in tanta paupertate venit vt ex pauperula humilimaque virgine Maria, non ex opulentissima regina nasci dignatus sit, & natus non in curiosis palatiis & molli lecto, sed in vili præsepio super fœnum reclinari voluit, sed quis? Rex vtique regum & dominus dominantium solummodo fasciis inuolutus quas virguncula ad partum imparata secum gestabat pro capitis ornamento, pauperesque pastores ipsum infantem pauperem cum sacra paupere Maria matre in paupere loco, non in pompa vel regia æde reppererunt. His amplius dum tantisper in hac vita fuit paupertatem semper amauit & tenuit, & temporales contempsit diuitias: quod patet, dum eas tanquam vilissimas custodi vilissimo (scilicet Iude) traditori, commisit. Ad hæc accedit quod pauperes semper dilexit, elegit enim in suos Apostolos non duces, barones, magnates, non quosuis opulentos viros, sed pauperrimos piscatores. O vere magna abusio, & nimis magna, vt abundare velit his

caducis vermiculis vilis, propter quem Deus maiestatis & dominus Sabaoth, creator omnium, & dominus dominantium his voluit carere, & eas contemnere & despiciere.

10. Itaque, quicumque propter Deum es pauper voluntariè & libenter, aut necessariè & patienter, vide pauperem Christum & pauperem eius matrem beatam Mariam & de paupertate tua accipies consolationem, vis scire (ô frater) quomodo tuus & meus pater Seraphicus mendicus & pauper suum sit sequutus legislatorem? de ipso legitur in prima parte chronicorum quod cum semel quidam frater dixisset ei. pater (de gratia) accendamus ignem vt nos calefaciamus, non deerunt nobis ligna, et quod cœnobium est in silua non parua in qua tanta sunt quæ cadunt, & putrescunt, non melius est ea aduri & bene caleferi? Cui respondit pius pater, fili non sumus rationem Deo reddituri de cadentibus & putrescentibus lignis, sed de combustis, ô fili, verus minorita (dicebat pius pater) non adhuc suam necessitatem debet admittere, sed de sua propria necessitate debet aliquid tollere, amore regis regum, & magis dico, quod si fons nobis esset in conuentu, non tamen in superfluitate ea vt debent fratres pauperes. O sententia lectu digna & consideratione multa minoribus sacri euangelii professoribus.

11. Considera quam miserabilis sit tua abiectio & pusillanimitas, vt animam tuam ad imaginem & similitudinem Dei creatam, ad cuius seruitium hanc mundi machinam condidit Deus pro iis temporalibus & caducis consolationibus

perdas , Deus animam suam pro toto mundo non dedisset, quam tamen pro anima humana dedit quæ non nisi Christi pretioso sanguine redimi potuit, quid igitur est tibi cum terrenis consolationibus & gloria caduca, quæ nec veræ, nec tuæ sunt? aliqui Philosophi gentiles has contempserunt vt Socrates , quare tu qui es pauper Christi discipulus & longe ad meliorem Philosophiam & conditionem vocatus, vt magnum quid admiraberis, hisque seruias?

12. Considera (frater mi in Christo dilectissime) quod non potes duobus dominis seruire , Deo scilicet & mammonæ, paupertati & affluentia, quia non potest ad contemplandum Deum mens esse libera , quæ desideriis huius mundi inhiat & diuitiis. Neque enim oculus simul cælum & terram conspicerere potest , haud secus animum præoccupatum temporalibus sancta delectatio refugit, nec misceri poterunt vera vanis, æterna, caducis, summa, imis, vt pariter sapias quæ sursum sunt & quæ super terram, &c. Putasne te posse illum Dei spiritum suscipere, nisi carnis istis delectationibus renunciaueris, vnde putas cordis tui inexplebilem cupiditatem ducere originem, nisi ex inedia & obliuione sacri tui instituti Apostolici? Idcirco enim alienum anima tua mendicat, quod oblita sit discere statum suum , propterea terrenis inhiat , quod minime celestia meditetur. Renuat itaque consolari anima tua in terrenis si vis in regulæ minorum memoria delectari. O miserabilis consolatio quæ suos sic solet beare amicos, vt Dei faciat inimicos & indignos beatorum consortio! plane enim qui vult esse

amicus huius nebulonis, inimicus Dei constituitur, si in terrenarum rerum affluentia cōcupita fœlicitas arriserit, eo ipso infœlicior es, quo vehementius ipsam pro fœlicitate amplecteris infœlicitatem, quãram putas infœlicitatem, hæc ipsa tam vana fœlicitatis consolatio pariat? pungit animam, lacerat & affligit, inducit eam in varias tentationes, prouocat ad peccandum, aufert charitatem, quinetiam tollit quietem & tandem suos conducit in abyssum perpetuæ damnationis.

13. Paupertas autem amatores suos nec intrinsecus per auaritiam vrit, nec extrinsecus per controuersia lædit, sed sursum per desiderium accendit, suosque à gemina impugnatione (quia huius mundi amatores impugnantur) reddit securos, scilicet & propria inuidia & aliena. Paupertas enim dum putatur misera aliena caret inuidia, & quia voluntaria est nemini cuiquam inuidet.

14. O Minorita, quis sic fecit hominem, vt alimentis egeat, non patietur eum perire, necessariorū subtractione, cum Dei bonitas passerculos benignè pascat & vestiât, hominem pium sibi fidentem destituet? Præterea necessitati pauca sufficiunt. vita enim breuis est, mors properat, quid tanto tibi opus est viatico, cur tantum incumbis sollicitudini harum rerum tēporalium? frater mi, quo minus fueris onustus, eo expeditius hanc tuam perficies peregrinationem, inops natus es in hac vita, inopiã vousti arctissimã, inops recedes de hac vita, si bona huius mundi credis peritura, cur peritura tanto amore & cum tanta turbulenta conscientia amplecteris? facile contemnit omnia qui se semper cogitat

mo
cad
iud
om
tus
duc
nem
eam
rus!
15.
do
nef
but
sup
in h
pro
peru
tus,
dem
occa
feru
ter n
hom
frate
16.
quod
qui p
cium
trans
quib
orne
non

moriturum , in mortis articulo omnia supra dicta caduca relinques, & solummodo ad districti iudicis iudicium bona & mala opera tecum deferes , vbi omnia bona spiritualia per te facta perdes , si iis totus in hac vita fueris propensus cōsolationibus caducis. O quam stultum est, & fatuum te consolationem terrenam non relinquere, vnde es exiturus, & eam non prēmittere , vbi es imperpetuum mansurus!

15. Considera quod bona quæ à Deo in hoc mundo tibi data sunt, per suos administratores, tuos benefactores, calamitatis sunt solatia, non autē retributionis præmia. Caue ne dum omnia tibi provoro suppetunt, eorum omnium datorem negligas, ne in his quæ dantur animum figas, ne peregrinationē pro patria diligas, ne subsidia itineris in obstacula perventionis vertas, ne nocturno lumine delectatus, claritatem diurni Solis videre refugias, & tandem fauorem transeuntis vitæ, in mortis perpetuæ occasionem vertas, si aliquando commoditates auferuntur, aut vt velles minime contingunt, noli frater mi inde cruciari, siquidem in iis quæ vere sunt hominis nihilo plus habent reges, quam tu pauper frater minor.

16. Viue præsentī conditione contentus, memor quod vt ait beatus Hieronymus , satis diues est, qui pane non indiget, ad hæc necessitati pauca sufficiunt, & vita nostra brevis est , quo strictius eam transfegeris, eo sælicius pro te, habens alimenta & quibus tegaris, his esto contentus, non dico quibus orneris, feruus enim Dei (inquit Chrysoctomus) non debet habere vestimentum ad decorem visio-

nis, nec ad mollitiem seu delectationem carnis, sed ad tegumentum suæ nuditatis.

17. Quare primum regnum Dei & iustitiam eius & omnia tuo corpori necessaria adiicientur tibi. Deus enim qui libenter vult tibi dare cœlestia magna non negabit tibi minima & terrena, à quibus. *ô Minorita, si minima non speras, quomodo maxima sperare poteris?*

18. Paupertas virtus non est, sed paupertatis amor per cuius amorem, Christo (qui propter nos omnia reliquit) pauperes voluntariè & libenter committuntur, nec non pauperes necessariè & patienter qui diuitias non habitas tanquam habitas continent, & necessariam paupertatem, per patientiam faciunt voluntariã, & sic de necessitate faciunt virtutem.

19. Amplectere ergo frater mi, amplectere, te deprecor, tantum thesaurum, in quo cunctæ diuitiæ spirituales reperiuntur, iterum dico amplectere matrem libertatis, & sponsam Christi, dominam que Francisci patris tui, quis dubitat pauperem transire liberum per qualescunque vias? obtempere igitur dominæ sponsæ domini nostri Iesu Christi quem deprecor tibi esse in auxilium ad tantum periculum, & tam dulce, leue, suaueque deferendum periculum, & sanctum Franciscum.

Decimum Capitulum.

1. Sanctus Bonaventura absurdum esse dicitur propheta mendacium, vocari nos pro fores altissimæ paupertatis, & nolle nos pati pericula rerum, cum quo concordat Phanus in

tractatibus super Regulam factis.

2. Idem b. Bonaventura in defensorio paupertatis non defendit omnem paupertatem, sed solum euāgelicam, & penuriosam, & illum (cui per votum astringimur) arctum vsum, & tollit superfluum, & ipsam dicit Phanus fuisse Christo suæ, matri eius, Apostolis & patri nostro b. Francisco, & eius regulæ professoribus familiarem: & sic subuenit necessitati nature, quæ nõ ab arcto vsum discrepat, vt habetur in sua epistola de paupertate euangelica iã prætracta.

3. Clemens 5. in paragr. Cæterum hinc est etiam, dicit nobis omnino esse prohibita ædificia curiosa & excessiua. & S. Franciscus vbi illa reperiēbat in ruinam verti faciebat. Vnde quadam vice eundo Bononiam, videns sumptuose conuentum fratrum minorum ædificatum, noluit accedere ad eum ea de causa, sed properauit ad cōuentum prædicatorum, vt legimus in floretis sancti Francisci, quod notate optime õ minores fratres ædificiorū constructores & bene supra dicta perlegite, quia tenemur omnes ad vsum pauperem & arctum. Non nobis conceduntur omnia, sed tantum necessaria ad sustentationem naturæ, & officiorum ordinis exequutionem. Hæc Nicolaus 3. & Clemens quintus circa finem.

5. Ideo caueant mordentes paupertatem euangelicam, quia tales contemnunt Christum qui hãc docuit obseruare, & sic sui inimici peccant mortaliter, eo quod promulgatio tanti thesauri huius fuit à tanto domino facta, quamuis solum de consilio (vt dictum est) & hoc secularibus, non autem fratribus minoritis, quæ vero sunt de consilio diuino, o-

bligant ad non contemnendum, quia qui contemnit consilium, ipsum scilicet irrationabile & infructuosum iudicando, Christum contemnit consentē, vt diffuse tractat Maturinus lebrez in 4. d. 3. q. 4.

Promulgatio autem per modum præcepti obligat, non solum ad non contemnendum, sed etiam ad obseruandum, sed tanti thesauri promulgata fuit à beato patre nostro Francisco facta nobis per modū præcepti, ergo sequitur, quod debemus eam obseruare, & non negligere.

6. De redditibus annualibus dicit Clementina c. vi. & Barthol. in minorica, & etiam Panormitana in cap. Nimis praua, de excessibus Prælatorum, & Phanus, in suo tractatu de paupertate, fratres non modo esse capaces illorum, & aliqui eorū dant eorum plurimum de redditu annuali S. Mariæ de la scala, debent, cum obligatione dādi fratribus annuatim certum quid, cuius fratres omnino non sunt capaces & hoc confirmat Ioannes Capistranus in capitulo sexto, & quam plurima similia sunt legata hodie multis conuentibus, quibus tamen vtī non possunt fratres sine periculo suarum conscientiarum.

8. Sed quoniam aliquis posset dicere summos pontifices nobis concessisse quā plurima priuilegia dispensationes erga paupertatem, scilicet vt possimus recipere legata, testamta, annualia cum quibus votum laxatur aliquantulum, & hac de causa, quæ erant nobis illicita, facta sunt licita, quibus respondēo vt dō b. Frāncisci sententia in suo testamento, dicentis sic, præcipio firmiter fratribus vniuersis per obedientiam quod vbiunque sunt non ad

petere aliquam litteram in curia Romana per se, nec per interpositam personam, igitur si tu es frater minor, teneris obedire beato Francisco, & si dixeris te non esse obligatum testamento illius, saltem debes & teneris adimplere regulam, quæ dicit, fratres nihil approprient nec domum, nec locum nec aliquam rem.

9. Sed ut video neutrum facis, quod probatur, primo quia iam à curia Romana litteram, & non solum litteram sed & litteras obtinuisti: quoad secundum iam proprium est tibi, hoc est testamenta annualia & legata, quæ quidem sunt manifeste contra sacram paupertatem, quia paupertas fundata est super rem incertam, & non super certam, & si quid est certum ibi non est simplex siue sincera paupertas & vera quam Deo vouisti publicè.

10. Sed concludendo suprascripta priuilegia fuerunt per surreptionem obtenta: ideo vigore carent canone de Rescriptis, sicut etiam dicit Ioannes Perinus doctor Parisiensis in suo tractatu de dispensationibus in sua replicatione ad suprascripta argumenta & capitulo de super litteris.

11. Quod talia priuilegia fuerint per surreptionem obtenta probat scite prædictus doctor loco citato: quia si sanctitates suas bene informassent sicut & male, dicentes, elemosynas fidelium esse attenuatas, & ordinem multum multiplicari, quamobrem nos non possumus viuere hostiatim & semper medicando, & quia hoc non est ita, ideo. Verum si ad hoc allegassent, non pater sancte quod desint elemosynæ fidelium, sed quia abundanter volumus affluere cibariis sicut & ij qui abundant diuitiis, &

etiam quia de ventre & corpore nostro facimus
Deum nostrum, male viuendo & crapula vacan-
do per singulos dies : tacuerunt autem omnia ista
quæ si Papa sciuisset, nunquam talia concessisset.
Vide isto in loco Alpignetam in cap. 12. præceptum
decalogi paragr. 57.

11. Non enim præsumitur quòd Papa, vnico verbo
tollere voluerit insigne paupertatis priuilegiũ, in
magna causa. Extra de elect. cap. Ecclesia, nunquam
Papa dispensat votum solemne cuiuscunque con-
ditionis, nisi vbi videt vtilitati Ecclesiæ vel animarum
saluti expedire & profuturum esse.

Talis ergo dispensatio per surreptionem obedi-
entiam non expedit saluti animarum nec vtilitati ecclesie
imo vero multipliciter lædit, dissipat & eneruat
ordinem (vt ait Perinus in solutione ad tertium ar-
gumentum) qui est membrum Ecclesiæ, & vna eorum
religionum, quæ perfectius & rectius assimilatur
Christi, qui est caput ipsius ecclesiæ, quam ob
potest dici vna earum columnarum super quam
cum qua sancta mater Ecclesia sustentatur, vt patet
evidenter, hæc de prope intuenti, nam modo quæ
esset, aut quid fuisset de Gallia, nisi ipsi suis car-
pitibus & bonis prædicationibus iuuissent? hæc patet
luce clarius, bene consideranti.

11. Vnde sequitur fratrem minorem non posse
tali conscientia, tali dispensatione vti, quia male
eneruat & vulnerat regulam beati Francisci, quæ
tota fundata est in summa & arctissima paupertate
sed quia nos sumus fœtidi propter culpam & in-
feri, & bono contrarij, ad malum citius proni quam
ad bonum, in magnam corruptelam venimus: &

non sumus eius thesauri Apostolici capaces.

12. Idem doctor Perinus dicit quod dispensatus à Papa, in iis quæ sunt Iuris diuini, nõ est tutus apud Deum & in conscientia, quod satis notum reliquit ex dictis & maxime in tertio suo notabili, & secundum Innocentium & Panormitanum in cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, quia non solum violatur ius positium, sed etiam diuinum, quare talis sic dispensatus, non est tutus quoad Ecclesiam triumphantem. Hæc ille in correlario responsuo tertie conclusionis, tamen vt bene hæc intelligas, vide manuale cõfessorum in capitulo duodecimo præcepti secundi paragr. septuagesimo sexto. Ibi reperies quomodo papa mera voluntate sua non potest sine causa iusta dispensare aut vota commutare.

13. Id quod superius dixi de voto paupertatis, similiter dico de dispensationibus quoad pecunias, vnde notandum est quod dispensatio vocatur vulnus aliquando secundum doctorem prædictum Perinensem in tertio suo notabili, & hæc est causa quare vulnerat ius commune, quod non debet fieri sine causa iusta & rationabili. Vnde dispensatio facta quod frater minor possit habere, siue indifferenter recipere pecuniam, vulnerat regulam beati Francisci, & statum totius religionis fratrum minorum videtur dehonestare, cum non habere vel recipere pecuniam fuerit semper insigne paupertatis priuilegium, præfatæ religionis minorum quæ videtur præcipua inter religiones mendicantium. Hæc prædictus Doctor Perinensis vbi supra, & vt vere dicam, verus minorita

non est, qui plus pecuniam arbitratut quam se-
cora, considerato quod vouit se non recepturum
imo non tacturum.

14. Ecclesia Romana hæc eadem concessit bo-
intentione, propter multitudinem relaxatam
videbatur regula nimis arcta erga pecuniã, & etiã
quoniam in ordine primus feruor Apostolicus
fundatoris, sanctorumque priorum frigescebat
fratres à via simplicitatis discesserant, & sequeba-
tur viam scientiæ & curiositatis, quæ omnia par-
fuerunt causa obtentionis supradictorum priuile-
giorum, erga ipsas maledictas pecunias, & vt mel-
dicam generaliter erga præuarcationem Seraphici
regulæ, vt dicunt Aluarus & Phantus in tractatu
de paupertate Euangelica & Apostolica.

15. Idem dicit frater Ioannes de peccano circa
dium primi cap. suæ expositionis quod priuilegia
& dispensationes data sunt in occasione carnis
summi pontifices ad flagitationem fratrum
bona intentione hæc concesserunt, non ad san-
ciendum eorum imperfectioni, qui desiderant
dancer & lautè viuere, & nõ secundum arctam pe-
pertatem. Ideo non est danda eis culpa, sed fra-
bus qui importunè quæsierunt priuilegia, vt possint
habere annualia & legata, necnon sepulturas &
milia, quæ puritatem regulæ relaxant, vt sentit
nus in suo tractatu de paupertate.

16. Summi pontifices misericordia affecti fra-
bus postulantiibus concesserunt priuilegia, quia
tres dicunt habere causas vrgentes, & pij patres
dentes quod filij dicunt verum, respondent, fiat
est (supple vt dicitis mihi) fiat. Sæper vero remittit

res conscientiaē postulantis, vt dicit Phanus prædicto libro, & sic euenit realiter, vt scio experientia, vt pote qui non paucis diebus vitam degi Romæ.

17. Cum conuentus ordinis minorum sufficienter viuere possunt in numero decenti, & competenti exercitio suæ vocationis, sine possessionibus & redditib' annuis; & eorū iurisdictione vel proprietate, & absque pecuniarum receptione, vel earumdē cōtractatione, dispensationē huiusmodi postulare vel obtenta vti, non excusat à peccato & transgressione regulæ promissæ, hoc patet vbique per experientia, in cōuentibus bene reformatis, vt inter discalearios regni Castellæ & Portugallia, & etiam inter Relectos regnorum Cathalonæ, Aragonia, Galatia, Betica, & reformatos prouinciæ Romana, & Bricensis, & præcipuè inter Capucinos Italiae & Gallia, qui sufficiēter viuunt sine pecuniarum receptione, possessionibus vel redditibus annuis, vt ego vidi, sicuti qui vitam degi in dictis locis per modum transeuntis per nouennium: Igitur postulare dispensationem super huiusmodi, non excusat à peccato, quia hoc est aspicere retro, quod prohibetur in euāgelio Luca 9. cap. Hæc præfatur doctor Parisiēsis Perinus in 3. correlatio sui tractatus super dispensationibus fratrum minorum.

18. Aluarus dicit non posse maiorem proprietatem, minorem fratrem habere, quam habere priuilegia, quia cum simus homines euangelici, debemus ob illius amorem, qui se subditum reddidit omni humanæ creaturæ, ita & nos esse subditos omnibus & maximè Prælati & superioribus Ecclesiasticis. Cum quo concordat Phanus, & serena conscientia,

q. 4. Igitur quid faciunt fratres minores in mundo qui per priuilegia facti sunt maiores? ergo contrariorum suamque professionem faciunt & nomen. Hæc præfati Doctores. Tamē quoniam sunt aliqui priuilegia valde bona, eo que non se extendunt ad spiritualia, in fine apposui.

19. Cur igitur fratres infirmi (vt Aluāri vtat sententia) obtinuerunt facultatem pecunias recipiendi & eis vrendi, quod est aperte contra regulam nonne regula mandat per præceptum astrictiōis fratribus vt exhibeant viscera charitatis erga infirmos? nonne Hugo dicit fratres esse proprietarios qui sibi prouident dum conuentus seu Prælatus & rebus necessariis pauperi fratri prouidet? & vbi regit necessitas, dispensatio est excusabilis. sed abque necessitate remissio (inquit) voti non dispensatio sed præuaticatio est. Hæc Hugo in 2. cap.

20. Quanam fuit tantæ stulticiæ causa, in multis fratribus, quod tanta & tanta obtinuerunt priuilegia, ita quod regula non potest dici fratrum minorum, sed potius fratrum dispensatorum? nonne via satis lata erat indigentibus? vt patet intuiti, quia qui necessitate cogebantur, nonne poterant deferre calciamenta? frangere ieiunium corporale? equitare? bigare? &c. & secundum loca tempora & frigidas regiones pluribus vt vultibus? & sic de aliis? certè per prædicta videmus (vt ait Ioannes Peccanus) quod priuilegia obtenta sunt sæpe in occasionem carnis, cui dicitur concordat Phanus, in suo tractatu de pauperum minorica.

21. In prædictorum resolutione de dispensatione

nib
hil
con
cip
ref
pro
ber
reg
sing
fac
im
ne
&
pri
qu
ob
hab
dur

1.

obr
stitu
fit l
pon
& a
patr
vt p
Secu
vt re

nibus relaxatoriis de quibus fratres gloriantur, nihil omnino agendum censeo, quia sacrosanctum consilium tridentinum sessione 25. cap. primo præcipit ac decernit esse necessarium religiones omnes reformari secundum regulæ perfectionem quam promiserunt, & præcepta quæ in eadem regula habentur, & in ultimo capitulo sessionis eiusdem, de regularibus, annullat & omnino cassat omnia & singula priuilegia quæ huic necessariè reformationi faciendæ, quomodocumque aduersantur, atque impediunt. Ex quo liquide constat, tantum manere in religione, Clementinam Exiui de paradiso. & Exiit qui seminat. Omniaque alia relaxatoria priuilegia & dispensationes irritas esse, præsertim quantum ad eos qui dicuntur de familia (aliàs de obseruantia) quibus idem consilium non permittit habere redditus, similiter idem dico esse intelligendum de Capucinis, & excalceatis.

Vndecimum Capitulum.

I. **Q**Voniam quamplurimi quasi frementes spiritu, propter prædicta scire vellent quâ obrem diuus Franciscus voluerit fratres suos instituere pauperes medicantes, cum tam periculosa sit hodiè mendicatio ferè vbique locorum. Respondetur (prout ex diuo colligitur Bonaventura & aliis doctoribus) multis de causis Seraphicum patrem à domino illuminatum hoc fecisse. Primo, vt perfectius & strictius Christi vestigia sequeretur. Secundo, vt facilius euaderent laqueos auaritiæ. 3. vt remotiores à cura rerum huius miserabilis mûdi,

quietius domino famularentur. Quarto, quia per
 moderationem dispendij essent mundi à crimine
 superfluitatis. 5. vt per maiorem paupertatem plus
 meriti apud Deū adipiscerentur. 6. vt à rebus
 temporalibus abstracti, orationi lectionique se-
 lius vacarēt. Septimo, vt carnem per penuriam ma-
 cerarent, & sic caro (quæ de se est velut oleaster
 uestris) domareretur facilius. Octauo, vt sic prædi-
 tio esset fructuosior, quando non facerent eam u-
 nalem, vt aliqui moderni prædicatores faciūt, (quod
 dolendum est valde) Enimvero Christus suos in-
 tens ad prædicandum expresse prohibuit ne ferrum
 aurum vel argentum, ne suorum viderentur ser-
 num venditores, quod notare debent fratres præ-
 dicatores. Nono, vt curam suam & fiduciam in do-
 mino iactarēt iuxta illud psalmistę, iacta cogitan-
 tuum in domino & ipse te enutriet. Decimo, vt pau-
 pertas esset occasio ædificationis cæterorū. 11. quia
 niam per exemplum fratrum alij mouerētur ad
 ritualia quærenda & mundana spernenda videtur
 contemptum eorum. Duodecimo, vt tanto magis
 scandalum fugerent secularium quanto maiorem
 necessitatem talium haberent. 13. vt fratres tan-
 humiliores essent apud illos quanto auxilio eorum
 plus egerent. Et ita omnibus minores essent, &
 omniū auxilio indigerent: & ideo merito pius pauper
 vocauit fratres suos, minores, quia minores facti
 mus omnibus hominibus, ab illis mendicando, &
 minor recipit à maiore. Vltimum vt ex perfecta
 paupertate (quę cōsistit in mendicatione bene-
 perata) orientur multæ virtutes, ideo nō immerito
 vocatur similis paupertas à Guillelmo Parisien-

libr
 ficu
 tian
 gig
 qui
 cau
 por
 inir
 lor
 bor
 2.
 cea
 lic
 tri
 ter
 spi
 dic
 3.
 cōf
 fici
 per
 lud
 ficu
 rel
 rep
 est
 bu
 eri
 4.
 dic
 ta
 Q

libro de moribus, folio 117. mater religionis, quia sicut mater alit filiam suam, ita paupertas obedientiam, quia ubi nihil est, facilius Prælati obeditur, gignitque castitatem per temperantiam & penuriam, quia sine Cerere & Baccho friget Venus, indeque causatur deuotio, per ablationem sollicitudinis temporalium, cupiditatem quoque expellit, charitatis inimicam, nam sicut cupido radix est omnium malorum, ita vera paupertas est fundamentum omnis boni.

2. Item quæritur an renunciatis omnibus, liceat viuere de mendicationibus? Respondetur esse licitum, & superabunde meritorium illis, in quibus tria concurrunt, scilicet patientia in penuria, contentamentum de necessariis, & recompensatio in spiritualibus, non sic autè dispositis, illicita est mendicatio.

3. Probat, sic adimplere & perficere Christi cõsilia, & opera perfectionis, & maximè si sint difficilia & non leuia, licitum est, imo meritorium superabundè. Et uoco superabundè meritorium, illud quod est meritorium, & quod ex se nõ obligat, sicut est obseruatio cõsiliorum Christi. Ergo omnia relinquere & fieri cum Christo mēdicus, pro simili reputatur, illo testante & dicente. Si vis perfectus esse, uade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Ergo sequitur quod mendicatio est licita, & est etiam valde meritoria.

4. Clarius probatur, quia Christus ipse fuit mendicus, qui nõ vixit de labore manuum suarum, iuxta illud psalmistæ. Mendicus sum ego & pauper. Quod ad litteram intelligitur de Christo, quia

propheta regius, qui hæc dixit non fuit mendicatus ergo de se non loquebatur. vnde in alio psalmo dixit persequutus est hominem inopem & mendicatum scilicet Christum.

5. Insuper mendicatio laudatur à domino, quia vbi nos habemus in euangelio, beati pauperes, littera Græca habet beati qui mendicant, vt dicit diuus Chrysostomus doctor Græcus.

6. Nota quod diximus necessariam esse recôpensationem scilicet rerum spiritualiũ, sicut in orationibus, disciplinis, cæterisque bonis, & hoc de necessitate, quia aliter mendicando, pro latrocinio reputaretur talis mendicatio. Hæc est enim approbatum mendicationem intentio, vt ipsi pauperes studiosius orationi & sanctis operibus vacent, sine intermissione, nam & tales otio si euagationi sese dederint (quod absit) tanquam latrones habentur, ad hoc vide latius Doctores in dubio, An incolumis & sanus corpore, labori aptus, possit mendicare? In substantia & resolutione inuenies nullatenus licere. Ideo periculosum est pauperi, de elemosynis alienis viuenti, si orationes multas non fundit, vt dicit summa euangelica, & alij doctores, ea de re receptores elemosynarũ multas debent fundere preces.

7. Item fictio virtutis & sanctitatis (vbi non est) præcipue si fingatur causa alicuius rei temporalis, est pura & clara hypocrisis. Cum ergo mendicatio sit signum veræ & strictæ paupertatis, certum est quod vbi nõ fuerit talis paupertas, vitium erit & hypocrisis, maximè quando hæc mendicatio, non solum ad necessaria, sed etiam (quod peius est) ad superflua & euitabilia extenditur, etiã fingendo necessitatem

vbi
tis,
pia
dic
me
8.
qu
tur
run
du
ci
sc
9.
di
qu
inc
qu
ue
tra
in
fra
me
pe
me
rif
10.
fra
si
qu
inc
mi
fac

vbi est abundantia, gloriantes de nomine paupertatis, & fugientes (quantum in se est) penuriam inopiamque pati, & vt dicit. b. Bonauentura, foris mendicare vt pauperes, intus abundare vt diuites, vitium merum est.

8. Quid enim ridiculosius, & odio dignius, quam querere magna cupiditate & infelicitate atque turbulenta conscientia res quae sponte relictæ fuerunt? quid magis risu dignum, quam relinquere potestas rerum propriarum temporalium, & tam sollicitè tamque vigilanter alienas querere & concupiscere, & ad eas anhelare?

9. Sed fortassis, ad prædicta quis obiicere poterit, dicens fratres minores non alio vsui stricto teneri, quàm ad illum, qui in regula continetur, scilicet de induendis tunicis, chorda, fœmoralibus, breuiariis, & quod aliarum rerum (exceptis in regula cõtentis siue nominatis) stricto vsui non tenentur. vt fusius tractatur in dicta Clementina. Exiui de paradiso, & in quadam epistola diui Bernardini. Quapropter fratres possunt vti rebus superfluis, vbi regula non meminit vsus stricti, sicut in cibo & potu, & in suppellectilibus, mendicare ergo ad superfluos vsus (tamen licitos) non erit indecens talis mendicatio, nec risu digna vt asseris.

10. Breuiter ad hoc respõdetur, quod si per regulam fratres non obligarentur paruo vsui & temperato siue moderato, & ad viuendum temperate, tamẽ si quidam viuunt de eleemosynis mendicatis (cũ sint incolumès, & possint operari manibus) tenentur ad minorem, pauperemque vsum & moderatum, aliter faciendo, committunt furtum, quia capiunt alie-

num, scilicet surripiendo à pauperioribus se. Iden
nō est æquum & rationabile, mendicare superflua,
vt supra tetigimus, quātomagis fratres ratione voti
& paupertatis promissæ, & si expressæ non obligan-
tur alio vsui stricto, quam in regula continetur, te-
nentur tamen vsui rerum moderato, nam arctam
vouerunt paupertatem domino Deo obseruare, to-
to tempore vitæ suæ.

11. Quæ quidem paupertas consistit in voto, ma-
ximè si talis in opere non compleatur dum sese ob-
fert occasio. Et quomodo paupertas in voto conti-
nebitur, vbi nulla patitur inopia in facto? Ideo Ni-
colaus 3. in sua declaratione. paragra. insuper nec
vtensilia, dicit insuper nec vtensilia, nec alia, quo-
rum vsum ad necessitatem & officiorū sui status æ-
quationem. non enim omnium rerū vsum debent
habere (vt dictum est) ad vllam superfluitatem, di-
uitias seu copiā quæ derogat paupertati, &c. Et in-
ferius. Quinimo in omnibus appareat in eis quoad
dominium omnimoda abdicatio rerum, & in vlti-
ma necessitas.

12. Insuper aliquis dicet subditos teneri ad obedi-
tiam sui Prælati, ergo prælato talem imponēri mō-
dicationem subditi tenētur obtemperare, & si iuste
obediunt, iusta est & mendicatio. Ad hoc respōde-
tur quod subditi non obligantur obedire si eis præ-
lati imponant mendicationes quæstus superflui &
patentes contra regulam, nec etiam quādo esset ni-
mis sibi nocibile quoad spiritus feruorem, ergo
imponātur eis secularia, scilicet quæstus ad ædificā-
da ædificia superflua, non obligantur parere, quia
alia sunt cōtraria animæ nostræ & regulæ, & faciē-

tes g
eis ta
in su

1.

dien

(qu

obse

quid

nō e

pra,

pett

noru

2.

min

ligio

gula

niali

de su

omn

regu

pes v

uetu

3.

riclit

frate

dere

mac

neris

tes grauiter peccarent, & adhuc grauius si placeret
eis talibus attendere. Hæc Bernardinus de Arreualo
in suis dubiis.

Duodecimum Capitulum.

1. **O**Mnia supradicta diximus de voto pauper-
tatis, nunc restat de voto castitatis & obe-
dientiæ, quæ sunt vota, cum quibus ipsa regula
(quam promissimus) obseruatur, quæ quidem sunt
obseruanda secundum regulam quam vouimus, &
quique ordines generaliter ad illa obligantur, tamé
nó eodem gradu & obligatione, quia sicut patet su-
pra, religio fratrum minorum, arctiori tenetur pau-
perrate, quam religio Carthusiensium, Benedicti-
norum, Celestinorum.

2. Sanctus Bonauentura & Pisanus dicunt fratré
minorem magis teneri voto castitatis, quam alij re-
ligiosi, propter præceptū vndecimi capituli suæ re-
gulæ, quod tractat de ingressu monasteriorum mo-
nialium, de compaternitate virorum vel mulierum,
de suspectis consortiis & consiliis mulierum, quæ
omnia fratres debent vitare, eoque sunt præcepta
regulæ quam publice vouimus, & velut quædã se-
pes vitis scilicet castitatis, quia remota causa remo-
uetur & effectus.

3. Sed quoniam castitas (vt ait Bernardus) pe-
riclitatur in deliciis, tam in victu, quam in vestitu,
frater mi fuge delicias carnales, & sic poteris eua-
dere suos venenosos effectus, hoc est non incurrere
maculam contra castitatem, quam conseruare te-
neris.



4. Colloquium, visus mulieris, oscula, tactus, sermoneque lasciuus lasciuæque pagina, potus atque ebrietas nimis, veneris meditatio longa, lasciuæque frequens conuictus amici sæpe pudicitiam religionis expugnare videntur, sed hoc præcepto continentur etiam omnis consensus in delectatione luxuriæ, circa obiectum sibi vetitum, siue sit in colloquutione cum mulieribus, in aspectu, tactu impudico, & enormibus osculis, & cantionibus incastis inhonestisve, aut authorum lectione lasciuorum, in cogitatione morosa, & delectabili rerum nerearum, quæ omnia plerumque sunt causa, & prima fomenta operationis carnalis, idcirco est cauendum ab iis fortiter, & nota frater, quod quanto Angelus est superior homine, tanto virginitas est nuptiis honorabilior, scito quod abstinentia à nuptiis Angelorum est imitatrix.

5. Charissime frater, cum voluptatis carnalis te obrepet tentatio, imaginare in corde tuo, ac si ea habueris voluptatem, & sis eadem satiatus, vt si hoc præteruisset, nam voluptas, est quasi somnium nobis transactæ, imò vero contemptibilior, quia dolere facit conscientiam perpetrata voluptas, euitata tamen lætam & securam omni tētatione, maxime vero cum ad libidinem sollicitaris, proponito tibi oculos Angelum tui custodem, tuumque accusatorem Dæmonem, & omnium quæ vel facis, aut cogitas assiduos spectatores testésque etiã ipsum tuum iudicem Deum, tui inspectore criminis, cuius ocula omnia patent, & rem adeo fœdam vt homuncione præsentem eam facere pudeat, nõ vereberis facere coram Angelo tui custode, tuo accusatore Dæmonem

& D
tem
& i
qua
for
tern
tur,
for
pell
excl
6.
rius
telle
& c
carn
nihil
peti
id q
Chr
intra
fauc
pate
nun
foris
plen
vesti
tinu
ea co
quor
gis, &
7.
indu

& Deo tuo futuro iudice: mi dilectissime aliorum saltem exemplis te reprime, quos cognoueris turpiter & infeliciter voluptatem hanc esse sequutos, vltra quando Dæmonum impulsu mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, & æterni tormenta incendij ante oculos tuos proponantur, quia nimirum omnis pœna grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauum expellit, ita sæpe recordatio gehennæ, extinguit aut excludit luxuriæ ardorem.

6. Si caro pulchra concupiscitur (inquit B. Gregorius) pensetur quid sit exanimis, & quid amatur intelligitur. Si videres frater mi, internam vilitatem & corruptionem earum quæ amantur mulierum carnaliter, horresceres certè (inquit Gregorius) nam nihil sic ad edomandum desiderium carnalium appetituum valet, & confert, quam vt vnusquisque id quod viuum diligit, quale sit mortuum penset. Chrysostomus, si diligenter consideres, quæ sint, quæ intra illam cutem tegantur, quæ intra nares, intra fauces & ventrem, & si quæ tibi formosa videntur pateant: nihil aliud nisi sepulchrum dealbatum pronunciabis esse, istam corporis pulchritudinem, quæ foris quidem hominibus apparet decora, intus autem plena est sordibus & immunditiis. Tu deinde si in vestimentis videas phlegmata vel spuramenta, continuo horrescis ea videre, & extremis saltem digitis ea contingere refugis, sed & aspectum retorques, & quomodo cellaria ipsa & horrea phlegmatis diligis, & tam ardentem concupiscis?

7. Considera quod quanto magis voluptatibus indulseris, & animum tuum his expleueris, tanto

minus expleberis eisdē & satiaberis, voluptas enim hæc, satietatem non generat, sed concupiscentiam ardentem, & amor mulieris ad virum insatiabilis est, & semper quando putatur extinctus, tunc fortius accenditur, & post copiam, rursus est inops, & animum virilem effœminat, & excepta passione quotidiana patitur aliud cogitare non finit neque permittit. Voluptas carnalis nunquam potest satia semper dicit, affer affer.

8. Considera quod brevis est voluptas fornicationis, & perpetua pœna fornicatoris. Momentaneum est quod delectat, sed æternum quod cruciat (inquit B. Gregorius) O quam iniqua permutatio pro turpissima & breuissima vnius horule voluptate! In hac vita, & multo dulcius atque præstantius animi gaudium perpetuo pendere, & in futuro gaudiis perennibus & nunquam finiendos dolores, tam breui delectatiuncula mercari.

9. Cõsidera quam immunda, quam spurca, quam quouis homine indigna sit ea voluptas, quæ templum Dei viuum, nẽpe corpus humanum, quod Christus suo preciosissimo sanguine sibi consecrauit, in multis modis prophanat & miserabiliter polluit & destruit.

10. Considera quam eadem sit momentanea, quam misera, quæ semper plus aloës quam mellis habet, quanta mala secum adducat. Primo famam, thesaurum preciosissimum eripit, nullum enim vitium precius audit (præsertim apud religiosos) quam miserabilis libido. 2. vires enervat corporis, hominis decorem & pulchritudinem interimit, valetudinem vehementer offendit, morbos parit innumerabiles eosque

fœdos, iuuentæ florem ante diem deuastat, immaturam senectutem accelerat, & hominis vitam valde abbreviat: & idcirco qui castitatem observant, sunt Deo & viris religiosis amabiles, diutius viuunt & securius conseruantur in hac vita, quam adulteri. Præterea ingenij acumen & perspicacitatem obrundit & obnubilat, cum enim homini religioso Deus nihil mente præstantius dederit, huic diuino muneri nihil est tam inimicum quam maledicta voluptas. Vide ergo quantam scelerum turbam, libidinis admissa voluptas soleat adducere, quæ ipsam tamquam ymbra corpus comitari soleat. Est aliis vitiis fortasse nonnulla cum quibusdam virtutibus societas, libidini autem nulla prorsus, sed cum maximis plurimisque peccatis semper copulata est.

II. Quisquis es, qui hæctenus virginitatem tuam Deo tuo illibatam seruasti, scias ipsam cōiugio præeminere, & virgines iam ex hac vita, vitam incipere angelicam, & per virginitatem sanctis angelis peculiariter assimilari. In carne enim præter carnem viuere potius est Angelicum quam humanum. Differunt quidem inter se pudicus religiosus & Angelus, sed fœlicitate, non virtute, & si huius castitas fœlicior, illius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est virginitas quæ in hoc mortalitatis & loco & tēpore statum quendam immortalis gloriæ representat. Sola inter nuptiarum solemniam, morem illius beatæ vendicat regionis in qua neque nubent neque nubentur, præbens quodammodo terris cœlestis iam illius conuersationis experientiam, per quam in cœlo datur aureola, & certum præmium solis virgini-

bus peculiare, & quibus dicitur Apocal. 14. hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Virgines Christum imitantur, quia sicut ipse fuit virgo, ita & illi custodiunt virginitatem. Et quia in presenti sæculo, præ cæteris sequuntur eum: Ideo in futuro eidem familiarius adherent, & cum Christo in perpetuum præ cunctis fidelibus etiam de corruptione carnis gaudebunt, ad quorum præmia cæteri electi assurgere nõ poterunt, tamen si per charitatem in illorum celsitudine læti erunt, his applaudent & congratulabuntur.

12. Considera quam honesta sit, quam florida, quam amœna, & quam sit accepta Deo, corporis & animæ puritas, quæ hominem sanctis Angelis facit valde familiarem, & spiritus sancti capax. Nullum adeo refugit vitium spiritus ille sacer puritatis amator, quam luxuriæ immunditiam, & magis quam libentius requiescit alicubi quam in membris virginis. Vnde filius Dei virginitatem adeo dilexit & eam honoravit vt non de corrupta, sed de immaculata virgine Maria nasci dignatus sit & videretur.

13. Quisquis es peccatorum carnis conscius, salutem post naufragiũ, mare metuas, & perditionis tuæ discrimina cognita perhorrescas, & qui accepta naturæ bona, seruare noluit integra, saltem scissis refofarcias, & ad dominum post peccata carnis rediens tanto ardentior te in bonis operibus exhibe, quanto ex tuis peccatis damnabiliorem te vides, fit enim plerũque (inquit Gregorius) Deo gratior amore atque dens vita post culpam, quam securitate torpens in

noc
tus
ris, fi
14.
te fo
eo ip
lari,
secre
trech
illas
rece
que
nem
fidei
bran
15.
min
dian
que
num
hære
culo
ris, id
cul, f
in lu
tris
hanc
est di
sit ex
aut n
hac p
hosti

nocentia. Itaque qui pie post perpetrata mala seruatus es, ne committas vt improbe repetendo moriaris, fiatque error nouissimus, peior priore.

14. Si sacerdos es, considera quam sit indignum, te scdare hac vili & scdissima carnis voluptate, te eo ipso ore putridam meretriculæ carnem deosculari, quo sacratissimum illud Christi corpus & consecras & sumis: iisdem manibus, abominandas contrectare sordes, quibus astantibus Angelis virgineas illas Christi carnes contrectas, quam absurdum, in receptione tanti sacramenti idem corpus eundemque spiritum cum Deo velle fieri, & per fornicationem vnum fieri corpus cum meretrice, profecto si fidem rectam haberes, aut peccare timeres, aut celebrare cessares.

15. Quoniam inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt prælia carnis, inter quæ est quotidiana pugna & rara victoria (inquit Augustinus) scit que hostis noster antiquus, maius continentie quam nummorū esse certamen, facile enim abiicitur quod hæret extrinsecus, intestinū autem bellum est periculosius, & difficilius euitari potest. Hostis familiaris, id est carnalis concupiscentia quæ habitat nõ procul, sed prope, non extra, sed intra. Nam virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Idecirco ad domandam & restringendam hanc carnalem concupiscentiam, maxima tibi opus est diligentia & cautela. Nã licet inimicus in te possit excitare tentationes multas, tamen in te est dare aut negare consensum. In te est vinci velis necne. In hac pugna non deiciaris, nisi volens. Nã debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentē. Subter te

est appetitus tuus, & tu dominaberis illius, ò frater in tua est potestate, si volueris inimicū tuum, fac seruū tuum, vt omnia cooperentur tibi in bonū. Tu solummodo ne consenseris, quia quoties resisteris, toties coronaberis.

16. In primis tentationum viriliter resiste principii, neque enim culpa prodire ad opus permittitur, si intus vbi nascitur, extingatur, & eradicetur, quia si in principio viriliter non resistatur, statim tentatio roboratur & præualet, & sæpe intantum fuerit est vt vix vel nunquam extingui possit, vel cum magna difficultate, (quia vt dicit Gregorius.) Ex quo luxuria semel mentem alicuius occupauerit, vix bona cogitare permittit. Ideo resistendum est vix tentationis principii, turpes & venereas cogitationes ab animo & mente expellendo. Quia sicut ligna nutriunt ignem, sic cogitationes delicti pascunt, quæ si fuerint bonæ exardescit ignis caritatis, sin vero malæ ignis exardescit cupiditatis. Circo tentationis tempore tantatus debet deuote implorare & inuocare auxilium illius, & sanctorum & sanctarum suffragia, & deuote dicere Pater de cælis Deus miserere nobis. Sancta Maria ora pro nobis, vel alias huiusmodi preces dicere humiliter.

17. Omnes sensus, & maxime visum & auditum diligenter custodi à vanitatibus & mulierum aspectu & auditu. Nam plerumque quilibet re nocenti mente intuetur. Sed ipso respectu, amor concupiscentiæ gladio confoditur, igitur quod vanus mulierum aspectus aut inclinatio, aut tactus mollescere facit intuentium corda, ideo iuxta

clefi
uita
tuan
alic
quar
meli
ipsa
pien
re ca
diab
solo
time
rony
tris,
mal
casti
runt
sapi
multi
ctus
tus e
nat. I
tis, no
laque
qui c
scem
in co
se per
semp
maiu
quod
do cr

cleſtaſtici præceptum noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec aberraueris in plateis illius, auerte faciẽ tuam à muliere compta, & ne circumſpicias faciẽm alienam. Propter ſpeciem mulieris, multi perierunt, quamuis bona ſit, quamuis ſancta ſemper fuge, quia melior eſt iniquitas viri, quam benefaciens mulier, ipſæ vero mulieres ſemper apoſtatare faciunt ſapientes, vt habetur in loco prædicto, ideo cū muliere caue ſolus maneat. Chryſoſtomus, tunc maxime diabolus aliquos aggreditur, & grauius tentat, cum ſolos viderit, atque ab aliis ſegregatos, quia vbi non timetur reprehenſor, facilius accedit tentator. Hieronymus, ſolus cum ſola in ſecreto & abſque arbitris, id eſt teſtibus ne ſedeas vmquam, quia omnia mala perſuadet ſolitudo, nec in præterita confidas caſtitate, quaſi diu vixeris. Inde enim ſenes exarſerunt in Suſannæ concupiſcentia, quia videbant eam ſæpius ſolaẽ deambulãtẽ in pomerio, fuge mulierum conſortia (amantiſſime frater) nam aſpectus earum corda virorum intuentium inficit, auditus earũ allicit, loquela inflammat, & tactus inquinat. Denique à planta pedis uſque ad verticem capitis, non eſt locus mulieribus in quo non ſit poſitus laqueus, ad capiendos virorum oculos (Gregorius) qui corpus ſuum continentiaẽ dedicat, habitare cum fœminis non præſumat. Nam quandiu calor viuitt in corpore, nemo præſumat ignẽ concupiſcentiaẽ in ſe penitus extinctum eſſe. Bernardus, cum fœmina ſemper eſſe, & fœminam non cognoscere, hoc ego maius reputo, quam mortuos reſuſcitare, qui ergo quod minus eſt non potes, quod maius eſt, quomodo credam tibi? Itaque in tentatione carnis, oportet

ret fugere loca & homines quibus ipsa suggerit
tentatio.

19. Occupa cor tuum in diuinis scripturis, sa-
ctis meditationibus, & bonis operibus corpo-
ribus, quia otiosæ menti (inquit Bernardus) ma-
gni spiritus malas immittunt cogitationes, &
opere quiescit, non tamen quiescit malarum cogi-
tationū delectatione. Isidorus. Semper aliquid boni
operis facito vt semper diabolus te inueniat occu-
patum: quia nisi inuenerit nos in aliquibus bonis
operibus occupatos, ipse nos in malis occupa-
tis operibus, cupiditatis scilicet mali amoris erga mu-
lieres, idque est reflatu ad excitandum libidinis
dorem, & viscus est ipsa otiositas ad retinendum
morem carnalem.

20. Nunquam verbum audias inhonestum, v-
audiueris, irascaris, facile enim agitur quod audi-
libenter, & perditentes hominum, vno frequen-
leuique sermone, tentant claustra pudicitie, ipsa
ba inhonesta corrumpunt bonos mores, ideo
diligenter, ne ex ore tuo affluat, quia colloquia
ua idem agunt, vanusque sermo cito polluit me-
& quod libenter dicitur, libentius agitur: mores
minis lingua pãdit, & qualis sermo ostenditur,
animus approbatur, quoniam ex abundantia car-
os loquitur, optimum tibi remedium contra ip-
tentationem carnalem est à cibo & potu te tem-
rare & sanctam pãupertatem seruare, pudicitia
tura esse non potest, nisi per abstinentiam, quia de-
satieta venter extenditur, aculei libidinis ex-
tantur & venter mero æstuans, facile despumatur
in libidinem (inquit Hieronymus) difficiliter

est c
frate
con
vict
casti
petu

1. S
nulli
bedi
uian
tem,
samed
di Pr
nibu
vt eg
mitte
set ill
2. Q
teneat
pond
Obre
sed p
obed
3. S
ciscus
tis in
domi
& reg

est carniuoraces carni frenum imponere. Tandem frater mi fugito omnem occasionem. Augustinus, contra libidinis impetum, fugam apprehende si vis victoriam obtinere, nec sit tibi verecundia fugere, si castitatis palmam vis & cupis cum Christo in perpetuum regnare.

Tertiumdecimum capitulum.

1. Sanctus Bonauentura dicit nos maiore obedientia teneri & obligari quam ceteri ordines quia nullis terminis clauditur nec terminatur nostra obedientia, nisi in iis quæ iuri diuino & naturali obuiant, videlicet in iis quæ pugnant contra charitatem, animam & regulam nostram, vt habetur in ipsamet regula ea de re. hic apponam modum paren- di Prælatis, quia esset difficile obtemperare in omnibus, & maxime si forsitan quis haberet Prælatos, vt ego ipse habui, qui faciliter pro vna quaq; re, dimittebant vnâ sanctam obedientiam quasi nõ esset illius transgressio, delictum.

2. Quæritur an religiosi & maxime fratres minores teneantur in omnibus obedire suis Prælatis. Respondet S. Bonauentura in 2. distinct. prima. dicens Obtemperare in omnibus non tantum est difficile, sed potius est impossibile. Ideo imponuntur fines obedientiæ.

3. Serena conscientia q. 4. dicit idem, vnde B. Franciscus non præcipit simpliciter fratribus suis Prælatis in omnibus obedire, sed in his quæ promiserunt domino obseruare, & non sunt contraria animæ suæ, & regulæ nostræ.

4. Quatuor magistri Alexander de Hales cum tribus sociis dicunt quod contra animā est non solum peccatum, imo illud quod incētiūm & proximum est ad peccatū, videlicet confessiones audiendo, vbi fragilitas impugnat aliquem acriter.

Item dicunt, contra Regulam videntur esse nec solum quæ sunt contra præcepta, imo vero contra ordinis statuta ad obseruandam regulæ puritatem.

6. Auctor conformitatum secundum B. Bonaueraturam, hanc regulæ obedientiam declarat dicens præcipio vt obediant in omnibus, scilicet ad quod voto se astrinxerunt vel ad obedientiam ipsorum spectant, vel transgressionis eorum vitiationem, nec videtur beatus Franciscus ponere vel arētare ad illam perfectam obedientiam, quæ nescit legem nec ea coartatur, nec est contenta professionis iugitatis, sed fertur in latitudine charitatis, quæ potest dici obedientia super erogationis. Hæc præfatus doctor.

7. Sanctus quoque Thomas 2. sententiarum cum hoc concordans dicit ad obseruantiam perfectam secundum quam subditus obedit simpliciter in omnibus, quæ non sunt contraria legi diuinæ vel regum quam professus est, nullus tenetur debito necessitate, sed solum ex honestate quadam sicut semper tenemur ad charismata meliora.

Idem Alexander de Hales. Petrus Lombardus in 2. sententiarum distinctione prima quæstione prima.

8. Sed quæritur ad quam obedientiam teneantur religiosi ex sua professione. Respondet Alexander

de H
cund
expl
præc
la fra
cept
quod
quod
obse
nam
mou
non
pera
faci
tium
seu n
nota
9.
mod
de c
ad C
les, q
faci
dece
10.
tus
suu
præ
cessi
sube
det
tur,

de Hales, eadem quaestione, quod obedientia secundum necessariam obligationem continet aliqua explicite, & aliqua implicite. Primo, ut si praelatus praecipiat aliquid secundum regulam, puta in regula fratrum Minorum ponitur sub obligatione praeccepti, quod fratres non recipiant pecuniam, vel quod vestimentis vilibus induantur, & clarum est quod subditi tenentur parere. 2. Implicite sunt ut obsequia communia sicut facere sacristiam, coquinam & alia domus officia, & ordinis negotia promouenda sine quibus obseruantia regularis seruari non potest: & in istis etiam tenentur subditi obtemperare. Alia etiam dicuntur secundum regulam, quia faciunt ad regulae obseruantiam plenioram, ut silentium, disciplina, culparum recognitio, in capitulo seu refectorio & similia, & sic etiam tenentur, quod nota bene.

9. Sed serena conscientia q. 5. dicit quod si huiusmodi praecceptum sit in longum tempus, debet fieri de consensu subditorum, vel illorum qui conueniunt ad Capitulum. Et hoc confirmat Alexander de Hales, quare videant praelati qui omnia ex suo arbitrio faciunt nolentes consilium à subditis accipere ut decet eos.

10. Astensis lib. 6. titulo 52. addit quod si praelatus praecipit infra regulam, sicut reficere corpus suum, tenentur obedire, quia bonum etiam debet praetermitti propter obedientiam si non est de necessitate salutis q. 11. cap. 3. sed si praecipiat quod subditus ieiunet bis vel ter in hebdomada, quia videt naturam eius ad luxuriam pronam: sic non tenetur, nisi esset in tali casu quod non posset vitare pec-

carum, vel si præciperet in peccati commissi poenitentiam, (& hoc extra forum conscientiae) tenentur parere. Si vero prælatus præciperet aliquid supra regulam utpote recipere martyrium vel huiusmodi: hoc modo subditus non tenetur ei obtemperare.

11. Alexander in secundo tractatu de perplexitate conscientiae dicit, Prælatus in iis quæ regula prohibet expresse vel præcipit, non potest mutare, nec mutanti est obtemperandum nisi quatenus regula permittit.

12. Serena conscientia & Alexander dicunt subditum non teneri obedire Prælato præcipienti ut in negotiis secularibus se exerceat, nisi essent honesta, non ad malum proximi nec contra Deum & regulam, tunc enim non esset ei obediendum.

13. Item quaeritur an religiosi teneantur obedire suis constitutionibus? Respondet Alexander de Beles in 2. tractatu de conscientia, q. 2. quod sic, in obliigatoriiis ad culpam, videlicet quæ fiunt ab Ecclesia super ipsos, vel à capitulo generali cum consensu Prælatorum.

14. Quatuor Magistri super octauum caput regulæ dicunt. Cum ex intentione regulæ sit quod capitulum generale celebretur, ad capitulum vero pertinet ea ordinare (per quæ possunt religionis puritas & perfectio custodiri) ergo si capitulum propter vitandum religionis periculum coarctat, generalis potestatem aut Prouincialium Ministrorum aliqua alia salubria ordinat per fratres congregata generaliter in vnum obseruanda sunt, authoritas regulæ, quæ præstat authoritatem capitulo generali

rali
firm

15.

sen

nera

per

pot

tari,

nati

16.

om

Ref

qua

fed

17.

Sc

fic a

tiam

diui

re ca

virg

drag

feru

18.

dici

faci

re, si

sed v

bera

me

19.

i. ait

rali & per generalem Ministrum non poterunt infirmari.

15. Idem 4. Magistri aiunt, quod quando de consensu superiorum & inferiorum ordinis fuerit generaliter aliquid ordinatum in capitulo generali, & per summos pontifices approbatum fuerit, non poterit per solos superiores, vel solos inferiores mutari, maxime in illis in quibus est commutatio, ordinatio, seu limitatio potestatis.

16. In resolutione prædictorum, quaeritur vtrum omnis inobediētia religiosorum sit mortalis culpa? Respondet Astenfis l. 6. c. 47. quod non, sed solum quando procedit ex deliberatione vel contemptu, sed non quando ex surreptione quadam.

17. Intellego autem esse contemptū vt dicit paruus Scotus lebre in 4. di. 3. q. 2. si aliquis tali vel tali re sic afficeretur quod non curaret abstinere ab illa, etiam si sciret talem rem vel talem actum esse contra diuina vel Ecclesiastica mandata, cuiusmodi est edere carnes in vigilia sanctissimi sacramenti, vigiliis virginis gloriosæ nō ieiunare, vefci lacticiis in quadragesima, fratrem minorem tempus silētij non obseruare & huiusmodi.

18. Bernardus in libro de dispēsatione & præcepto dicit, nō qualiscūque mandati præteritio, criminalē facit inobedientiam, sed repugnare & nolle obedire, si enim seniore iubente elabitur, reum me fateor sed venialiter, si autem ex contemptu sciens & delibens sponte in verba prorumpi præuaricatorem me constituo, & criminaliter.

19. Sanctus Bonauentura in 2. distinct. quaest. 1. ait. Quamuis non teneamur in omnibus obedire

Preclatis: tenemur tamen nullum eorum mandatum spernere, vnde dicitur in iure quod sententia Pastoris sine iusta siue iniusta fuerit, tamen semper est timenda.

20. Quamobrem tu pareas libenter in omnibus sine murmuratione, hilariter sine recalcitatione simpliciter sine duplicitate, viriliter sine extenuatione, humiliter sine elatione aliqua, velociter sine procrastinatione, nā sic agēdo obedientia quæ de magisquam sacrificiū est grata, portabit te tandem cœlum deo fauente & auxiliante.

21. Frater charissime cogita singularē domini Dei nostri Iesu Christi humilitatem, qui pro te semetipsum exinanivit, factus patri obediens vsque ad mortem, eamque ignominiosissimam, nempe crucis. Augustinus, remediū elationis est intuitus crucis, quātūcunque te ipsum humiliaueris (inquit Bernardus) Christo humilior non eris qui non venit ministrari sed ministrare, voluitque in terra esse nouissimus virorum, qui in cœlis est gloria beatorū & dominus Angelorum, de quo beatus Lucas dicit quod erat subditus illis, sed quis quibus? Nimirum Deo hominibus, magister discipulis, Dei patris sapientia fabro & fœminę Deus (inquam) Deo patri coalitus, cui Angeli subditi sunt, cui principatus & potestates obediūt ad nutū, erat subditus Marię nec sicut Marię sed & Ioseph propter Mariam. O humilissima profūdissima filij Dei, quod nobis exēplū. Disce imperturbatū o pauper minorita parere, disce terra subditus, diluuiis obtemperare, disce humilitatem chordigere Christo domino & Deo qui mitis est & humilis corde, qui pro te vsque ad terram imo vsque ad inferna

ferna
cui
vt è
& d
capu
men
sic se
Deu
stien
22.
totie
hom
tibi i
solu
redin
doce
quen
rebat
riam
ceren
dem p
bra d
minis
spera
fuit,
liarec
nos C
mur &
nostra
minis
simili
mo re

fernum descendit. Erubescere non obedire frater mi cuius gloriosissimus creator adeo fuit obediens ita ut è cælo vsque ad terram descendit se humilians & de terra ad inferos. Si Deus id est Christus qui est caput nostrum fuit ita humilis, tu qui dicis te esse membrum eius, quare nõ vis humiliare te cum ipse sic se humiliavit? quare tu nõ vis subiici prælatis tuis? Deus hominibus se subdidit, & tu dominari gestiens hominibus tuo te præponis creatori?

22. Quoties enim hominibus præesse desideras toties Deum tuum præire contendis, si hominis (ò homo) dedignaris imitari exemplum, certe non erit tibi indigum sequi Deum creatorem tuum, qui non solum ea ratione in carne apparuit ut nos per suam redimeret passionem, sed etiam ut nos per suam doceret conuersationem exemplum præbens sequentibus se, Rex sic: i noluit quando turbæ requirebant eum ut facerèt regem, oblatam honoris gloriam fugit, & præcepit suis discipulis ut nemini dicerent quod ipse esset Christus filius Dei viui, & tãdem pœnã amarissimã mortis appetiit ut eius mēbra discerent mundi huius fauores vitare, terrores minime timere, pro veritate aduersa diligere & prospera formidando declinare. Quid enim in causa fuit, aut quæ fuit necessitas ut exinapiret & humiliaret se, abbreviaret se dominus Majestatis? nisi ut nos Christiani & maxime religiosi eum sequeremur & idem faceremus? Omnis enim Christi actio nostra fuit instructio. Augustinus. Christianus nominis Christi similitudinem tenet, morum quoque similitudinem habere debet. Ideo Christianus nemo recte dicitur nisi qui Christum sequitur: idem

Christiani frustra nomen sortitur qui Christum nimè imitatur, quid enim prodest vocari quòd non es, & nomen alienum tibi vendicare? veluti etiam quid prodest vocari te minoritam vel Frãscianam si opera S. Francisci non imitaris? sed si Christianam te esse delectat aut Minoritam quæ Christi & eius famuli sunt, facito, & merito tibi nomen assumat fortasse non esse sed vocari desideras, hoc factum miserum & fœdum est te velle vocari quod non es.

23. Vide quod beata virgo Maria, omnes sancti & sanctæ potissimum Deo placuerunt humilitate suntque à terra in cœlum exaltati, eo quod sese humiliauerunt, sicut è contrario dæmones qui se vultuerunt exaltare, è cœlo ad infernum vsque & terra viscera deturbati sunt turpiter: obedientia hominis sanctis angelis similes facit, inobedientia vero hominis Angelis, dæmones facit. Bernardus, superbia de cœlis ac cœlestibus ad ima præcipitat, humilitas vero quæ est mater obedientiæ, ab imis ad excelsa eleuat. Angelus in cœlo ad tartara corruit, homo vero in mundo ad cœlum ascendit. Augustinus, globus superbus, hominem superbientem perdit ad mortem. Christus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam, quia sicut ille elatus descendit consentientem, sic iste humiliatus surrexit & exiit credentem.

24. Considera quod forsitan tu damnaberis, si vero quem despicias inobediendo vel suis iussis contempnendo obtèperando saluabitur, & quod forsitan habes quã virtutè occultam qua tu cares, cuius cultus dignior te, & Deo charior, parumper attende, & conserua hæc omnia, & ea cõfer in corde tuo

vide
ad i
dit
pet
rior
ritu
niur
quo
labo
25.
pere
qua
lis e
dera
æter
pau
loru
mod
dicer
scias
ex ii
mod
ratio
innu
pecc
rum
vnde
poter
mani
stus i
sive r
sonar

videbis quæ omnibus inobedientibus contingunt ad illud diuini iudicij tribunal horrendum, accidit siquidem eis inferorum habitatio vbi est perpetuus fletus & stridor dentium, vbi tenebræ exteriores, vbi vermis ille conscientiaë qui nunquã moritur & ignis qui nunquam extinguitur, dicta inueniuntur miseris ciuibus inferorum. Proh dolor, quot pœnæ, quot tam dira iudicia pro tam paruo labore recusabo!

25. Quisquis es qui honorum cupiditate tanto pere ardes, qui præesse tantum concupiscis, primos quæris accubitus, & gradum celsitudinis ambis, ipsis etiam humeris Angelicis formidandus. Considera quam sit transitorium quod appetis, quam æterna quæ etiam amittis. Quid enim prodest paucis diebus regnare super terram, & æterno cælorum regno æternaliter & perpetuo priuari? Quomodo aliis præesse poteris, qui tibi subesse non didiceris, aliis dominari, qui tibi ipsi dominari nescias? quod si per te steterit, quominus quispiam ex iis qui tuæ curæ sunt commissi liberentur, quomodo saluari poteris? Quomodo de aliis reddes rationem, qui de te vix possis eam reddere? quum innumeris peccatis te ipsum inficis addens peccata peccatis, ad quæ etiam accedunt subditorum tuorum peccata, quæ in tuum redundabunt caput? vnde durissimum fiet iudicium iis qui præsunt, nam potentes potenter tormenta patientur de quorum manibus subditorum peccata requireret Deus iustus iudex, qui vnicuique quod gessit siue bonum siue malum sit, reddet. Non est enim acceptor personarum Deus.

26. Considera quod qui contendunt supergræ-
proximos multas reperiunt difficultates, multos ha-
bent æmulos, multos insidiatores, multos contradi-
ctores, & nihil facilius est volenti, quam se ipsam
humiliare. Vnde Rex quidem traditã sibi coronam
regiam, priusquam suo capiti imponeret, diu in ma-
nibus retentam cõsiderauit & dixit ô nobilem ma-
gis quam sælicem coronam, quam si quis perfectè
cognosceret, quam multis sollicitudinibus & pe-
culis ac miseriis sis referta, nec humi quidem iaco-
tem, tollere veller; Subditi duos tantum habent
culos: Prælati vero tot, quot subditos, vnus cõscien-
tiæ tamen debent curã gerere subditi, Prælati vero
& suæ, & omnium subditorum, quod tibi notãda
venit (ô frater minorita) qui cupis & anhelas ad
nones mundanos.

27. Considera (ô superbe fratercule, & inobedi-
quod nulli places, non Deo ipsi quem habes adu-
sarium qui superbis & inobediẽtibus resistit, & in-
humilibus siue obediẽtibus dat suam gratiam. O quod
le malum est aduersarium habere Deum, non enim
places humilibus, quia humilitatis amatores te
exhorrent superbiam, non aliis inobediẽtibus
similibus, qui eo ipso nomine, quo te exaltas &
tollis, tibi inuident hoc solum meruentes, ne
videri possis vlla in te beator, nec etiam tibi
tandem placebis, nec in hoc sæculo, cum ad te
uersus tuam agnoueris miseriam, & cum in te
nihil pœnitentis inueneris vnde possis aliquomodo
gloriari, nec in futuro seculo, cum ob inobediẽtiam
tuam, in æternum ardebis. O miser & pauper
frater (inquit Deus) si te videres, te ipsum despiceret

& t
te r
die
pe
tua
sup
sim
28.
dier
rem
bea
que
las,
que
per
pecc
non
pera
quæ
dum
iustit
regu
bono
ipso
conf
hum
Deo
pend
virtu
milia
obed
tes, q

& tibi ipsi displiceres, mihi que placeres. Sed quia te non vides tibi places & mihi displices, sed veniet dies, quando nec tibi, nec mihi placebis, mihi quia peccasti, tibi, quia in æternum ardebis, soli diabolo tua placet modo superbia siue inobedientia, quia superbus & inobediens fuit & est valde, teque sibi similem tentat efficere.

28. Non est periculum ne nimis te humilies obediendo, ne nimis humiliter de te sentias, ne minorem te existimes quam sis, hoc est quam veritas habeat. Sed econverso grande malum, horrendumque periculum, si vel modice plus æquo te extollas, si vel vni etiam in tua cogitatione te præferas, quem forte parem tibi veritas iudicat, vel etiam superiorem, quòd si videris aliquem fratrem aperte peccare, vel aliquem superiorem grauius perpetrare, non tamen hac de causa debes minus suis obtemperare iussis, inquit Christus Matthæi. 23. Omnia quæcunque dixerint vobis seruate & facite, secundum opera autem eorum nolite facere, dum modo iussio eorum non sit contra me, animam vestram, & regulam, & hoc facito quia nescis quandiu possis in bono stare, nam omnes fragiles estis, neminem te ipso fragiliore existimabis, aliorum virtutes magis considera, quàm vitia, quia in eo constat plenitudo humilitatis, nam quamuis in aliquo maior tibi sit à Deo data gratia quàm prædictis, tamen si recte perpendas, in multis te iudicare poteris inferiorem. Si virtutem expetis obedientiæ, viam nõ refugies humiliationis, si non pateris humiliari, non poteris ad obedientiam prouchi: quamuis multi sint obedientes, qui humiles nõ sunt, quia obedientia eis placet.

ob contentum & delectationem quam recipimus
 ea consolatione rerum temporalium & corpo-
 raliū, tamen obedientia est via ad humilitatem
 sicut patientia ad pacem, lectio ad scientiam, sed
 butuntur quam plurimi.

29. Acquiesce Deo & sit voluntas tua subdita
 ritati, nec te vere putes tuo esse subiectum creatori
 cui debes quod es, & totū quod habes, qui & fecit
 te, & benefecit tibi, nisi & humanæ creaturæ pro-
 pter Deum sis subditus, scilicet tuis superioribus
 Prælati, & si vis esse perfectus in iustitia, vade
 iuniorem, & defer inferiori honorem, & minori
 inclinatio propter Deum qui se humiliavit.

Capitulum Quartumdecimum.

I. **Q**Voniam (vt diui Gregorij vtar sententia
 præfenti tempore ita agenda est lætitia
 nunquam amaritudo futuri iudicij recedat à
 memoria, ideo recordare obsecro illius dicti Beati
 gustini. Qui exemptus est à passione flagellorum
 exemptus est à numero electorum. Considera præ-
 mium, & vis flagelli minuetur, bene video nos
 gna promississe, sed maiora sunt nobis promissa,
 uemus hæc, suspiremus ad illa, quia voluptas breuis
 & pœna perpetua non seruātibz promissa & v-
 2. Cōsidera in temetipso (frater mi) præmium
 riæ æternæ, attestante patre nostro seraphico
 stus instituit nos hæredes & Reges regni cælorum
 hac ratione, hæc sit portio tua quæ perducit in re-
 viuentium, scilicet obseruatio regulæ tuæ seraphi-
 quæ est tota euangelica vt supra meminimus, &

facro fundata eloquio. Imo vero, est medulla ipsius euangelij vt clarius pater, & vt dicit pius pater.

3. Item sicut Christus habuit. 12. Apostolos, ita ipsa habet. 12. capitula, quinetiam sunt in ea. 72. versus secundum numerum. 72. discipulorum Christi, hanc volebat pater noster seraphicus ab omnibus sciri, ab omnibus haberi, & vbique in allocutione, & in alleuiatione tædij & memoria præstiti iuramenti cum interiori homine confabulari.

4. Hanc sanctus pater suis fratribus dicebat esse librum vitæ, spem salutis, clauem paradisi, pactum æterni fœderis. Nunc vero sciendum est, vtum omnia & singula quæ sunt in regula cadant sub præcepto, & si sunt obligatoria ad culpam mortalem? Respondetur secundum omnes expositores quod non, sed solum illa sunt obligatoria quæ ponuntur in regula præceptorie vel inhibitorie vel æquiualentia præceptis, vel vim præcepti habentia, vt patet in Clementina in 6. c. Exiit qui seminat seminare, & c. Exiui de paradiso. Si enim omnia caderent sub præcepto, omnium transgressio periculosa esset & mortalis, & durum esset talem promittere & vouere regulam, quæ vix ab alio posset obseruari.

6. Ideo pater Seraphicus posuit certos modos in regula, ad quos omnia sunt reducibilia, quæ sunt septem. Nam in ea sunt quedam quæ vocantur æquipo-
 llentia præceptis, quedam sub nomine præcepti eminentia, quedam habentia vim præcepti, & aliæ sunt admonitiones quæ docent bonū facere, & aliæ malum fugere, aliæ, quæ vocantur libertates regulæ. Quedam aliæ volentiū ordinem introire conditio-

nes & his septem modis , tota regula perficitur
 declaratur.

7. De præceptis expressis & eminentibus in regu
 quæ sunt octo , quorum obseruantia est necessaria
 & eorum transgressio mortalis succincte dicitur
 & sunt illa quæ sequuntur: vt quando dicitur in
 gula quod nõ licebit eis exire de ista religione in
 mādatum domini Papæ c.2. Præcipio firmiter vni
 uersis fratribus vt nullo modo per se nec per pe
 nam interpositam recipiant denarios vel pecunia
 cap. 4. 3. fratres nihil sibi approprient nec domum
 vel locum nec aliquam rem. c.6. 4. Præcipio firmi
 ter eis vt obediant suis ministris in omnibus quæ
 promiserunt domino obseruare, & non sunt curi
 ria animæ suæ & regulæ nostræ. ex 10. cap. Qui
 præcipio fratribus vniuersis ne habeant suscipi
 consortia vel consilia mulierum. ex 11. cap. 6. præ
 cipio firmiter fratribus vniuersis ne ingrediantur
 monasteria monacharum. ex 11. capitulo septimo
 Præcipio firmiter fratribus vniuersis vt non habeant
 compadres virorum vel mulierum. ex 11. cap. octavo
 per obedientiam iniungo ministris vt perant alium
 mino Papa vnum de sanctæ Romanæ ecclesiæ
 dinalibus, qui sit gubernator, protector, &c.

8. Equipollentia sunt decem , quorum transgressio
 gressio est mortalis. Primo de non habendo
 res tunicas duabus , scilicet vnam cum caputio
 aliam sine caputio qui voluerint habere. ex 2. cap.
 non ferendis calciamentis. ex 2. c.3. quod fratres
 nes vilibus vestimentis induantur . ex 2. 4. cap.
 Clerici faciant diuinum officium secundum
 nem sanctæ Romanæ Ecclesiæ & Laici dicant

patet
 à fe
 don
 sex
 sum
 nece
 dis
 etau
 alij
 uiri
 Episc
 cont
 in re
 nou
 sione
 9.
 tran
 tur fr
 capit
 mort
 & po
 ex. 7.
 fratri
 ex. 8.
 neral
 uinci
 nire.
 stode
 gener
 mune
 cunqu
 inter

pater noster, &c. ex tertio cap. quinto, quod ieiunēt
 à festo omnium sanctorum vsque ad Natiuitatem
 domini & sanctam quadragesimam, & in omnibus
 sextis feriis & 3. cap. 6. de non equitando extra ca-
 sum necessitatis ex 3. 7. quod ministri & custodes pro
 necessitatibus infirmorum & aliis fratribus induen-
 dis sollicitam curam gerant, ex quarto capitulo o-
 ctavo, quod si quis fratrum in infirmitate ceciderit
 alij fratres debent illi seruire, sicut vellent sibi ser-
 uiri ex 6. cap. nono quod fratres non prædicent in
 Episcopatu alicuius Episcopi cum ab eo, illis fuerit
 contradictum ex 9. cap. 10. Omnia quæ ponuntur
 in regula ad formam habitus tam professorū quam
 nouitiorum & ad modum receptionis ad profes-
 sionem spectantia habentur capite secundo regulæ.
 9. Vim præcepti habentia sunt septem & eorum
 transgressio est mortalis: primo quod fratres teneā-
 tur fratri Frācisco & eius successoribus obedire ex 1.
 capitulo 2. quod si qui fratrum instigante inimico
 mortaliter peccauerint ad suos ministros debeant
 & possint recurrere quam citius poterūt sine mora
 ex. 7. cap. 3. quod fratres teneantur habere vnum de
 fratribus istius religionis in generalem ministrum.
 ex. 8. capitulo 4. quod fratres teneātur obedire ge-
 nerali ministro ex cap. 8. 5. quod custodes & pro-
 uinciales teneantur ad capitulum generale conue-
 nire. ex 8. cap. 6. quod prouinciales ministri & cu-
 stodes quibus electio data est si viderint ministrum
 generalem non esse idoneum & sufficientem ad cō-
 munem vtilitatem fratrum. ex cap. 8. Septimo. Qui-
 cunque fratrum diuina inspiratione voluerint ire
 inter Sarracenos vel alios infideles, petant inde li-

Q

P A R S S E C V N D A

centiã à suis ministris prouincialibus. Et nota quod
prelati in isto præcepto dupliciter peccare possunt
primum in dando, secundum, in negando.

10. Admonitiones quæ decet bonum facere sunt
vndecim & non cadunt sub præcepto. Primo. Coe
sulo vero, moneo & exhortor fratres meos in do
mino Iesu Christo vt quando vadunt per mundum
sint mites, pacifici, modesti, humiles ex 3. capitulo
quod in quâcumque domum intrauerint, primum
dicant pax huic domui 3. cap. 3. quod fratres qui
dominus dedit gratiam laborãdi laborent fideliter
& deuote ex 5. cap. 4. quod quãdo vadunt pro ele
mosyna non oporteat eos verecundari ca. 6. 5. est
nobilis admonitio, scilicet hæc est illa celsitudo ani
simæ paupertatis quæ vos fratres meos charissimos
hæredes & reges regni cælorum instituit 6. cap.
quod vbi cumque sunt & se inuenerint, ostendat
se domesticos inuicem inter se ex 6. capitulo
primo, quod ministri si sint presbyteri cum ma
ricordia iniungãt illis pœnitentiam cap. 7. 8. Moneo
vero & exhortor fratres meos vt in prædicatio
quam faciunt ex 9. cap. nono, quod fratres qui
ministri & serui aliorum fratrum visitent & moneant
fratres suos charitatiue ex cap. 10. Decimo quod
fratres qui sunt subditi recordentur quod propter
Deum abnegauerunt proprias voluntates cap. 11.
quod fratres attendãt quod super omnia desideranda
debent habere spiritum domini & sanctam eius
rationem ex cap. 10.

11. Exhortationes quæ docent malum vitare sunt
sex. Primo quod caueant fratres & eorum ministri
ne solliciti sint de rebus suis temporalibus ex 2.

pit
dic
in
frat
dur
deb
pec
hor
om
litte
12.
licit
fun
cum
drag
ieiun
fitat
pora
eis li
sing
pitu
diuin
petar
liber
circo
uian
13.
dinẽ,
minif
de fid
venda
re 4. c

pitulo 2. moneo & exhortor ne despiciat neque iudicent homines, quos viderint mollibus vestimentis indutos cap. 3. 2. Consulo vero moneo & exhortor fratres meos in domino Iesu Christo, vt quando vadunt per mundum non litigent ex 3. cap. 4. Cauere debent fratres ne irascantur & conturbentur propter peccatum alicuius ca. 7. Quinto moneo vero & exhortor in domino Iesu Christo, vt caueat fratres ab omni superbia, ex 10. cap. 6. Quod fratres nescientes litteras, non curent literas dilcere ex cap. 10.

12. Libertates regulæ quæ licite possunt fieri & licite dimitti sunt 6. 1. quod fratres si voluerint possunt repeciare vestimenta sua de saccis & aliis peciis cum benedictione dei. ex. 2. capitulo. 2. quod quadragesima quæ incipit ab Epiphania, qui voluerint ieiunet eam. ex. 3. cap. 3. quod fratres manifestæ necessitatis tempore, possunt frangere ieiunium suum corporale 4. quod de omnibus cibis qui apponuntur eis licet edere 5. quod ministri & custodes possint singuli si voluerint, fratres suos eodem anno ad capitulum conuocare 6. quod quicumque fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Saracenos, petant inde licentiam à suis prælatis. Et nota istas libertates esse liberas omnibus fratribus, idcirco dico quod prælati peccant grauiter eis obuiando.

13. Modi seruadi à recipientibus intrantes ad ordinem, sunt sex. Primo quod fratres mittant eos ad suos ministros 2. quod ministri diligenter examinēt eos de fide catholica 3. quod dicant eis quod vadant & vendant omnia sua & ea studeant pauperibus erogare 4. quod si requiratur ab eis consilium de rebus

fuis mittent eos ad aliquos Deum timentes. 5. quos
postea concedant eis pannos probationis, videlicet
duas tunicas. 6. finito vero anno probationis, res-
piciantur ad obedientiam.

14. Conditiones vero intrantium sunt sex. 1. quæ
ea quæ decent Christianum, credant fideliter, & si-
milter confiteantur & vsque in finem ea obseruare
2. si habent vxores, & iam intrauerint in monas-
terium, vel ipsæ vxores licentiam præstiterint. 3. quæ
vxores sint talis ætatis quod non possit de eis esse
suspicio 4. quod si non potuerint pauperibus be-
ne sua erogare, sufficit eis bonavoluntas. Quinto quæ
ingredientes libere faciant de rebus suis, quicquid
dominus inspirauerit eis. Sexto, quod vxores non
habent, vel si habeant & iam monasterium intraue-
rint, vxores ipsæ, vt habetur supra in secūda conditio-

15. Notandum est etiã quod (quamuis regu-
la sic expresse. Regula & vita minorum fratrum
hæc est, scilicet domini nostri Iesu Christi sancti
obseruare euangelium) non tenentur fratres
consilia euangelica alia, quæ non habentur in re-
gula. Nicol. 3. paragra. in primis, & Clemens 5. eod-
em paragra.

16. Fratres tenentur ad omnia illa consilia eu-
gelica quæ habentur in regula mandantia & pre-
ceptantia tale vel tale, vt dicunt Nicolaus tertius
& Clemens quintus parag. vbi supra.

17. Fratres minores non obligantur testamentari-
is legationibus patris nostri Francisci. Gregorius 9. paragra.
primo. Nicolaus tertius paragra. Cæterum, de consilio
filio autem bene, vt veri filij & legitimi, qui consilio
& summe affectant exoptantque vltimam tunc

patris voluntatem opere adimplere, vt tandem cum illo peruenire mereantur ad beatorum gloriam.

Quintumdecimum Capitulum.

1. **G**eneralis minister & etiã prouinciales possunt recipere eos qui veniunt à sæculo, ad ordinem, sed non eorum Commissarij, nisi in suis commissionibus sit specialiter expressum. Nicolaus tertius parag. Secundum quoniam in desiderijs.
2. Prouinciales ministri possunt dare facultatem recipiendi ad ordinẽ, aliquibus fratribus ornatis probis moribus, sed non debet fieri indifferenter. Nicolaus tertius vt supra.
- 3 Diligenter prospiciant ministri, quod indifferenter non recipiant ad ordinem omnes venientes nec etiam illi, quibus facultas data est, sed solum illos quos viderint esse aptos & idoneos seruitio Dei, & religioni. vt dicit Nicolaus tertius vbi supra.
4. Authoritatem prouincialium minister generalis potest arcere circa receptionem illorum, qui veniunt ad ordinem. vt dicit Nicolaus tertius vbi supra.
5. Nullus potest recipi ad ordinem nisi habuerit 16. annos. Consilium Tridentinum sess. 9. cap. 16.
6. Fratres non debent incitare illos qui veniunt ad ordinem, quod præbeant aliquam rem illis vel suis conuentibus. Clemens quintus paragra. Cæterum quia Christi, & Bonauentura. 4. magistri, & contrafacientes peccant mortaliter.
7. Si fratres vellēt aliquid propter ingressum, sunt excommunicati, etiam si esset solum prandium, vel

alia iocalia. vt notatur in extrauag. Urbani 5. que incipit, sane ne in vinea, aliis, & in alia Greg. 9. que incipit. Tenor quorundam.

8. Fratres tam subditi quam praelati, nullomodo debent prebere consilium venientibus ad ordinem circa suorum bonorum dispensationem seu distributionem, sed debent mittere eos ad aliquos Deum timentes, vt docet regula & extra regulam, vt ait Clementina paragra. Nos autem; & Martinus quintus & Pisanus, dicunt quod nec debet eis persuadere, sed debet eis quicquam, sed debet eos ad libitum in omnibus & per omnia dimittere facere, quod dominus inspirauerit eis. vt habetur in regula.

9. Si tamen consilium requiratur, licentiam habet ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur, & non parentibus vel sindicis conuentuum, vel aliis personis, qui propriam, vel fratrum curam gerant vt dicit speculum minorum 16. parag.

10. Si vero illi per modum elemosynae voluerint dare aliquid fratribus vel pauperibus aliis fratres possunt illud recipere, dummodo sit quantum ad precium & quantitatem suo conueniens status. Clemens 5. vbi supra & modo non sit res immobilis.

11. Si nouicij abundant opibus, possunt in receptione habitus, suis sumptibus emere panes indigentes, & ministri possunt eis consulere, quia sicut fratres quaesituri sunt sibi per alios, ipsi met emant sibi. Verissima intentio Hugo. Serena conscientia.

12. In professione, non possunt nouicij in suo testamento mandare, vt post votum emissum, pro-

deant eis de indumentis, libris, & aliis rebus. ratio, quia in receptione habitus, nōdum se penitus abdicarūt suis opibus, & cum sint domini suarum rerum & per totum annum suæ probationis esse possunt, permittit regula se posse indui suis facultatibus, quo carent in professione vbi omnino se expropriant omnibus rebus temporalibus. Hæc frater Garfias, cap. 7. parag. 10.

13. Capitula generalia Castri Radulphi & Barcinonense, dicunt quod nouitij nihil debent facere reseruare sibi in suo testamento vel alio modo, cap. 10. Et qui contra facit committit Anathema vt Ananias & Saphira. Act. 5. Ideo dico quod prouinciales ministri non possunt, sed nec debent eos ad similia licentiare, quia peccarent mortaliter, vt dicit frater Garfias in 2. cap. expositionis regulæ, & talis licentia est inualida.

14. Nullus potest recipi ad professionem nisi annū probationis compleuerit & hoc inclusuè, & non separatim vt tenet author Alphabētī minorum in 2. cap. & qui facit oppositū incurrit has pœnas, scilicet peccatum mortale, 2. excommunicationem, 3. quod non potest recipere aliquem ad professionem, 4. quod debet puniri illis pœnis quibus solent puniri pro grauibus peccatis in ordine commissis. Et sic receptus non tenetur ordini, capitulo, non solum & cap. Constitutis de regularibus, lib. 6. Abbas. cap. ad Apostolicum. numero 9. de Regularibus compendium priuilegiarum parag. nouitius 4. 5. 6. tamē poteris videre concessionem vnā factam à Iulio 2. parag. 16. de nouitiis.

15. Nullus inferior prouincialibus (sine eorum li-

Q iij

centia) potest dare alicui professionem 4. magister
& Pisanus cap. 2. Serena conscientia, q. 32 Panormi-
tanus vbi supra numero 4. vbi probat quod profes-
sio nouitiorum acceptetur per Abbatem.

16. Prælati debent postulare consiliū à fratri-
bus circa nouitiorum receptionē ad professionem
capitulo vltimo & finali de Regularibus, lib. 4.
finito anno probationis, superiores admittant no-
uitios ad professionem, quos aptos & idoneos iu-
nerint, & habiles. Vel è monasterio eiiciantur, v-
docet sacrum concilium Tridentinum sess. 9. cano-
ne 16. & hoc notent bene Prælati & Gardiani, qu-
nimis iuuenes recipiunt ad ordinem.

17. Tractatus verissimæ intentionis ait, hoc est
præceptum fratribus quod recepti ad nouiciatū
fuerint idonei, non repellantur odio vel amore, v-
ex malitia retardentur à professione. Hæc patres or-
dinis in suis expositionibus.

18. Recipiens ad professionem debet sub pecc-
peccati mortalis manifestare nouiciis vere, & clari-
eos informare de suo statu & obligatione rerū pro-
mittendarum, aliàs faciēdo, dant eis occasiōē pecc-
candi mortaliter, maximè si in ordine est aliqua
transgressio alicuius præcepti generalis regulæ. H-
Bernardinus de Arreualo dubio 15. sui tractatus. E-
plus dico, quod non minus peccant fratres qui dant
votum nouitio ignorantī promittendū, & nō subsi-
cit ad satisfactionem conscientiæ, præsumere quod
sciet de futuro, sed cōuenit vt sciat de præsentī, quod
voto emisso, confestim necessaria est observatiō.
ignorantia non excusat eos, vt superius fusius pro-
bauimus.

19. Panni nouitiorum seruentur vsque dum annus sit completus probationis, nec dētur ab illo, vel prælato. Et si prælatus donat illos, vel facit donare absque nouitij consensu, peccat, secundum authorem Alphabeti minorum in cap. 2.

20. Ministri & custodes possunt absoluere illos qui veniunt de seculo, etiam si fuerint fratres professi in alia religione, de omnibus casibus papalibus, & cum illis dispensare in omni irregularitate (quique duntaxat demptis casibus) scilicet, irregularitatis, homicidij voluntarij, bigamis, mutilationis membrorum, falsificationis literarum Apostolicarū, hæresis relapsæ scandalosæ, & notariæ, & qui infidelibus arma dederunt, hoc patet in compendio priuilegiorum, Absolutio ordinaria, paragra. 9. & Absolutio extraordinaria, paragra. 2. & dispensatio, paragra. 10. & 12.

21. Omnia vota facta in sæculo vel ante professionem, in voto religionis commutentur, capite scripturæ de voto & voti redemptione.

22. Professione peracta amplius non possunt vouere quicquam, & si vouerint debent frangere conuestim quod peruenerit eis obedientia prælatorum, cap. monacho. 2. quæst. 4.

23. Si aliquis fratrum (professus) expresse vel tacite contraxerit matrimonium post votum, est nullum, propter votum solemne, cap. vnico de voto. In 6. & nec summus pontifex potest dispensare in contrahendo matrimonia cum fratre professo, cap. cum ad monasterium in fine: & talis frater est excommunicatus.

24. Frater minor non potest se transferre ad non

mendicantes præter quam ad Carthusienses, & cõtratiũ facit, est excommunicatus. Martinus quatuor in consilio Constantiensi. In extrauag. quæ incipit Viam ambitiose. Sed sanctus Bonauentura et & similiter B. Bernardinus de Arreualo & cõfrater Garsias, quod non potest vbi seruatür regula pure & ad litteram. Quare ego in hac materia censeo, quod fratres conuenticales & fratres qui cantur de familia obseruantia (qui non seruãt regulam pure & ad litteram) possunt tuta conscientia Carthusienses properare. Et hoc dum inter Capucinos aut excalciatos vel Recollectos probauerint ingressum. Si vero noluerint eos recipere, possunt. Sed videant ante, & omnes suas exerceant vias ingressu prædictarum religionum, scilicet Excalciatorum, Recollectorum & Capucinatorum, quoniam (vt reor) sine glosa seruatür regula inter eos, vti met etiã testantur operibus suis sat notoriis in rebus omnibus.

25. Frater minor pergens ad aliam religionem tiorẽ suã, peccat mortaliter, & est excommunicatus secundum nostra priuilegia, sed si vult ingredi aliam nostra arctiorẽ (quam inuenire non potest si bene seruatür secundum intentionem legislatorum ad litteram) debet prius licentiam postulare, & eam obtinere, quamuis etiã sufficiat solum petita non obtenta, aliã faciendõ est in statu damnationis secundum dominum Antonium in cap. Licentia regularibus. Caueant fratres quia sunt eis quæ plurima priuilegia super hac materia.

26. Frater minor qui ierit ad non mendicantem etiam à Papa licentiatus, numquam potest a seculo

re ad aliquem gradum publicum, vt sit Abbas, Prior, decanus, Magister iuuenum vel nouitiorum, nec habere vocem in capitulo etiã si fratres illius capituli, ei concessissent dempto si fuisset dispensatus à Papa, Clementina prima de regularibus.

27. In religionem latiore frater non potest ire, absque summi pōtificis licentia & necessitate, quãuis glosa in cap. Cum singula, paragra. prohibemus verbo canonice. De præbendis l. 6. dicit quod etiam absque causa legitima, Papa potest concedere licentiam eundi, & hoc censeo quantum ad Ecclesiam militantem, non autem triumphantem.

28. Fratres non possunt ire extra claustrum, causa audiendi Physicam, & si spatio duorum mēsum nō cessant & redeant, sunt excommunicati, cap. vt periculosa ne clerici vel Monachi in 6.

29. Nullus fratrum absque habitu vel cum habitu seculari, potest comparere in conspectu secularium, aliter ipso facto est excommunicatus, & talia faciendo sine causa iusta & rationabili: sicut pro vitando periculo mortis, vel aliud simile: imo stantibus secularibus nō potest balnea intrare, & hoc sic est intelligendum vt Paulus & Ioannes de Imola, qui in Clementina prima in fine de electione dixerunt scilicet, religiosum non esse excommunicatum modo hoc non temere faciat, & sic est intelligendum de introitu siue ingressu stupharum, temere sic intelligitur facere quicquam sine causa necessaria & rationabili valde in Clement. 1. paragra. Si quis de statu Monachorum. vide Vignerij institutiones, versu de apostasia, circa finem & tene mentem suam.

30. Nullus fratrum potest se transferre ad quilibet studium, dimisso habitu vel cum habitu, aliter est excommunicatus. quod intelligendum est si transferat sine licentia vel obedientia sui Prælati superioris. eodem capitulo vt periculosa.

31. Vagari non potest quis religiosorū, extra diētiam, cū habitu vel sine habitu quia peccat mortaliter, & est apostata. Honorius in bulla quæ incipit. Cum secundum consiliū sapientis, & Gregorius 9. In alia bulla eodem modo incipiente.

32. Omnes fratres tenentur (cum sint professi) habere vnum habitum cum caputio in capitulo, periculosa & per præceptum regulæ nostræ, cum ceteris & fœmoralibus sub pœna peccati mortalis, & exiit & exiuit in sexto clementinarum.

33. Nullus fratrum potest vltra duo vestimenta habere sine licentia & necessitate manifeste. Notitia 3. parag. Licet Clemens 5. parag. Propter Magistri, c. 2. Bonauentura, Panormitanus, Hieronymus Pisanus. capitulo 2. Serena conscientia, q. 34. & sensus ordinis cap. 2. & etiam omnes sacri expoliti idem sentiunt.

34. Nullus fratrum potest habere tuta conscientia duos habitus vel duas tunicas suo vsui, nec potest illas concedere, quod probat fratres de Mantua in sua collectanea, & Phanus, in de paupertate tractatu.

35. Sed quid faceret pauperculus frater subditus vbi nō sunt communitates, hoc ad arbitrium & conscientiam remitto prælatorum, pediculi sunt nec comeduntur? Profecto non, sed vā & vā iterum prælati est præparatum à Domino Deo. Tale

tre
vtu
sua
rio
36.
de
int
fra
du
Et
37
li,
nu
ste
sp
ve
mi
co
del
fus
cis
mi
Ser
no
tui
pe
An
mu
38.
tia
int
nu

tres qui propter mūdiciam & necessitatem duabus vtuntur vbi non sunt communitates sunt securi in sua conscientia, & hoc dum non faciant propter curiositatem.

36. Fratres possunt repetiari habitum & tunicam de saccis & aliis petiis, & repetiari, duobus modis intelligitur, vel cum necessitate quando tunica est fracta siue etiam carente aliqua fractura, sed modo duplicationis, causa artus calefaciendi vt ait Hugo. Et Lucerna, capite 2.

37. Vestimenta fratrum debent esse ex panno vili, aspero & rigido, vt dicit Clemens quintus, Martinus quintus, Bonauentura, & Seraphicus Pater noster Sanctus Franciscus dicebat esse, & est signum spiritus extincti, quando frater minor se induebat veste molli præciosa & delicata, & contra tales inimicus noster capitalis maiorem accipiebat animum eos tentandi & aggrediendi, vnde multum reprehēdebat tales & confundebat & propter eorum confusionem deferebat habitum totum coopertū saccis & peciis veluti fratres capucini. Videto conformitates fructu. 16. & ibi reperies magna de eodem Seraphico patre nostro, circa hanc materiam, vnde nota habitum fratrum debere esse conueniens statui nostro minorico, aliter contrafaciens mortaliter peccat, & est excommunicatus. Videas summam Angelicam de Ornatu, paragra. 5. & 7. excommunicat. 27.

38. Sanctus Franciscus vult nos libere posse repetiari habitum de saccis, dans nobis intelligere suam intentionem talem esse, quod inter saccum & pannum habitus sit vicina conformitas, scilicet quod

quando in habitu nos oportuerit ponere sacco, nec sit difforme panno habitus, hæc Vbertinus & Phanus in suo tractatu de paupertate.

39. Fratres induantur illo panno qui reputatur est quantum ad præcium & colorem vilis in illis prouinciis vbi sunt degentes, Clemēs parag. propterea. Et idem summus pontifex onerat conscientias Prælatorum super hac materia, dimittēs ad illorum arbitrium in iudicando qualis sit vilitas colorque pannorum.

40. Pisanus dicit magnam esse verecundiam fratri minori vestes molles deferre & curiosas quia si per omnes religiosos ille promisit arctissimam paupertatem 2. capite idem Phanus in tractatu suo de paupertate, nec tuta conscientia vti possunt fratres vestibus pelliceis vt affirmat Bonauentura in 2. capite sui tractatus super regulam.

41. Fratres non possunt aliquomodo deferre baculas, thoraces, nec alios quoscunque pannos lineos iuxta carnem, demptis fœmoralibus, nec dormitorio debēt dormire super puluinaria demptis vel culcitræ, neque super linteamina demptis infirmis, nec sine habitu debent vnquam iacere fratres sani & valentes. Hæc Martinus 5. & Guilelmus Pharinerus, cap. 2. & author Alphabeti minorum eodem capite: sed debent dormire cum forma habitus regulæ. i. cum habitu caputio fœmoralibus & chorda, vt patet manifestè ex regula. Hoc etiam præcipiunt statuta generalia, & imponūt penitentiam transgressoribus, & arcte prohibent, ne fratres dormiāt sine habitu, fœmoralibus, & chorda, vt de statuta Barcinonēsia & cōuētus Parisiorū. Hoc

loco, quamuis hic mos non obseruetur hodie in prædicto conuentu Parisiensi à Doctoribus modernis ac studentibus multis & pluribus aliis fratribus monstruosis ac scandalosis, qui mere agunt contra sacra statuta dicti conuentus: quem prædicti sibi appropriarunt, ita quod nec R. P. F. Ioannem Porthasium doctorem, ordinis diffinitorem, ac olim prouincialem prouinciæ Turoniæ Pictauiensis, nec honorandum M. P. Bourgongne in commissarios generalis M. voluerunt recipere, etiam si sub anathematis pœna tenerentur id facere quod nõ fecerunt prætimore reformationis quã tenuunt (quamuis aliis prædicent,) & ne proderent prædictam domum quæ non iam dicitur orationis siue regularium, sed latronum elemosinarum pauperum, ac schismaticorum vt verum fatear, quæ veritas sacra me cõgit fari prædicta, quæ euenerunt in dicto quãtu, & vigent adhuc in isto anno, 1582.

42. Non licet fratribus deferre calciamenta sub pœna peccati mortalis, sine necessitate euidenti & manifesta, quæ quidem necessitas, Prælatorum iudicio est relicta, per Clementem quintum, in paragra. quorum. Vnde pro calciamentis sic intelligendum est secundum quatuor magistros. Hugonem, Lucernam, speculum paragr. nos ita qui, quicquid cooperit pedes, siue sit de corio, lino, siue panno.

43. De caligis, non licet nobis deferre & huius ratio, quia promissimus sanctum euangelium obseruare, & Apostolicam imitari vitam, & (vt ait Hieronymus) discipuli Christi totum mundum peragrantes numquam leguntur detulisse æs in zonis suis,

nec vsi caligis, in epistola ad Agerantiam & Aluan
 in libro de planctu Ecclesiæ, vetat nobis eas. Fratres
 etiam Garfias secundo capitulo, quod intelligitur
 de nõ truncatis (vt arbitror) & ni fallar, omnia con-
 stant in necessitate & licentia, non est moris apud
 Capucinos nec Excalciatos deferre caligas, nec
 apud multas prouincias, vt patet in prouincijs Hi-
 spaniæ, Italiæ, &c.

Sextumdecimum Capitulum.

I. **O**Mnes Clerici tenentur horis debitis
 re horas canonicas capitulo primo de
 sæ celebratione. In Clementina graui, eodem ti-
 lo, & qui omittit sine manifesta necessitate, & quod
 do chorus patitur iacturam, peccat mortaliter, &
 consuetudinem reducit omittere vel se absentem
 dicit Serena conscientia, quæst. 39. Vide etiam
 gelicam, hora canonica, parag. 26. Quinetiam Be-
 dolinum, capitulo 3. qui dicit nos non solum
 adimplere regulam per nosmetipsos persoluere
 diuinum officium, sed etiam reddit nos obligari
 regula, ad assistendum in ecclesia nostra, vt est
 suetudo in ecclesijs collegiatis sacrosanctæ ecclesie
 Romanæ, & author Alphabeti minorum in 3. ca-
 te concordat cum eo.

2. Fratres Clerici & Laici dimittentes diuinum
 officium. Laici pater noster, peccant mortaliter.

3. Fratres infirmi qui causa ægritudinis officium
 diuinum persoluere non possunt non peccant, quod
 sic debet intelligi quando consilio & iudicio
 corum est eis nocumento, vel quando prælati

cant sic decere & licentiant eos, imponendo eis (si possunt) aliquos psalmos vel Pater noster. Sed secū- dum Hugonem non pro qualibet infirmitate debēt eximere se à solutione diuini officij, quia quamuis sit nobis dispensatio, tamē est magna imo maxima obligatio, quia vouimus dicere illud & persoluere.

4. Non est licitum fratribus transmutare siue variare diuinum officium, iungēdo siue minuēdo sub pœna excommunicationis latæ sententiæ per Pium quintum, post consilium Tridētinum in bulla moderni breuiarij.

5. Tempore interdicti, fratres possunt ianuis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, non pulsatis campanis, submissa voce in suis ecclesijs diuinum persoluere officium & rem sacram celebrare & quæque recipere sacramenta, & ea administrare famulis conuentus. Gregorius 9. In bulla, quæ incipit deuotionis vestræ. & Innocentij quarti eis qui sanandis. Notent fratres Laici, vltra officium suæ regulæ, eis esse impositū pro defunctis orare quotidie, idcirco secundum meum consilium, consulo eis vt dicant quotidie 15. Pater noster, & Aue Maria, sic Pater Seraphicus imponebat eis in sua prima regula.

6. Cum igitur omnis frater minor teneatur post votū emissum, sub pœna peccati mortalis, dicere horas canonicas septē, & hoc etiam iuxta Ecclesiæ Decretum, præsertim si sacris ordinibus est initiatus aduertat, quod imprimis animum suum præparet, vanos cogitatus prorsus abiiciēdo, quia (vt ait beatus Basilius) quemadmodum gustus corporis singulas buccellas seu partes alimenti discernit, gustat, &

masticat: sic interior animæ gustus singulorum verborum in psalmodia, sensum debet aduertere, & gustare, quia diuinum auxilium est implorandum, non remisse, nec mente huc atque illuc vagare, quoniam talis non solum non impetrabit, sed potius Deum irritabit & prouocabit aduersum se.

8. Si cupis frater mi, scire rationem, seu occasionem, quod non sumus ita attentus, & deuoti in facie ac diuinis laudibus ut decet, est (ut ait doctor philosophicus B. Bonauentura) frequens exitus de cella, & familiaritas nimia cum secularibus, & nimia contentio cum rebus seculi atque nimia occupatio exteriorum negotiorum, hoc (inquit ille) deuotionis mentis extinguit, feruorem tepescit, forte profectum emollit, cor dissolutum reddit, studium proficiendi debilitat, delicias docet amare, tempus in fructu expendere, verba otiosa multiplicare, in triumphis intendere, orationes negligere, horas canonicas desidiosè & cursim persolvere: quæ omnia bene nota.

9. Notandum bene & cauendum summopere est, ut inter orandū nulla admisceas colloquia, ut dicit B. Augustinus) iusto Dei iudicio sine uoluntate moritur, qui in eius officio negligenter loquitur, & caueto ne risus & iocos admisceas, quia hæc agere incurreres illud uerbum à Ieremia proclamatum, & maledictus omnis qui facit opus Dei negligenter, & fraudulenter. Quando orationi incumbes, & locum aptum, & omni vacuum impedimentum ad chorum vel altare accedis, non gratia humanæ laudis accedas, sed recta & sancta intentione intendens ad Dei laudē, tui diuini officij satisfactorie

me
res
Au
mi
mi
ma
tan
co
co
co
10.
bu
cu
tar
no
ge
illo
pra
spir
dico
pro
gor
relig
ling
11.
atqu
cum
uoti
pres
ris &
& st
12.

meriti augmentum, benefactorum suffragium, si careres deuotione, inuenies eã in psalmodia (teste diuo Augustino) quia psalmus tristes confortat, iratos mitigat, infirmos releuat, superbos humiliat, humiles lætificat, pigros excitat, discordes pacificat, amantes ad superna euehit, creaturã creatori sociat, tandem exultant sancti in conspectu Dei, in quorũ consortium Deus te sua perducatur gratia & misericordia. Non vox sed votum, non musica cõsona, sed cor, non clamor, sed amor cantat in aure Dei.

10. Caueto etiã dilectissime, ne sis de illis, de quibus malus Angelus loquitur: Hic ego sum mihi, cum penna scribere iussus: Absentes non cantantes tarde veniẽtes, & cito recedẽtes, & maximẽ in diuino officio loquẽtes, sed ecõtra incũbe orationi diligenter, & omnes vires tuas exerce, vt sis de numero illorũ de quibus bonus Angelus loquitur. d. Scribo præsentes orantes atque psallẽtes, vt sãt digni sacri spiraminis igni. Eya, eya charissimi, iterũ atque iterũ dico, progredimini iã via Dei: nam in via Dei non progredi, regredi est, teste beato Bernardo & Gregorio. Videte quisnã fuit finis vester circa ingressũ religionis, nẽpe non esse otiosi in foro, sed fideliter lingonifare in vinea Dei & Christi domini nostri.

11. Legamus fratres amantissimi horas canonicas atque totum diuinum officium nostrum integre cum cordis attentione, affectuose cum mentis deuotione, integre (inquam) cum distincta oris expressione, deuote seu venerenter, cum gestu corporis & animæ, congruenter locis atque horis debitis & statutis.

12. Psallentibus namque deuote (inquit Ber-

nardus super cantica) dignantur admisceri Sacerdotum
 Angeli, propterea debemus attendere eorum presen-
 tiam cum stamus ad orandum & psallendum, sta-
 tare cum omni reuerentia & disciplina & hoc ce-
 brius & diligentius attendere, verus ideo, cum e-
 mino psalles, psallendo tu tria serues. Dirige cor tuum
 sum, bene profer, respice sensum. Tunc orantur
 qui cum corde leguntur, & aure auscultando cor
 simul incipe, desine plane.

13. Is profecto qui horas dicit canonicas deu-
 copiosius a Deo præmiabitur, in suis consolabitur
 tribulationibus, a suis præseruabitur periculis, gra-
 tiam Dei ampliozem obtinebit & gloriam, in-
 alleuiat conscientiam, tributum Deo soluit & re-
 bitum. Seruitus namque Ecclesiasticorum, est quæ
 tidie septem horas, & seruitium persoluere solent
 & deuotè. Illi nimirum Angeli Dei erunt fam-
 res, amici & custodes, & omnia eius opera ex-
 erunt Deo acceptiora, & plus sibi meritoria, quam
 ac defunctis vtiliora, nam has orationes Deus
 tius exaudit, atque libentius quam alias priuatis

14. Initiando ergo siue exordiando, muniat
 gno Crucis dicendo per hoc signum Crucis fugat
 omne malignum. Et per idem signum saluetur
 que benignum vel. Ecce signum \dagger fugite partem
 uersa vel. Per signum sanctæ crucis libera nos
 inimicis nostris Deus noster. In nomine Patris
 Iij, & spiritus sancti. Amen Iesus.

15. Deinde dicat Rex Christe clementissime
 corda nostra posside vt tibi laudes debitas recita-
 mus omni tempore. Dirigatur Domine oratio
 sicut incensum in conspectu tuo. Maria mater

riæ, mater misericordiæ tu nos ab hoste protege & hora mortis suscipe. Gloria tibi Domine qui natus es de virgine, cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula. Amen Iesus. Domine exaudi oratione meam, & clamor meus ad te veniat. Oremus.

Actiones nostras (quæsumus) Domine aspirando præueni & adiuuando prosequere vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum Amen. Iesus. Pater noster, Ave Maria. Credo in Deum, Credo in spiritum sanctum.

16. Ad debite persoluumdum sacras & diuinas laudes tibi sunt notandæ hæ nouem conditiones, quæ subsequuntur, prima est, vt diuinum officium persoluas intelligibiliter, omnia verba & dictiones dicas summa cum diligentia, prouide & solerter, sensum verborum intelligendo, vim accètuum discendo, distincte legendo, quid iudicatiue, quiduc interrogatiue, quid acute, quid grauiter & vbi faciendâ est distinctio, in cantu, aut in tono, attendendo ad ea quæ dicuntur, cantantur, & deuote præparando cor suum & animum, ad ea quæ dicenda sunt, vt iuxta Apostolicam doctrinam, serui Dei psallant spiritu psallant & mente, orent spiritu orent & mente.

17. Secunda affectualiter Deo super omnia placere desiderando, sacrificium laudis offerendo, cordialiter refectionem spiritus ex diuinis eloquiis auide suscipiendo, veniam, gratiam & gloriam tibi & aliis impetrando, pro peccatis propriis & alienis satisfaciendo, totam Ecclesiam fideliter iuuando, auditores ad amorem cælestis patriæ accendendo,

ac in fide & moribus ædificādo, & exercitium con-
tinuum Ecclesiæ triumphantis, Deum alacriter
hymnis & laudibus glorificantes deuote repræ-
tando, psalmista dicente, sacrificium laudis hono-
ficabit me, & illic iter quo ostendam illi salutem
Dei.

18. Tertia integraliter litteras, syllabas, dictiones
vocales consonantes, notas, principia & fines in-
tegre & perfectè pronuntiando: & à principio dictionis
officij vsque ad finem perseverando sine interrup-
tione, syncopas & apocopas summa diligentia
uitando.

19. Quarta venerabiliter, seruando in gestu in-
gram reuerentiam, vt pote genu flectendo, prosternendo,
inclinādo mediocriter ad nomen beatifici,
humiliter ad nomē beatæ Mariæ, & profuso
ad nomen Iesus, aspectus vagos & dissolutos
me cauendo, silentium vero strictissimum obser-
uando, in verborum sacrorum prolatione maiorem
reuerentiam exhibendo, & maxime in animo in-
dictum psalmistæ introibo in domum tuam, &
erabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

20. Quinta congruenter, ita quod primus versus
nunquam incipiat versum donec secundus perfectè
compleuerit omnia, quæ ab vno vel duobus versibus
ta vel lecta integre compleantur, & antequam
tertius respondeat, vt in breuibus versiculis, respon-
soriis, capitulis, collectis, lectionibus matutinarum
ita quod nulla protractio fiat in principio versus
medio vel fine, sed pausa conueniens & æqualis
læque pausa signatæ videlicet subdistinctio, flexio
& medij distinctio siue ascensio, legendo vel ca-

tando plane & sine neumate, & notæ solummodo seruétur aliis pausis cum puncto simplici ordinario reuerentius & amorosius fiant per spacium Iesus Maria vel circiter.

21. Sexta viriliter non parcendo vocibus, cantus leues, fractos & dissolutos, fœmineam leuitatem & vanitatem redolentes, à diuino cultu, totis viribus excutiêdo, quia pater cœlestis quærit tales qui adorent eum in spiritu & veritate cum timore & reuerentia tremorêque, vt dicitur Ioannis quarto capite, & psalmo 2.

22. Septima mediocriter omnia & singula cū debita maturitate inchoando, non exaltâdo voces nimium, ne vociferatæ frangantur, nec nimium depressimêdo ne voces à diuinis impediuntur laudibus, notabiliter protrahendo, nec breuiando præsumptorie vel cursorie, sed omnia sic prouide & mēsurate contemperando vt & fastidium procul pellatur, & crescat deuotio ex diuinarum frequētatione laudum, & religionis honestas nullo modo decreseat seu diminuatur, sed potius augeatur.

23. Octaua differenter secundum magnarum, maiorum & summarum festiuitatum exigentiam breuitates & longitudes officiorum & breuiationes aut productiones syllabarum. Ita quod diebus ferialibus, simplicibus, semiduplicibus, officium fiat reuerenter, duplicibus reuerentius, & in illis primæ & secundæ classis reuerentissime, cum magna & profunda deuotione ne dicatur nobis à Christo Domino, populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. parum prodest frater mi strepitus labiorum, si cor sit tacitum.

24. Nona concorditer, per affectus vnanimi-
 ita quod omnes cupiant diuinas laudes persolue-
 studiose, deuote, & reuerenter, per concordiam
 moribus, vt humiliter & charitatiue omnes inte-
 rant chori rectoribus vel senioribus, per vnifor-
 mitatem vocum vt nemo perueniat nec sequatur
 sed simul incipiant simulque pausent & perficiant
 ad exemplum illorum trium puerorum de quibus
 dicitur Danielis tertio. Tunc ij tres quasi vno
 laudabant, & glorificabant Deum, hæc adimple-
 do dilectissimi eritis participes illorum gloriæ,
 econtrario faciendo vt scribæ & pharisei qui Do-
 minum ore tantum laudabant, eritis sicuti ipsi
 eueniet vobis maledictio Dei & non benedictio.

25. Laudate ergo fratres mei laudate nomen do-
 mini. O Capucini, excalceati, & recollecti frat-
 res qui statis in domo Domini in atriis domus Dei
 vestri: Iterum dico laudate Dominum quia bonus
 Dominus, psallite nomini eius quoniam suaue est
 frater mei ipse elegit vos in possessionem sibi
 populū peculiarem. Ideo laudate eum toto tem-
 pore vitæ vestræ & psallite ei quandiu fueritis, quia
 sua magna misericordia fuit & est super vos, quia
 niam eruit animas vestras ex continua transgressio-
 ne regulæ: ideo ex inferno inferiori & babilonia
 seruitute posuit vos in hoc instituto Apostolice
 & seraphico, in quo voluntarie animas vestras
 sanctificastis ei, ideo ambulate in via huius instituti
 in lege Domini immaculati scrutamini mandata
 testimonia eius, & in toto corde exquirite ea, quia
 Dominus mandauit ea custodiri nimis. Vtinam
 amantissimi dirigantur viæ vestræ ad custodiendū

iuſtificationes ſuas, quia tunc non eritis cōfuſi, cum perſpexeritis in mandatis & præceptis ſuis. Si iniqui aliqui id eſt fratres diſſoluti narrauerunt vobis fabulationes quæ non vt lex ſua ſunt, dicite eis. Declinate à nobis maligni vt ſcrutemur mandata Dei noſtri, notate quod Dominus ſpernit omnes diſcedentes à iudiciis ſuis, hac ratione dicite ſemper. Cōfige timore tuo carnes meas Domine & faciem tuā illumina ſuper ſeruos tuos, & iuſtificationes tuas doce nos, quia pax multa diligentibus legem tuam & non eſt illis ſcandalum: & contrario eueniet illis qui tempore faciendi diſſipauerunt legem tuam Domine. nā plues ſuper eos laqueos, ignes, ſulphur, & ſpiritus procellarum à quibus libera nos ô bone Ieſu per tuam piſſimam miſericordiam & paſſionem.

26. Tenentur fratres ieiunare ſub peccato mortali, ieiunia Eccleſiæ & regulæ, & pro qualibet eorum tranſgreſſione peccant mortaliter, vt tenent patres ordinis in 3. capitulo & generaliter omnes expoſitores regulæ idem dicunt: & in tempore ieiunij non debent edere lactinia, maxime contra conſuetudinem loci vel patriæ, præſertim religioſorum illarum prouinciarum (quod eſt intelligendum de ſtimulatis) cap. Denique. d. 4. Richardus in 4. diſtinct. 15. artic. 3. q. 4. 5. Et 4. Magiſtri dicunt quod ieiunia ad quæ tenemur ex præcepto regulæ, debent fieri in cibis quibus tunc vtuntur homines eiufdem regionis & maxime religioſi. Cum quibus concordat Serena conſcientia quæſt. 44.

27. Tamen tempore manifeſtæ neceſſitatis non tenentur fratres ieiunio corporali, quæ quidem ne-

P A R S S E C V N D A

cessitas secundum Hugonem & 4. Magistros scilicet intelligenda, quando constringit vera necessitas comedendi, ratione ætatis, infirmitatis, laboris, & neris necessarij, defectu sustentationis, tandemque omnis necessitas dicitur manifesta, quando ingenti vel cuilibet discreto intuenti non extat aliquid quod dubium.

18. Vnde secundum fratrem Garfiã, non est sufficienter necessitas in præsentis casu pati aliquã famem, in quo qui defessus aliquomodo ex itinere, nõ potest in conscientia equitare, vel quis modicum frigiditate deferre ultra duas tunicas, & sic de omnibus præceptis regulæ, quia evidens est, quod oblectamenta supradicta passuri sumus tales necessitates, & frustra imposita essent nobis talia præcepta.

29. Nota quod quamuis homo aliàs nõ tenetur ieiunare nisi cum attigerit 21. annum, non tamen obseruandum est in ordine, ratione voti, ideoque emissũ votũ, tenetur frater sub pœna peccati mortalis ieiunio corporali, vt dicit Pisanus, & Sententia conscientia q. 44. Et notent Prælati suos dispensantes subditos, in præceptis regulæ, quod non habent authoritatem super vota dispensandi, qui contra faciunt, peccant mortaliter & etiam vtentes dispensatione extra necessitatem. Vide Picnetã in cap. 12. decalogi parag. 72. quod pariter vocat numerum.

10. Igitur vt supra diximus, requiruntur necessitates prædictæ, & non quælibet, nisi magnæ & tales quod sibi nociuæ essent, vel alicuius cõmodi communis obstaculum, nisi in illo esset dispensatio etiam requiritur multotiens experimentum factum

alicuius rei, antequam frater sibi postulari debeat dispensationem & possit vti illa dispensatione. Vnde quidam Medicus valde doctus solebat respondere fratribus qui dicebāt necesse habere vti & vesci carnibus tempore ieiunij: expertine estis vobis piscem vel legumina esse nociua? Probate igitur ter quaterque, & cum semper fuerint vobis documento concedam vobis facultatem vescendi carnibus, aliter conscientiam meam nolo onerare neque grauare, vt narrat frater Garfias in suo tractatu capitulo tertio.

31. Sic igitur subditus debet suam exprimere indigentiam & sese tentare siue examinare antequam postulet licentiam vtendi dispensatione in eis quæ Deo vouit, & etiam eius Prælati quo pacto dispenset subtiliter videat & solerter, si regulam, conscientiam subditi suamque dissipare non vult, vt dicit frater Garfias in suo tractatu.

32. Fratres non possunt equitare nec bigare vel quadrigare sub pœna peccati mortalis, sine necessitate, & licentia (si est subditus) Prælati. Sanctus Bonauentura, Hugo, Pisanus, Lucerna, Verissima intentio, &c.

Vnde notandum est, quod ille qui vult equitare, & cupit euadere peccatum mortale, hæc tria debet obseruare, primo quod sit necessitas siue infirmitas 2. quod sit manifesta hæc necessitas vel infirmitas 3. quod sit dispensata siue licentiata, & si hæc tria minime concurrerint simul, peccat mortaliter equitans & dispensans, vt patet per Clementem quintum dicentem, hæc inquam sunt à fratribus tanquam obligatoria obseruanda.

33. Ad maiorem supradictorum intelligentiam quantum ad necessitatem, intelligo quantum ad legitimam negotium, quæ sit ad animarum utilitatem vel communitatis siue religionis, & negotium sit adeo vrgens ac necessarium vt alio modo fieri nõ possit. hæc tractatus querimoniarum parte prima

34. Quantum ad infirmitatem sic debes intelligere, quod equitans sit senex vel debilis corpore, quamuis sit senex vel corpore debilis siue infirmus nisi medicus diceret ita decere gratia recuperationis, ideo non licet eis equitare causa recitationis, vel visitationis parentum vel amicorum notorum, hæc frater Garfias in tertium caput regulae

35. Minus licet vt aiunt Serena conscientia, Sculum, Lucerna, fratri equitare causa petitionum leemosynarum. Idem dicit verissima intentio cap. & maxime si sint superfluae & inutiles.

36. Bonaventura dicit posse necessitatem esse veluti itineris itineratio, vel impedimentum scilicet niuium, lutorum & similibus cap. 3.

37. S. In praedictis videant Praelati, quid faciunt dispensando in essentialibus regulae secum vel aliis sine patenti necessitate, quia si hoc esset praesertim tam paruum (vt ab aliquibus existimatur) tantum ponderaretur à sapientibus & sanctis nec essent tantae expositiones, capitula & statuta tantae exclamationes praelatorum, vt sunt. Hæc frater Garfias cap. 14. paragr. 16.

38. Quando multi boni fratres ad regimen sui nei, sunt in ordine, nulla est necessitas teneant officio praelationis illos qui nolunt, vel qui non possunt sua exercere officia, sine equitatione, &c.

admonere generalis minister prouinciales, ac diffinitores & capitula generalia & Prouincialia ex precepto tenentur, hæc dicunt & tenent patres ordinis. cap. 3. sed heu qui pharmacum deberent vlceri apponere sunt contemptores huius articuli, & experimento videmus.

39. Idem est de discreto Conuentus, quod quando est in conuentu frater, (vel fratres) qui tam sancte & bene potest fungi officio, sicut alius, qui non potest nisi equitando id facere, pedester est eligendus, & ad hoc tenentur fratres, vt dicit frater Garsias in 3. cap. regulæ: aliàs agendo, erunt participes peccati.

40. Et secundum sanctum Euangelium, de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat māducare: hoc dicit fratribus per mundum euntibus, ex quo patet, quod in hoc solo casu dicit (liceat) & non aliàs, scilicet in propriis ædibus, vbi ipsi fratres sibi ipsis præparent cibos, quia quod de vno conceditur, de alio negatur: hæc patres ordinis in fine tertij capituli.

41. Quod non licet vti cibis & carnibus delicatis siue piscibus quotidie in propriis domibus, patet (vt legimus in secundo libro primæ partis Chronicorum, capitulo 3. circa finem) intentionem Diui Francisci semper fuisse, quod pro infirmis tantum, ea quærentur & sic ipsemet faciebat: sed pro sanis fratribus, è contrario, quia nunquam tolerauit postulari, aut quæri à se vel ab aliis. Quid ad hoc respondebunt fratres qui sine aliqua necessitate emunt plura superflua & inutilia? qui sero & mane contra statuta Barchinonensia, & sanctam pauper-

ratem exuberant carne, aut pisce, & bono vino, bel-
lariisque.

42. Per prædicta videas esse periculum maximum
quærere & emere, siue ab amicis spiritualibus le-
dantibus petere solutionis causa, carnes vel pisces
extra veram & manifestam necessitatem. Ego pro
mea parte dico & affirmo esse periculosum, & in
omnes fratres Capucini, & Excalciati, eorumque
primi patres tenuerunt, & tenent, vt semper ab eis
accepi & intellexi, & nostri fundatores de familia
similiter sic degerunt.

43. Legitur in 3. parte libro 7. Chronicorum quod
cum frater quidam attulisset semel parum carnis ad
conuentum, quam dederat ei quidam deuotus eius
suo proprio motu, Guardianus præcepit ei eam
ferre collo suo suspensam illi qui dederat eam sibi
hoc fecit ipse zelosus Guardianus hac ratione, quod
nam absque licentia receperat. Prædictus autem
Guardianus erat de fratribus regularis obseruantiæ
sed hodie quæro quænam pœnitentia esset im-
ponenda illis, qui nedum non recipiunt, sed ab eis
quærunt & emunt, nõ aspiciendo ad votum seu
promissæ paupertatis, & præcepti pecuniæ, Christus
iustus iudex tunc quando tenebit diem suum, pe-
nitentiam scilicet suum iustum iudicium, quid faciat
talibus, & eis similibus, certe potentes poterunt
mentra patientur. Nam tales iudicabit in æquitate
reddens vnicuique secundum opera sua, que ei
seminauerit homo hæc & metet. inquit Paulus,
qui seminat in carne sua sensualitates, delicias
nimias, metet postea fructum earum scilicet con-
demnationem id est mortem æternam, supplicia inæ-

cabilia hominibus, ð pater Porthi nota prædicta.

44. Tractatus de necessariorum congrua solutione, in primo capitulo, dicit fratres prout à regula eis imponitur ire hostiatim pro eleemosyna, non debent verecundari, & mendicare sibi possunt necessaria, quæ simpliciter & bono modo haberi possent sine pecuniæ procuratione, quia patres antiqui puritatis Euangelicæ zelatores, sic semper faciebant & ideo, in multa puritate conscientiæ, & laudabili exemplaritate vixerunt, fuit enim intentio seraphici patris nostri Francisci, vt sic viuerent, hæc prædictus tractatus loco citato.

45. Ad litteram sine glosa ita viuunt fratres ex calciati minores regni Castellæ & etiam Portugallicæ, quinetiam reformatio Capucinorum, vt superius tactum est, & supremi gratia & auxilio nihil deficit eis, secundum illorum desiderium quod est habere atque obseruare vsum, tamen pauperem, & arctum.

Decimum septimum capitulum.

NVLLVS reperitur casus in quo sit licitum recipere denarios, nisi in extrema necessitate, vt dicit Hugo cap. 4. & Author Alphabeti Minorum, capite eodem, quæquidem necessitas non habet legem.

22. Nullomodo licitum est fratribus pecuniam recipere, scilicet rem datam & acceptam cum intentione nõ vtendi ea in sua propria specie, sed causa commutationis vel venditionis, vt dicitur in regula hoc pacto, eo semper saluo vt sicut dictum est, de-

narios vel pecuniam non recipiant.

3. In prædicta replicatione seraphicus pater noster Franciscus demonstrat, nolle quod circa pecuniæ receptionem, fiat aliqua dispensatio, etiam sit pro infirmis vel induendis fratribus, & minus circa non necessaria. Hæc patres ordinis.

4. Non possumus secundum regulam habere cursum ad amicos spirituales, excepto pro infirmis & fratrum vestitu, & his duobus casibus aut similibus secundum Nicolaum tertium & Clementem quintum paragr. Porro aduertant bene fratres quod nulla causa (exceptis suprædictis) possit recurrere, vt dicit Phanus in suo tractatu deupertate.

5. Fratres non possunt per se accipere denarium vel pecuniam, nec expendere aut expendi facere, nec postulare rationem de expenso, nec depromere, per se nec per alios, nec secum portare, nec habere arcas vbi reponatur, nec arcarum clauis habere clauis. Clem. Exiui paragr. Per etiam statuta generalia prohibent sub pœna proprietarij, ne fratres attingant vel recipiant pecuniam, & seraphicus Pater noster Franciscus præcepit fratri cuidam, qui nummos acceperat, vt si alini proprio ore suo asportaret. hæc Phanus & nauentura in legenda maiori, & floreta sancti cisci.

6. Si contingat fratres aliquid emere, dare (id est amicos spirituales,) eleemosynã, obsequere valebunt, vt in toto vel in parte satisfaciant illi melius visum fuerit, alioquin, nomine satisfacere si ipse satisfacere noluerit: & si

per semetipsum vel per alium noluerit, tunc fratres poterunt ex licentia dantis, præsentare, vel aliquẽ nominare cui talis exequutio pecuniæ committebatur cap. Exiit. par. Cæterum vsque ad paragr. Ita tamen, de verborum significat. in 6.

7. Nota quod per amicum spiritualem expressum in regula, propriè intelligitur principalis patronus, siue dator elemosynæ, vel deputatus ab eo, qui omne quod facit, non sua, nec fratrum, sed datoris facit autoritate, cap. Exiit paragr. quia vero.

8. Caueant fratres quod quãdo aliquam solutionem procurant non consentiant, nec sicte permittant plus denariorum deponi, quam res empta valet, & ideo non possunt nisi in manifestis necessitatibus aliquid procurare, & tales necessitates siue præsentis vel imminentes, Clemen. Exiui & cap. Exiit paragr. quia vero. Vnde pro rebus non totaliter necessariis & euitabilibus ad amicos spirituales recursum habere non debent, & qui contrarium facit, peccat mortaliter, maxime quando res emenda mendicatione haberi potest. Hæc Phanus in suo tractatu de paupertate Minorica.

9. Non licet fratribus habere famulos, nec alios quoscunque (multo minus fratres) ad obseruandum altaria vel tabulas oblationibus præparatas in eo loco ad quem populus gratia miraculorum aduenit, vt tenet Pisanus.

10. Frater Iacobus de Mantua ait, ibi (scilicet in loco oblationum) minime etiam Syndicos esse debere, & idem intelligitur de oblationibus factis in parasceue in adoratione Crucis, & de oblationibus in die defunctorum, & contrarium faciens,

est proprietarius, & peccat mortaliter, vt alibi
Phanus in loco prædicto. Vitam Phani in Chro-
cis appofui.

11. Dominium & proprietas pecuniæ, femper
nes dantem remaneat, donec in rem deputatam
pendatur. Nicolaus tertius, parag. Cæterum &
ragra. Quia oportet, & in eadē pecunia fratres
authoritatē, administrationem, siue difpen-
nem, habent, nec actionem in iudicio nec extra
contra eum qui dedit, nec contra eius substitutum.
Nicolaus tertius parag. Cæterum. Sed folū poli
manifestare eis fuas neceffitates, & eos in vilceri
Christi obsecrare, vt fatisfaciant. Ita tamen (vt d
est) quod nec in iudicio nec extra, denotent de
niū vel proprietatem. Hæc Nicolaus tertius
nus etiam & alij doctores catholici.

12. Fratres excitantes lites, siue eas follicitant
sunt pro legatis seu testamentis aut pro eleemo-
pecuniarum facta illis, faciunt contra vorum
& regulam, vt habetur in Clementina exiui, pa
Proinde.

13. Eleemosynæ oblatae vel dimiffæ siue leg
fratribus aliquo modo, non poffunt deponi, in
nu alicuius, etiam si fuerit syndicus, sine euident
ma neceffitate, ineuitabili, determinata, certa,
fenti, aut imminente, nunquam vero pro futuro
incertis, & si de eleemosyna deposita aliquid
effet, debet restitui patrono, siue datori. Hæc
laus tertius in fuis expositionibus præallegat
Phanus.

14. Commissarius vel substitutus, nec propri-
ctoritate, vel fratrum, potest denarios deputat

aliquem vsum, in alium conuertere, absque licentia dantis, & necessarium est quod patronus siue dator nummorum, committat expresse nominato suo vel à fratribus, vt denarios expendat pro necessitatibus fratrum, quo facto possunt fratres etiam hæredibus contradicentibus, non obstante morte donãtis, habere recursum ad nominatũ pro suis necessitatibus. Nicolaus tertius parag. in eo vero casũ, &c.

15. De pecuniis quæ carent patrono siue dante (vtpote indifferentibus & illis quæ sunt oblatae, vel datæ in Altari, pro missis vel officiis, & minute, sicut multotiens contingit, de quarum proprietate communiter illi à quibus dantur priuantur, existimãdo dare eas absolute fratribus, sedes Apostolica non sibi reseruauit proprietatem talium: sed solum proprietatem illarum rerum quarum vsus cõuenit fratribus, vt dicunt Nicolaus 3. & Clemes 5. vbi supra. Certum est quod de nummis nec vsus, nec proprietas cõuenit fratribus, Clemens quintus, parag. Porro, vbi dicit esse istam intentionem Seraphici patris nostri Francisci. Ea de causã si talis proprietas supradicta non est Ecclesiæ Romanæ, nec patroni vel dantis, sequitur ergo esse fratrum. Hic animæ suæ salutis zelator potest animaduertere, quantum periculum sit habere tantos nummos indifferentes, in manibus substitutorum, siue famulorum, & aliorũ quorumcunque, qui nec sunt syndici, nec substituti, vel etiam in Sacristia aut aliis quibuscunque locis. Et (vt supra diximus) ita intelligendum est de illis quæ sunt oblata pro missis vel officiis dicẽdis, quia perperam recipiuntur, peius seruantur, & deponuntur, & pessime expenduntur, & multoties mo-

dis illicitis, velut in rebus superfluis non necessariis, curiosis & sæpe ad sensualitatis libitum, ut in perfluo victu, curioso vestitu, ædificiis minime necessariis, & aliis quamplurimis indecentibus superfluis & curiosis. Hæc Ioânes Phanus in suo tractatu de paupertate pluries repetito.

16. Quando res necessaria veræ necessitatis potest haberi mendicando, nullomodo est licitum fratribus habere recursum ad amicos spirituales, nisi propter aliam rem quamcumque necessariam, et si esset pro infirmorum necessitatibus, vel indigentibus fratribus. Nicolaus tertius, & generaliter omnes expositores regulæ simul cum eo ita sentiunt.

17. Multoties quamplurima emuntur, quæ mendicando sæpe inuenirentur & libenter darerentur gratis & benigne, sed præ verecundia fratres malunt illa emere, vel pro maiore abundantia & superfluitate habenda, quod apertè est contra regulam, Seraphici confessoris Francisci intentionem. Igitur obsecro illos qui talia emunt siue iam emerunt, pote rosaria, coronas curiosas, gladios, pileos, chasmodon thecas, & quamplurima alia indecentia & curiosa & superfluitates maximas, in comestibilibus, aduertant quod in tremendo atque finali iudicio sunt Deo rationem reddituri, sanctoque suo Patri Francisco. Hæc frater Ioannes Phanus in suo tractatu de paupertate tractatu circa medium.

18. Illi qui procurant, vel deponi permittunt pecuniam vel pecuniam, qualicumque modo, quæ velis ex proprio motu dantis, detur, vel offeratur permissis aut testamento, se volendo excusare quod cum discursu temporis forsitan sit ventura necessitas

tas,
pra
19
tul
plic
den
con
im
dan
mu
tale
terr
tius
hæc
20.
inte
pian
& si
tres
num
vel
tur à
nitu
lunt
te D
dub
21.
inter
dicto
cura
sicut
huc

tas, tales faciunt contra suam regulam & cōtra hoc præceptum. Frater Garsias, cap. 15. paragra. 45.

19. Hic notandum quod eleemosyna quæ vocatur indifferens, est illa quæ ab aliquo offertur simpliciter, nihil pœnitus assignando ad quid sit expēdenda, ideo qui recipit ipsam, debet prius videre & considerare, si necessitas manifesta sit ei præsens, vel imminens, & si talis necessitas non cōfestim possit danti exponi & explicari, quia forte est necessitas multarum rerum, tunc prælatus potest permittere tale depositum indifferens, vsque dum donans determinet in quibus sit expendendum, quod quā citius erit faciendum, & bono modo facere poterit, hæc frater Garsias, cap. 13. paragra. 47.

20. Nota quod denarios recipere per personam interpositam, est alium substituere vt dictam recipiat pecuniam conuertēdi gratia in proprios vsus, & sic communiter omnes dicūt expositores, vt fratres verificant quando famuli conuentuū interponuntur, vel amicus spiritualis, vel syndicus fratrum, vel similes, & hoc quando tales personæ cōstituuntur à fratribus in suo loco, & pecunia mutatur, ponitur, consumitur, vel datur secundum fratrum voluntatem, non prius habita licentia vel authoritate Domini principalis. Hæc Bernardus Areualensis dubio 6. paragra. 59.

21. Nota quod syndicus, non minus est persona interposita ex parte fratrum, quando modo supra dicto sese interponit, sicut aliquis villicus siue Procurator, respectu Domini sui, amoto Domino, quia sicut ille facit secundum volūtatem illorum, & adhuc syndicus est magis persona interposita, quam

P A R S S E C V N D A

dictus villicus, quia villicus siue factor comparat
 vendit, quamuis non sit ei dominium pecuniarum. Sed
 syndicus fratrum, communiter vel aliquando minus
 facit, quia fratres aliquando, & fere semper emunt
 & alias vendunt, & syndicus soluit, & solum ille reci-
 pit pecuniam, sicut si aliquis Dominus comparat
 aliquid, & mandaret famulo soluere: Vnde patet
 quod qui sic facit, recipit denarios per interpositam
 personam, & est suae regulae transgressor. Hæc Be-
 nardinus de Arreualo dubio sexto, parag. 60.

22. Aduersus prædicta posset se quis opponere, &
 cens Martinum quintum instituisse Syndicos, qui
 haberent elemosynas pecuniarias, & relaxauit om-
 nia, quæ videbantur Nicolaus tertius, & Cleme-
 nte quintus mandasse. Item si syndici, & alij habent
 pecunias, eas habent non in nomine fratrum, sed
 Papæ vel dantis, sic non habentur pro personis
 interpositis, sicuti aliqui existimant. Ad hoc ibi
 spondet supradictus author, & ego simul cum
 quod hæc institutio Martini quinti fuit relaxata
 quædam, sicut vnique patet perspicue & de
 pe intuiti: vel dicitur quod prædictus Pontifex
 fuit defraudatus sub hoc prætextu, ne scisma
 quod oriretur, vel fieret in ordine, & ob id fuit
 uocata in Concilio generali Basiliensi, quantum
 contra determinationem Concilij Constantiensis
 patet in monumento ordinis, in summano pec-
 niali sub Eugenio quarto. folio 12. & etiam
 asserit frater Bernardinus de Arreualo in dubio
 parag. 77. & 78. vide etiam tertiam partem Con-
 nicorum.

Decimumoctauum Capitulum.

1. **Q**VONIAM quis posset dicere vtrum possit à fratribus committi peccatū in receptione Missarum vel seruitiorum, aut in commendatione ipsis facta. Ad quod respōdetur quod multis modis potest interuenire peccatum his in rebus, sicut Auaritia, turpe lucrum. Sed in speciali, symonia, & pecuniæ receptio, per regulam interdicta, probatur sic, symonia committitur dum datur spirituale pro temporali & maximè pacto faciendi, aut desinendi facere aliquod seruitium, vel aliquid temporale, quod est liquida symonia, & clara, maximè quando præcipue datur pro conuentione rei temporalis, hoc patenter contingit in Missis & seruitiis & præbitione siue datione habitus pro defunctis, quando principaliter respicitur ad lucrum temporale, sicut faciendo pactum aut conuentionem prætij vel taxationis seruitiorum, aut Missarum, vel habitus, de modo quòd si illa taxatio vel prætij non daretur, Missa non celebraretur aut seruitium, nec habitus daretur defunctis, (vt est mos inter Hispanos) & si ita est, sine dubio peccatum committitur, siue vitium symoniæ. hæc Bernardinus de Arreualo dubio II. sui tractatus ample tractat.

2. Insuper ad hæc, aliquis dicet, symoniam non committi in prædictis rebus, nam in habitu pannus venditur, & non indulgentia, similiter in Missis & seruitiis labor & non sacrificium. Respondetur, nō sic esse: quātum ad primum, quia qui dicit ipsum vendere pannum & laborem, seipsum condemnat, quia fratri Minori non licet vendere aliquid, vt patet in

capite Clementinarum. Exiui & Exiit: Quam
 ad secundum, similiter negamus, nam si etiam hoc
 ret illis talis venditio, falsum est pannum venūda
 in prædictis vestibus, quia nullus eorum valet, qui
 tum pro ipsis petitur vel datur, nec quis sanæ me
 tis, tantum daret pro tali veste, ergo si petitur præ
 tium diffinitum, iam constat venditio gratiæ, vel in
 dulgentiæ, contra illud dictum Euangelicum grati
 accepistis, gratis date, deinde si sic agitur, labitur
 periculosissimam illam symoniam, vt dicit præfatus
 Doctor, & similiter quo ad Missas & seruitia, si
 nusque non minus videtur symonia si interuenit
 promissio, pactum, vel postulatio, & præcipue, dum
 fratres interessent alicui funeri, aut celebrasset pro
 pter prætium ab eis contractum, appetitum, vel
 comestionem & similia, symonia etiã esse videtur
 si ipsi fratres nolunt celebrare nisi respectu epulæ
 vel prætij, tunc plane videtur, non propter Deum
 celebrare, sed causa ventris, aut alicuius rei tempe
 ralis. Qui autem propter Deum celebrat, non
 causa ipsius, à celebratione abstinet. Hæc Bernar
 dinus de Arevalo supradictò dubio, paragra. 10. &
 10. 1. Similiter peccant, qui ad defunctorum funus
 nolunt ire, vel adesse, nisi tanta vel tanta detur
 pecunia, vel aliquid huiusmodi.

3. Item quia in supradictis posset interuenire
 ceptio pecuniæ prohibita in regula, patet quod
 elemosynas Missarum & habitus, seruitiorum quo
 que eis conuenit & debent obseruare modificatio
 nes ordinatas per Nicolaum tertium, prout in aliis
 rebus quæ nisi seruentur in hoc, sine dubio recipi
 tur pecunia contra prohibitionem regulæ. Item quæ

quo
 pro
 vbi
 tio
 cite
 in M
 qui
 riis,
 eti I
 qui
 4.
 pro
 bran
 nem
 pecu
 dian
 ideo
 Miss
 inter
 peru
 & re
 pecu
 velut
 iis no
 taten
 sub
 ipsis
 ipsum
 aliisq
 chari
 inde
 quod

quod pro ipsis missis datur, est offertoriū pecuniæ, prohibitum per Clementem quintum, parag. porro vbi dicit. Quocirca omnis pecunię quęstus, ac oblationum receptio pecuniaria, sunt fratribus simpliciter interdicta. Quapropter fratres non intelligāt in Missarum aut seruitiorum elemosynis plus aliquid habere quam in cæteris elemosynis pecuniariis, vt asserit præallegatus author, sed melius prædicti Pontifices, scilicet Nicolaus tertius & Clemens quintus in Clement. in 6.

4. Idem vitium committitur à fratribus & actus proprietatis (vt dicit Diuus Bernardinus) dum celebrant pro pecunia, aut dum promittunt celebrationem certi numeri Missarum, pro certa quantitate pecuniæ, quod notate fratres, & præsertim vos Gardiani & sacristæ, quia vobis imminet vita & mors, ideo dico resolutoriè, fratres tuta conscientia posse Missas celebrare, siue easdem recipere, modo non interueniat aliqua obligatio vel pactum, vel aliqua peruersa intentio, & quod in administratione dādo & recipiēdo fiat æqualiter sicut de alia elemosyna pecuniaria fratribus donata pro suis necessitatibus veluti statuunt prædictæ declarationes, hoc est vt in iis non demonstrēt aliquod dominiū vel proprietatem. Sed semper maneat apud dantem vel eius substitutum, vt sic salubre & charitatiue auxilientur ipsis fidelibus Christi viuis atque defunctis, hoc ipsum humiliter supplicantibus. In ipsis sacrificiis aliisque officiis diuinis, primum volētes adimplere charitatiue humilem eorum deprecationem, & vt inde necessaria vitæ recipiant, tamen hoc seruato, quod pecuniam non recipiant, nisi fuerit præsens

necessitas, certa, manifesta, vel imminens. Hæc Atho-
 thonius à Nauale prouinciæ sancti Gabrielis.

5. Et hoc his licere cõstat, quia vt dicit Aposto-
 lica primæ ad Corinth. 9. vbi copiosè agit & tractat hanc
 materiam dicens. Quis militat vnquam suis stipen-
 diis, quis plantat vineam, & de fructu eius non co-
 medit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non
 manducat, postea addit, d. ô Corinthij, si vobis spi-
 ritualia seminauimus, magnũ est si nos carnalia
 frustra meramus? Ex prædictis patet, quod quãdo quis
 deuote petierit ab eis vt orent pro ipsis, nec non
 suis viuis & defunctis, siue celebrent certam qua-
 titatẽ Missarum, siue aliorum Ecclesiæ suffragi-
 & fratres mouentur per similem charitatem &
 uotionem, hæc faciendo solum propter Deum,
 sunt nimia ratione pretium recipere sui laboris
 suas necessitates præsentis vel imminentes suble-
 uandas, non quidem per modum pretij, sed auxiliij
 ritatiui & sustentationis. Alia autem semper
 simpliciter, pure & synceriter sana consciẽtia &
 ta. Sed proh dolor & heu me, qua via, quo modo
 possum hic apponere & fari vnum, videlicet spe-
 niam illam, qua maculatur nostri prælati hodie
 (vt inquit frater Garfias) qui agunt tractũ seu
 cationẽ & thelonium vere de officiis defunctorum
 & missis, ea & eas accipiẽdo in multitudine
 quod satisfacere non possunt ad semipartem,
 melius inquit ad tertiam? quid erit de illis miseris
 moniacis, perpetratoribus, auaris, & hypocrisis
 quid erit iterũ? respondet Bernardinus de Arce
 & prædictus Garfias, ita de eis utpote de Iuda,
 nemerito, quia cũ Dominus Deus eos adduxerit

terr
 & i
 dile
 max
 Pet
 ni, q
 Fran
 mon
 tur
 sti, q
 tion
 non
 auic
 tati
 ben
 bus
 bre
 pia q
 facer
 culat
 rēdi
 ab A
 lum
 priet
 & ed
 con
 imo p
 suis e
 prod
 suũ si
 tialia
 toria

terrā fluentem lacte & melle, videlicet ad societate
 & institutum exuberans omni perfectione, magis
 dilexerunt inferuire Baal aut Bel, quā Deo optimo
 maximo, māmonē & Symoni mago, quā doctrinæ
 Petri, & nō Petri imo præceptoris sui Christi domi-
 ni, qui sacrā regulam Minoricā reuelauit seruo suo
 Francisco patri nostro, prædicti peccant non solum
 mortaliter, sed etiam sunt symoniaci eo quod vidē-
 tur vendere sacramentū altaris sacri corporis Chri-
 sti, quia quæ eis elemosyna datur respectu celebra-
 tionis, siue laboris, aut propter sacerdotij officium,
 non dant semipartem celebrāti, quæ præcantur nō
 auide imo lēte, vt acquiescat melius eorum volun-
 tati & fraudi, & hoc sic agunt, ob noticiam quā ha-
 bent necessitatis sacerdotis qui caret benefactori-
 bus secularibus seu aliis qui orent eū vt Missas cele-
 bret pro eis, quibus prædicti exuberant in tanta co-
 pia quod (vt dixi) non possunt ad semipartem satis-
 facere: deprecor amantissimū Minoritā qui se ma-
 culatum viderit ab hoc reatu, vt videat scripta reue-
 rēdi patris fratris Garstæ à turri, & beati Bernardini
 ab Arreualo qui nimis late scripserūt nobis pericu-
 lum & lacum in quo iacēt prædicti symoniaci, pro-
 prietarij, auari, & hypocritę, & hoc vt cū perlegerit
 & edidicerit, desinat à tali nequitia, & semitas suas
 conuertat in promissa vota quæ nō admittūt talia:
 imo prosequuntur odio, vide binos præallegatos in
 suis expositionibus super regulā Minoricam. Quid
 proderūt prælato & subdito suæ multę carimonix,
 suū silentiū & exclamations oēs (quæ nō sunt esē-
 tialia regulę, sed accessoria) si nō seruauerint obliga-
 toria ad culpā mortale, vt est prædicta simonia, & ab-

stinentia omnis auaritiæ, quam clare demonstrat prædicto tractatu Missarum & thelonio officiorum defunctorum, quibus sordent maximo cum demerito conscientia.

6. Si sint eleemosynæ indifferentes, fratres solutionem de rebus emptis aliquomodo procurare possunt, Nicolaus 3. parag. Cæterum autem cellaribus eleemosynis.

7. Non licet fratribus acquirere siue cumulare eleemosynas pecuniarias, via litium in iudicio, quæstionis in iudicio & exactione, vt dicit Ioann. Phanus, qui hæc peritè tractat & doctè, in suo statu de paupertate. Videto eū & non te peritè.

8. Non possunt fratres morti propinquis conferre, vt sibi, vel conuentui relinquunt aliquid in testamento. Hæc idem. Et non possunt fratres acquirere & accumulare pecunias prætextu confessionis, perditionis. Et contra facientes, sunt in malo statu continuo demerito, teste dicto authore Phano suo tractatu, de Euangelica paupertate.

9. De pecuniæ depositione, Aluarus dicit, quod Prælati, cū toto ordine non possunt facultate concedere deponēdi illam, nec in communi, nec in particulari fratribus, nisi seruauerint ordinationem Exiit & Clementi. Exiit de paradiso.

10. Si nummos quispiā obtulerit fratribus, & fratres non præsentem sed imminentem habuerint necessitatem, conseruari siue deponi, ab illo humiliter petere possunt, Gregorius nonus. artic. 3. Innocentius 4. parag. Et secundum.

11. Si illa res, pro qua fratres procurant soluitur non reperiatur in illa regione vbi habitant, si

ali
be
cip
lu
&
nia
tin
fuf
fac
12.
fan
nec
siue
dur
ma
clef
pro
13.
que
dan
cipe
vinc
debe
cos i
14.
dam
excl
nos r
& sic
quia
nem.
15.

alio loco, & nummos illuc deferre oportet, tūc debent habere recursum ad patronū siue dantē principalem (si adsit.) Sed eo absente ad substitutū & illum obsecrare, vt illius pecuniā dominium habeat & seruet, donec in necessitatem fratrum talis pecunia expendatur, & hoc cum libero arbitrio eam retinendi si ei libuerit ad suum libitum, & nota, quod sufficit, vt hoc deputatus, vel à fratribus nominatus faciat. Nicolaus tertius, paragra. Cæterum.

12. Fratres non possunt in suo comitatu ducere famulos siue bursarios, nisi ex vera obediētia nimis necessaria, non procurata, fratribus nimis vrgens, siue ordini multum necessaria, & hoc est intelligendum, quando essent peregrinaturi regiones inhumanas & barbaras, hæc Aluarus libro de plāctu Ecclesiæ, & sanctus Bernardinus ponit tales in culpam proprietarij, deficiente necessitate supradicta.

13. Si fratres aliqua re indigent, & hostiatim nequeant inuenire, & reperiunt illius rei accommo-
dantem & non dantem, possunt tuta cōscientia accipere, dummodo excludant omne periculum, siue vinculum obligationis, & sic istis verbis & similibus debent ei dicere quod laborabūt fideliter per amicos in sua satisfactione. Nicol. 3. parag. Cæterum.

14. Quando quis dat fratribus pecuniam seruandam, omnino recipere nō possunt, nisi prius fratres excluderint à se omnem obligationē, & ita dixerint nos nolumus obligari in custodia huiusce pecuniæ, & sic semper dicere debent de quolibet deposito, quia pecuniarum custodia, cōfert talem obligationem. Hæc author conformit. & Hugo cap. eodē. 4.

15. Si dator existimat vel credit fratres posse num-

mos recipere, & libere dat eis, nō alia exprimenda
credendum est illum porrigere, sicut fratres sunt
paces receptionis huiusmodi. Nicolaus 3. parag.
Cæterum autem versu eodem.

16. Fratres subditi non possunt postulare nec pe-
mittere, vt pecuniæ deponantur pro se nec pro aliis
nisi de Prælatorum licentia & cōsensu, & cum ma-
nifesta necessitate, & cōtra faciens peccat morte-
ter, bis, primo quia sine superioris sui licētia 2.
evidenti necessitate, quia contra regulam &
declarationes ac statuta facit. Et si Prælatus eum
centiat sine evidenti necessitate, ambo in for-
cadunt, quia dat occasionem peccati. hæc Alua-
de Ecclesiæ planctu.

Decimumnonum Capitulum.

1. **Q**VANDO pro necessitatibus alicuius
tris, deponitur aliqua pecunia, & ille pro
dei sibi curat de elemosynis indifferenter ob-
conseruando concessam siue depositam in for-
necessitatibus, est proprietarius, & peccat morte-
ter, vt dicit Aluarus.

2. Non potest Prælatus sibi facere assignare
tre ab hac vita discedente pecuniam depositam,
fratres non possunt succedere in aliqua re, maxime
in pecunia, sed illa pecunia restituatur Domino
principali, si reperitur. cap. Exiit, parag. Cæterum
non inuento Domino proprio illa pecunia datur
Episcopo, vel ordinario vt distribuatur pauperibus,
quia ipse est pater pauperum 12. quæst. 2. d. 2.
Sanximus, & capitulo. Concessa & alia super
lia fratris remaneant ordini, donec dator vel datus
aduenerit. Hæc Aluarus. Hic tamen est notandum

quod ipsimet fratres non indigeāt illa pecunia, quia qui sunt illis pauperiores? quum omnia reliquerint, vt Christum pauperem sequerentur.

3. Fratres non possunt sub specie desapropriationis alicuius fratris, maximè quādo est fugitiuus vel Apostata, sese intromittere vt nummos expendi faciant, siue præcipere cōmutari, siue ab aliqua persona accipi, quæ suo expendat libitu, quia loquendo veraciter, tantum abstineri à tali re debent, quātum si essent nouicij, à seculo recenter elongati & separati, & multo magis, eo quod per suū votum astringuntur. Quoniam nihil differt inter hæc duo, scilicet expēdere & commutare: Possunt tamen (secundum aliquos) permittere accipi illam pecuniam, & eam pauperibus erogari, sed non fratribus. Hæc Ioannes Philippus Vicarius generalis in suo tractatu, quod est semper intelligendum modo non sit aliqua necessitas fratribus.

4. Si contigerit esse gazophylacia in Ecclesiis fratrum (quod absit) truncos siue capsas & huiusmodi, ad nummos recipiendos oblatos. Omnes prælati & superiores, qui possunt talibus obuiare & remediū adhibere, & non curant, qui etiam ibi ea posuerunt qui consentiunt, vel qui cum possint non resistūt, hi omnes generaliter mortaliter peccant. Etiam consentiētes, pari pœna punientur, & hoc idē tenēt fratres Ioannes Capistranus, etiam Petrus Ioannes cōfirmat cum Phano, & hoc notate miseri & plusquā miseri præsidēs & Prælati, qui propter vestrā auaritiā insatiabilem ad baratrum pergitis, & merito, quia tātum & tam sanctum institutū Apostolicum prophanatis & prophanari permittitis manifeste.

5. Omnes illi qui scienter nummorum illo-
 sunt participes, tam in victu quam vestitu & aliis
 milibus, peccat mortaliter. Nam in delictis rati-
 tio, &c. & hec ample & scite dicit author Alphabeti
 Minorum, artic. 17. cap. 4. vbi nobis mentem su-
 patefacit: tamen hoc est intelligendum de consen-
 tientibus, non de ignorantibus factum.

6. Omnes qui granum, vinum, legumina, lana-
 olera, & huiusmodi postulauerint, vendendi in-
 tentione, siue commutandi, peccant mortaliter, quia
 illud quod accipitur, siue queritur, intentione ven-
 dendi est pecunia. Clemens 5. paragr. Circa equum
 vero oblationes & Nicolaus 3. para. ad hoc autem
 Versu si vero. & si postea ea non vendiderint, iam
 men peccauerunt, si fuit illis intentio vendendi
 commutandi. Si tamen in executionem mutui
 propositum, sunt proprietarii, quia faciunt ad
 proprietatis, nam mutuum, de meo fit tuum. Et
 Aluarus & Hugo 4. capite.

7. Omnes qui pro solutione reddunt expensas
 ue cibaria & alia comestibilia, illis qui opus aliter
 operantur pro illis siue illorum conuertibus, fabri-
 borando, fabricando, & huiusmodi, sunt proprie-
 tarii, quia in faciendis fabricis nostris, fratres tam
 diti quam Prelati, non possunt intromitti, nec in
 cio faciendo, nec in dando eis quicquam, per
 solutionis. Si tamen per modum charitatis non habent
 res respectum omnino ad opus operantis faciunt
 pensas: de hoc non loquor, quia credo posse tractari
 Hec author Alphabeti Minorum in suo tractatu

8. Si aliquis secularis acciperet nummos nostris
 tos Ecclesiis, fratribus consentientibus, non possunt

nu
 fen
 8.
 rio
 las
 pri
 col
 dic
 nisi
 ine
 9.
 nu
 & i
 la t
 gra
 10.
 gre
 qua
 nen
 tur
 siue
 stare
 con
 11.
 num
 per
 sepu
 aufe
 cap.
 titul
 In c
 rit c

nummi expēdi pro fratrum necessitatibus, aliter essent proprietarij. author Alphabeti minorū, cap. 4.

8. Non possunt fratres quærere nec petere denarios per plateas, territoria, campos, mercatores, villas & oppida, &c. & oppositum facientes sunt proprietarij vt testantur Clemens 5. parag. porro. Nicolaus 3. parag. Cæterum, & Martinus quintus dicit iubentem & obedientem peccare mortaliter, nisi factum fuerit urgente necessitate maxima & inuitabili.

9. Omnes fratres qui alios modos recurrenti ad nummos & pecunias quā positos in capitulo exiit. & in cap. exiui, inuenerint sunt proprietarij & regulæ transgressores. vt tenet Clemens quintus, paragra. vbi supra.

10. Aduerte hic & bene nota, ne dicaris tuæ transgressor regulæ, quod illa est manifesta necessitas quæ manifestam necessitatem præsentem vel imminentem demonstrat, & talis quod si non prouideretur status debitus communitatis siue alicuius officij siue alterius personæ particularis, sine detrimento stare non posset. Hæc tractatus de necessariorum congrua solutione.

11. Si quis frater repertus fuerit in morte habens nummos (quod absit) per se, siue per interpositam personam Ecclesiastica sepultura carere debet. & si sepultus esset, locus sepulturæ debet effodi, & ipse auferri, cum sine scandalo potest fieri. vt habetur in cap. Cum graui peccata 13. q. 2. & cap. Sacris eodem titulo. Vide Alpicnetā cap. 27. numero 269. para. 3. In conclusione supradictorum, qui has 18. seruauerit condiciones infra scriptas positas à Clemente

quinto & Nicolao tertio & repetitas ab autem
Alphabeti minorum, verus dicitur seraphici patris
Francisci filius, quæ sunt hæc:

12. Primo quod necessitas sit vera & non ficta
quod sit præsens siue imminens. & ineuitabilis
non futura 3. quod sit propria necessitas fratris
& non aliena, scilicet secularium siue aliorum
quorumcumque 4. quod si est subditus sit licentia
à Prælato. Quinto quod si cõtigerit fieri alia
subrogatio sit de dantis licentia. 6. expressa nota
cãtio à fratribus sit facta danti quod quandiu pe
nia durauerit, semper sui sit dominij, & libera est
potestas retinendi eam totiens quotienscunque
luerit 7. quod circa substitutum non demonstretur
dominum & non conueniant illum in iudicio
extra, & tandem non faciant aliquid ad dictos
mos consequendos, tamen pro zelo animæ su
terunt eum exhortari, vt videat conscientiam
& faciat suum debitum, ad pecunias soluendos
quod fratres non administrant dictos nummos
pecuniam nec dispensent siue mandant quod
expendatur 9. Pecunia nullomodo à fratribus
tatur 10. non deponant eam suis propriis manibus
nec deponere faciant clauis dictæ pecuniæ 11. quod
tempore procurationis non sint cleemosinarum
ferentes. quod sic intelligitur quando quis zelo
ritatis ductus venit ad fratres & eis vult petere
elemosinam & illo tẽpore nulla est necessitas
tribus, & fratres dicant ei se nullam habere necesse
tatem, præsentem vel imminemtem quæ ratio
quando opus ei fuerit ad eum erunt accessuri
men ipsemet motu proprio accedit ad aliquem

circ
sub
cet
fuis
re
tur
stiat
han
hero
tion
que
pier
tent
lium
expo
proc
dari
dato
press
neces
omn
tatib
13.
frat
ius re
sic d
neces
velis
si vol
sum t
regul

circa eum pecuniam deponit, deinde ipsemet siue substitutus suus utitur verbis istis vel similibus, scilicet quod possint recurrere ad substitutum suum, in suis necessitatibus, possunt tuta conscientia recurrere 13. quod illa res pro qua rerum solutio procuratur sit talis qualitatis quod bene mendicando hostiatim inueniri non valeat 14. quod non contrahant mutuum, nec alios nomine suo faciant contrahere 16. quod quando se conferunt ad talem solutionem procurandam non conducant secum aliquem secularem vel admittant ad nummos recipiendos, etiam si charitatiue se offerat, nec presentent danti quempiam donec sciant per se siue per alium satisfacere nolle. 17. quod fratres explanent & exponant illud ad quod fit solutio. 18. Scienter non procurent nec consentiant plus quam res valet dari sibi, & si forsan quicquam plus dederit ipsemet dator, non se intromittant de superfluo nisi expresso habito consensu dantis pro sequenti etiam necessitate inuitabili, nisi præsumerent eum pure omnem dedisse pecuniam pro quibuslibet necessitatibus fratrum.

13. Non tamen est contrarium. 16. conditioni si fratres dum vadunt quæsitum satisfactionem alicuius rei secum ducant illum cui est satisfaciendum, & sic debent procedere, domine hic dedit nobis talia necessaria pro tanto prætio, petimus vt amore Dei velis ei satisfacere, & sic semper seruetur à fratribus si volunt votum emissum, & domino Deo promissum toties repetitum à patre nostro. Seraphico in regula sua seruare.

1. **F**Ratres studio spirituali dedicati & diuini officii omnino mancipati, & illi qui in supreme contemplationis, non obligantur hoc precepto, de laboritio manuali, Nicolaus tertius, paragr. Continetur quoque in regula quod, &c.

2. Illi autem qui non exercitantur per modos predictos tenentur manualiter laborare, & si tunc possunt secuta conscientia (vt supra diximus de elemosinis à fidelibus oblati viuerè. Nicolaus tertius, paragr. quo super.

3. **C**ap. Exiui paragr. quo super. Omnes fratres de precepto tenentur laborare manualiter ad vitandam otiositatem, vt declaratio sanctorum patrum ordinis, & videtur in capitulo Clericus, & in capitulo secundo, distinctione 19, & hoc esse verum est quando scilicet otium est occasio peccati talis (vt verbi gratia) murmurationis siue rebellionis aut libidinis, & huiusmodi. Aliter crederetur veniale tantum. Hæc author Alphabeti minorum.

4. Fratres non possunt laborare, nisi in materia aliena, vnde laborantes in materia impræparata velut in iuncis ad sportas faciendas, vel in Silesia ad faciendos Canistros & similia, cum Ecclesia attrahat ad se talium proprietatem, sequitur in materia proprietatem esse fratrum. Et quamuis (vt supra diximus) illa materia non sit appræciabilis, tamen si rata sit appræciabilis, ideo qui stillant aquam in venditionis (vt est mos apud Italos) sunt proprii. Hæc Author Alphabeti minorum.

5. Si exercitia fratribus imposita essent talia, quod obstaculum essent orationi, & maxime illi, quæ debet fieri bis in die secundum antiqua statuta, tunc dicitur extingui spiritus orationis, & tunc fratres non tenentur illis obedire, vt tenent quatuor Magistri.

6. Nota quod ita frater minor debet se dare & exercere in curis temporalibus, quod spiritum sanctæ orationis & deuotionis minime extinguat, cui cætera temporalia debent deseruire, vnde nullus sic se debet dare studio, siue cuilibet labori vt tamen horis debitis & competentibus non instet orationi, sed quidam quasi sui obliti nunquam orationi mentali se dedunt nec applicant, aut conscientiæ propriæ domum intrant, sed psalmos tantum, siue orationes ore tenus recitantes & sine deuotione & reuerentia aliqua, & sic manent aridi & immortificati. Antiqui patres nostri, miro modo spiritum orationis nutriebant diu noctuque, nedum in oratoriis, verum etiam in stratis, cellis, & extra lectulos suos, quotiescumque quiescere non poterant, orationi intendebat vigilantem & solerter. hæc Hugo capite quinto.

7. Sunt nonnulli, & fuerunt hoc in ordine, qui hac beati Francisci sententiâ sese muniunt dicentes, quando aliqua eis imponuntur exercitia, quod non possunt nec debent talia exercere, eo quod spiritum orationis & deuotionis extinguunt, quos moneo & exhortor in domino Iesu Christo, à talibus excusationibus in peccatis abstinere, quia gloria super illud Luca 13. Oportet semper orare, dicit sic non cessat semper orare Deum, qui non cessat

semper benefacere & operari pro pauperibus. Hic frater Egidius dicebat, quod orare est sui Prælati voluntatem adimplere quando est secundum regulam. Tales enim non extinguunt spiritum deuotionis, sed potius incendunt qui inter spiritualia, similia etiam exercitia non putant cessanda. Hæc Pisanus c. 5. hæc supradicta sunt intelligenda vt diximus quando voluntas alicuius Prælati vel superioris non directe contra Deum, regulam vel animam suam dicitur in regula non præcipientes eis aliquid quod sit contra animam suam & regulam nostram.

8. Quando igitur frater videt operam, vel opus sibi iniunctum ipsum nimium retrahere à diuina contemplatione, tunc necesse est vt diligenter vtraque parte cogitet, si nociuum sit & periculosum an non, & si nequeat determinare debet determinationi & iudicio sui Prælati subiici. Sed vbi apertè cognosceret tale opus sibi iniunctum & impolitè retrahere eum à diuinis, & quod afferret maximum damnum spiritui illius & salutem animæ suæ, tunc licet esset commissum contra animam & regulam, maxime si esset superfluum & non multum necessarium quod imponitur vel iniungitur, vel adificia superflua, eleemosinarum inhonestarum postulatio, seu intromitti nimis in negotiis secularibus, tunc nullus mentis compos aliter iudicabit quam spiritum deuotionis extinguere, quamobrem subditi talibus in casibus, ad suos debent recurrere ministros, vt dicit regula in tali casu. hæc Petrus Ioannes.

9. Pro laboris mercede minime possunt fratres recipere aurum vel argentum, corium vel quicquid

cumque aliam rem vel materiam, vt ex ea sua compleant officia vel exercitia, tamen pro fratribus induendis possunt recipere supradicta, & similia. Hæc quatuor Magistri, & etiam author conformitatum.

10. Fratres illi qui non possunt (vel potius) qui nolunt in seruitio communitatis laborare, nisi aliquid eis retribuatur, sunt proprietarij. Aluarus. De Ecclesiæ planctu.

11. Res quæ particulatim possunt recipi respectu mercedis vel laboris non specificantur nec inveniuntur ab aliquibus expositoribus, sed ipsamet regula est clara & euidens quæ dicit, quod præter denarios vel pecuniam alia recipiant. Dico igitur quod fratres non possunt nec debent recipere de omnibus iis rebus eis oblati ob præterium sui laboris, hoc est quas regula prohibet, nec minus à statutis prohibitis non possunt ob suum laborem postulare, vt dicit author Alphabeti in suo tractatu.

12. Quamobrem prædicatores prædicantes alicui populo non possunt recipere denarios aut pecuniam ob pœnâ sui laboris sub pœna peccati mortalis vel ab eisdem quærere. Et nota quod non dico facere præterium, sed dico recipere, quia si facerent præterium essent simoniaci, sed loquor de quæsitu seu receptione, sicut hodie in quamplurimis Ecclesiis & oppidis inuenitur certum quid quod datur prædicatoribus pro suis prædicationibus quadagesimæ & aduentus, vel aliis temporibus, quod non licet fratribus omnino talia recipere, si ta-

men dominus pecuniæ siue dispensatores meos
 proptio non respectu prædicationis sed charitate
 volunt præbere conuentui, possunt recipere modo
 indigeant. Hæc frater Damianus de Capella in suo
 tractatu, & hoc limitibus regulæ seruatis.

13. Propter illa verba à diuo Francisco posita
 regula capitulo quinto vbi habetur quod ex
 otio animæ inimico sanctæ orationis & deuotionis
 spiritum non extinguant, his verbis aperte nobis
 sanctus Franciscus insinuauit suam voluntatē & in-
 tentionem, scilicet ita nos laborare velle quod orationis
 & deuotionis spiritum non extinguamus
 quocirca adulterat omnis qui omnino se dedit
 ctioni librorum & prædicationi. Oporteret fratrem
 minorem aliquando ascendere ad montem con-
 templationis diuinæ cum Christo, quia deditus
 tæ Mariæ Magdalenæ (quæ optimam partem ele-
 git) & aliquantum refocillatus spiritu, poterit
 lius descendere ad turbas docendas: dicebat enim
 Seraphicus Pater noster Franciscus: nolo tantum
 fratres meos seculares docere verbo, sed etiam
 exemplo, & præsertim bona vita & conuersatione.
 Idcirco mi frater exuberare & abundare illo
 balsamo.

14. Exhortor fratrem minorem potius se dedit
 exercere contemplationi, & orationi, quàm lecturæ
 ei siue litterarum humanarum studio, nam vt
 ti patris Francisci verbis vtar, nescientes litterarum
 non curent eas discere, sed attendant quod supra
 omnia desiderare debent habere spiritum domini
 & sanctam eius operationem, orare semper

Deum puro corde. Nam nobis parum proderit si vniuersum lucremur mundum prædicando, si animæ nostræ patientur detrimentum æternum, quod fiet haud obseruando promissa quia non promissimus nec vouimus prædicare, sed operari, non studere, sed orare. Si instanter memoriæ mandaremus dictum Ecclesiastici, d. Bonum est vouere sed multo melius est non vouere quam post votum promissa non reddere nec tenere: Tali pacto non essemus transgressores nostræ professionis & sancti instituti vt sumus. Nunquam Deus postulabit à nobis (nisi otio vacemus) cur non studuimus, cur non prædicauimus vel quam plurima alia, quæ non vouimus aut promissimus: sed tantum postulabit à nobis cur non regulam nostram obseruauimus. Si legissemus vitam sanctorum patrum qui suis fuerunt temporibus egregij concionatores: veluti Sancti Francisci patris nostri, sancti Bonauenturæ Episcopi & Cardinalis, Sancti Anthonij de Padua, Sancti Ludouici Episcopi, Sancti Bernardini, Sancti Iacobi de Marca, Sancti Ioannis Capistrani & aliorum plurimorum, videremus quomodo hi omnes & sui sequaces prius se tanquam scuto forti & inexpugnabili scilicet oratione sese muniebant, vt deinde alios possent docere verbo pariter & exemplo, & eos animare ad Christum sequendum. Et dum alios docebant & sanctam interpretabantur scripturam & doctrinam Euangelicam, minimè interim suam transgrediebantur regulam, siue patrum nostrorum sancta instituta, imo ad litteram & vnguem obseruabant eam, sine glosa aliqua, aut interpretatione. Igitur prius in te operare quæ populo es dicturus,

& prædicaturus, sicque agendo magna à Deo consequeris præmia, nempe gloriam beatam. Si bene vis incumbere vitæ Mariæ, videro nostrum speculum Christianum & ducem professorum Romæ breuiarij quos dedidimus prælo abhinc duobus annis Parisiis.

Caput vicesimum primum.

1. **F**ratres non possunt habere proprium nec communi nec in particulari. Gregorius Innocentius quartus, Alexander quartus, Nicolaus 3. paragra. Porro. Clemens 5. paragra. Proinde fratres non solum debent carere proprietate, etiam fructu annuali & iuridica possessione cuius rei temporalis vt dicit Nicolaus tertius paragra. Nec quicquam.
2. Fratres non possunt emere, sed bene possunt conuenire de pretio & solutionem petere. 4. paragra. Magistri.
3. Fratres in aliquo casu possunt nummos præstitos accipere Nicolaus 3. paragra. Caterum, & improprie & non proprie, sed nequeunt nummos præstitos conferre. Vide 4. Magistri in 6. capitulo & etiam Hugonem capite eodem.
4. Non possunt fratres pignorarè aliquid vt sine sed dantis autoritate possunt, cogente necessitate vt tenent 4. magistri capite 6.
5. Per propriam autoritatem fratres non valent commutare res habitas sui vsui in alias res necessarias, sed bene poterunt cum facultate commutare, 4. magistri & Hugo, & hoc per manus factas

vt dicit Clementina.

6. Fratres non possunt locare opera sua, scilicet ad faciendum pactum, in receptione operis operantis, sed poterunt bene expectare mercedem absque peccato. 4. magistri.

7. Si non possit fieri commutatio, sine pecuniæ prætio, cum hoc sit proprietas nostri ordinis sedis Apostolicæ Syndicus Papæ debet eam facere vt dicit Nicolaus 3. paragra. Quia vero.

8. Fratres non possunt quicquam dare nec recipere sine Prælati facultate, Gregorius 9. articulo 4. & etiam Innocentius quartus, paragra. Dicimus autem.

9. Fratres omnes non possunt cum licentia siue sine licentia dare aliquid etiam minimam rem absque dantis facultate ad donandum extra ordinem. Nicolaus 3. paragra. Insuper nec utensilia.

10. Si fratres dicant danti, se causa donationis postulare, & ille concedit, ipsi dare possunt vt dicit Brandolinus.

11. Fratres non possunt etiam de Prælatorum licentia, dare denarios siue pecuniam amore Dei. Hæc Aluarus de planctu Ecclesiæ.

12. Si fratres voluerint bona conscientia posse aliquid præter denarios dare intus & extra ordinem, oportet habere licentiam, dicto capitu. non dicat.

13. Oportet quod illud quod fratres volunt dare sit vile & parui prætij aut valoris, Nicolaus 3. parag. De vilibus autem vel parum valentibus. Innocentius 4. paragra. Dicimus autem.

14. Fratres possunt elemosynam facere, quando

proximus est in magna necessitate, & si non potest
 recursus haberi ad superiorem, possunt sine licen-
 tia, quia minor cedit maiori. Hæc Panormitanus
 cap. Si quis, de furtis glosa, in cap. non dicatis. 12.
 prima.

15. Fratres possunt absque licentia, imo contra
 obedientiam Prælatorum, facere eleemosinam quod
 do proximus est in extrema necessitate, & obligatur
 ex præcepto diuino, hæc magister Richardus
 4. distinct. 15. artic. 2. quæst. 2. & etiam glosa
 pitulo non dicatis.

16. Fratres possunt facere eleemosinam ex volun-
 tate Prælati habita vel præsupposita, vt sunt illi
 habent officium, argumento de donationibus
 filius in paragr. 1.

17. Fratres non possunt conuertere in vsum
 cialem, absque Prælati licentia res communitatis
 Aluarus de planctu Ecclesiæ. Estque actus prop-
 tatis.

18. Fratres quando extra domum se conferunt
 maliciose clauem suæ cellæ secum deferunt,
 alterius officinæ, vbi fratres sunt accepturi aliquid
 nolentes eam dimittere, & prælato assignare
 Proprietarij, vt dicit Aluarus vbi supra.

16. Cum frater habet librum siue aliquid, quod
 præsentem non vtitur nec indiget, & dare nec
 stare vult indigenti, est proprietarius. Aluarus
 supra.

20. Si frater aliquid habet, quod non vult esse
 Prælato manifestum, siue præcipiente Prælato
 manifestari illud non vult, statim est proprietarius
 est casus referuatus. Martinus 5. cap. Viis & Aluarus

vbi supra.

21. Fratres non possunt habere duplices libros tenoris eiusdem. Aluarus vbi supra. & illi accipere nequeunt de rebus communibus, plusquam prælatus concedit, siue officialis curam gerens. Aluarus vbi supra.

22. Si prælatus aliquid ex vsu alicuius fratris auferat si frater murmurat, contendens coram superiori & prælato, talis est verus proprietarius. Aluarus supra.

23. Nullus frater potest se obligare ad aliquid faciendum alicui fratri, nec seculari, sine Prælati licentia, quoniam neq' velle nec nolle habent cap. Si religiosus, de electionibus lib. 6. Vnde scripta obligatoria fratrum sunt ridiculosa.

24. Nullus frater potest nec debet contendere de aliqua re aduersus fratrem, maxime de pecunia & coram Prælato, & cæcus esset Prælatus ille, qui tales contendentes audiret. hæc Aluarus vbi supra.

25. Fratres non possunt fieri hæredes, nec quicquã accipere hoc prætextu quasi sub forma legati, vide Clementinam paragr. igitur.

26. Fratres non possunt recipere redditus annuales Clemens. 5. paragr. Cumque annui redditus.

27. Fratres nequeunt se præsentare in iudicio nec in curia, nec sollicitare procuratorem vt dicit Clemens quintus paragr. ex zeli.

28. Religiosi cuiusunque status aut conditionis sint, qui aliquem inducunt vt apud eorum ecclesias eligant sepulturam, vel per alium hoc faciunt directe aut indirecte, sunt excommunicati excommunicatione Papali, à qua (præterquam in mortis ar-

271
 titulo) non possunt absolui ab alio. Clemens. C
 pientes, de pœnis, vide Angel. sepultura para
 35. & 36.

29. Fratres non possunt esse exequutores vltim
 rum voluntatum, sed bene possunt dare consilia
 exequutoribus. Clemens 5. paragra. Cumque on
 nis fratres.

30. Fratres non possunt facere prouisionem in
 turum, vbi potest expectari seu sperari posse vi
 sustentari, & maxime eorum rerum, quæ quon
 possunt inueniri. Clemens quintus paragra. Rur
 autem.

31. Cum esset credibile & per certam scienti
 expertum, non posse vitam agere absque ali
 prouisione, hoc ministris commissum est, cultu
 bus, & Gardianis in suis administrationibus o
 duobus sacerdotibus ex antiquioribus ordinis
 rum cõsilio & assensu debet processus haberi ad
 lem prouisionem dantes semper pro & cõtra, co
 rantes eorum conscientias. Clem. 5. paragr. Rur

32. Fratres non possunt facere templa siue sus
 bitationes, prætiosas in magnitudine & figura
 cut fiunt hodie, sed deinceps sint contenti in
 ordine, humilibus & temperatis ædificiis in mi
 ro, magnitudine & quantitate non nimis excessi
 vt dicit Clemens 5. paragr. hinc est. Sed hodie
 tinua tentatio cor Prælatorum ita inuasit quod
 lunt ædificare & de facto plures faciunt ædific
 domos, ac si essent Palatia Regum & principum
 quibus maximam pecuniæ summam expensam
 superflue & inutiliter, sicque non seruatur pape
 tas euangelica.

33. Fratres possunt habere paramenta Ecclesiastica in numero magnitudine competenti & sufficienti, superfluitas autem, & nimia pretiositas vel curiositas (sicut nec in aliis) non potest haberi secundum illorum professionem quia hoc pretendit & sapit thesaurizationem, quod derogat paupertati. Clem. 5. paragra. *Quantis.*

34. In oblatione equorum & armorum funeralium (vt est mos Italicorum) debent obseruare fratres illud, quod dicit Nicolaus 3. paragra. Ceterum circa pecuniam. Clemens quintus paragra. Circa equorum.

35. Licitum est fratribus habere hortos, & claustra ad sui recreationem spiritualem, & etiam ad habenda necessaria hortalia vt olera pro se ipsis, sed non vendendi gratia vt docet Clemens 5. paragra. *Licet verò.*

36. Fratres pro faciendo vino, nec gratia vendendi, non possunt habere vineas. Clemens 5. Si casu legata fuissent fratribus aliqua locandi causa vt vinca colenda, siue alij campi, omnino horum fratres non sunt capaces, Nicolaus 3. paragra. Sed hæc quia.

37. Si testator testans diceret lego tantam pecuniã pro necessitatibus fratrum siue domum vel campum, talem hæreditatem, vt per certam vendatur personam & pretium expendatur & consumetur in ædificiis fratrum vel aliis necessitatibus.

38. Dum obseruetur illud quod dicit Nicolaus 3. circa pecunias in paragra. Ceterum autem talis legati fratres sunt capaces paragra. Ad hæc cum vir sanctus.

39. Sed si legatum fuisset indifferens, dico quod
 obseruando omnes condiciones circa eleemo-
 nam pecuniariam à Nicolao tertio positas, semper
 intelligendum est, quod sit legatum sicut dictum
 est in prædicto articulo, nisi aliter exprimat, ut
 cit Nicolaus 3. paragr. nam ut nos.

40. Ecclesia Romana attrahit, sine alia controv-
 ersia Ecclesiarum proprietatem cōuentuum fratru-
 vasorum, librorum, paramentorum Ecclesiasti-
 rum, & utensilium. Nicol. tertius paragr. Ad hæc
 Ioannes 22. In extrauaganti quæ incipit ad con-
 torem canonum.

41. Dominium & proprietas rerum quarum
 simplex facti conuenit fratribus, sunt dantium
 plena autoritate reassumendi eas toties quoties
 luerint, exceptis Ecclesiis & oratoriis quæ sunt
 dis Apostolicæ, & si res prædictæ Patronum
 habent siue dantem, aut Patroni mortui fuerint
 non ordinauerunt aliquid, tunc sunt summi po-
 tificis, seu Apostolicæ sedis. Nicolaus 3. paragr.
 hæc & Clemens quintus. paragr. proinde.

42. Et quia Ecclesia Romana attrahit ad se
 proprietatem rerum necessariarum vsui fratrum, ab
 superfluarum, imo vetat omnem superfluitatem
 abundantiam, cumulationem videlicet & proci-
 nem in futurum, scilicet pro necessitatibus in
 Nicolaus tertius & Cle. 5. vbi supra, idcirco
 tur superfluitatem & curiositatem non conuenit
 vsui fratrum, & ita esse fratres proprietarios, ut
 Ioannes Phanus.

43. Non licet fratribus vsus omnium rerum
 solum necessariarum sustentationi naturæ &

cutioni officiorum ordinis, Nicolaus tertius vbi supra.

44. Ordo fratrum est in arctissima paupertate fundatus, capi. Nimis praua de excessibus prælatorum, & fratres nihil proprij, nec in communi nec etiam in particulari possunt aut debent habere secundum regulam suam. Hæc Panormitanus.

45. Fratres sunt obligati vsui arcto rerū, scilicet illis pauperibus & strictis vsibus, in regula contentis, & sub modis illis obligatoriis sub quibus expressum est in regula. Clemens quintus paragra. Ex primis.

46. Fratres non possunt habere plus quam vnum Cymbalum pro Conuentu, sine expressa licentia summi Pontificis, sed bene possunt habere Campanas paruulas, veluti ad Ianuam, Capitulum pulsandum, infirmariam, sacristiam, Refectorium, sed non super pinnaculum. hæc Ioannes 22. & frater Garfias multum redarguit conuentus qui transgrediuntur supradicta. vide cap. 18. sui tractatus in paragra. 75. 76. 77. 78.

47. Fratri minori non sufficit, odio non habere fratrem suum, hoc enim decet omnes fideles christianos quantumlibet imperitos, sed frater fratri familiaritatem extinsecam debet, signaque domestica charitatis demonstrare, vt alteri suam necessitatem sicut domestico possit ostendere, vt dicit seraphicus pater Franciscus in regula, & secure manifestet vnus alteri necessitatem suam, hæc Hugo capitulo 6.

48. Debent fratres seruire alterutrum sicut pro exigentia nostri status & ægritudinis siue personæ

rationabiliter vellent sibi seruire, sicut docet regu-
& etiam vt dicit Hugo, capite sexto.

79. Quam cura sit habenda & diligentia con-
infirmos, responder Martinus. s. quod ea de qua
dicitur in statutis generalibus, ordinamus quod fr-
tribus infirmis fratres infirmarij; & alij fratres in-
firmorum seruitiis deputati, studeant cum omni
diligentia & sollicitudine eis seruire charitatis
sicut vellent sibi seruire, & de omnibus necessa-
ribus prouiderere, siue prouideri facere teneant.
Hac ille.

50. Item mandamus quod ministri & custodes
suis conuentibus & locis in quibus erunt si quis
runt infirmi personaliter eos visitent & inquam
qualiter consuetudinarie prouidetur & seruiunt
firmis, & si aliquos cōpererint defectus, fratres
fuerint in his culpabiles secundū defectus illos
& culparum exigentiam puniant, & defectus pro-
poterunt emendari faciant. Hac prædictus
Ioannes 22.

51. Subditi prouidendo sibi necessaria, vbi pro-
sunt negligentes non peccant, quia ab omni
extrema necessitas est excepta. Hac Petrus Ioan-

52. Infirmus si pauper voluntarius est, penitet
quod diuites, sed quod pauperes decet, pauperes
modicis esse contentum, & in necessariis saepe
cere. Grandium est grādia quærere, & nullam
sideratis penuriam pati. Sobrius erubescit
fluus esse, siue improbus in petendo. Itaque
debet infirmus, ne sua superfluitate, siue impu-
ri sibi seruientem contristet aut molester in
Hac Hugo, capite 6.

53. Debent ergo fratres, vt possunt fraternæ necessitati subuenire, alioquin offenderent & peccarent, non solum in regulam suam, sed etiam in semetipsos, vnde dicitur Matthæi 7. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Qui enim debitum fratri subtrahit auxilium, ipse ad idem sibi (cum similiter indiguerit) subtrahendum suo alios exemplo disponit. Hæc habentur in Ecclesiast.

54. Sanctus pater noster, admonet fratrem infirmum, vt referendo de omnibus gratias creatori, vt qualem enim vult eum dominus, talem se esse desideret, sanum siue infirmum, idem ait. Rogo omnes fratres meos, vt in infirmitatibus suis, non irascantur siue conturbentur contra Deum, vel contra fratres suos, nec multum sollicitè postulent medicinâ, nec nimis desiderent liberare carnem cito morituram, quæ est animæ inimica. Hæc Hugo in capite 6. tradit.

55. Sicut diximus de fratribus infirmis, ita censendum est de fratribus peregrinantibus & hospitibus, tam notis quam ignotis, nam eos sicut Angelos Dei debemus recipere, scilicet cum maxima charitate & benignitate. Sic enim antiqui fratres faciebant, quia illico vt veniebant ad abluendos pedes, cæteraque edenda vt poterant currebant. non enim eos extraneos reputabant, quos suos esse fratres considerabant, eis vt domesticis, quæ habebant in cibus, lectis, & aliis familiariter & charitatiue exhibebant. Hæc Hugo, capite 6.

1. **F**Ratres qui à superioribus sunt destinati & deputati confessores, post factam præsentationem prælatis Ecclesiasticis possunt audire confessiones venientium ad confessionem. Clemens de sepulturis, cap. Dudum, paragra. Statuimus.
2. Prælati non possunt destinare aliquem confessorem, nisi sit sufficiens & idoneus, deuotus, doctus & approbatus, discretus, & morigeratus, cap. supra, paragra. hac deinde.
3. Postquam facta est præsentatio Episcopis & eorum Vicariis, dum sint sufficientes, audire possunt confessiones, scilicet in illa tantum Diocesi sunt approbati, c. 15. sessionis 23. concilij Tridentini ideo qui præsumit audire confessiones in Episcopatu vbi non fuerit receptus & approbatus, peccat mortaliter & non absoluit pœnitentem, nisi fuerit necessitas.
4. Dicti præsentati omnium peccatorum absolutionem dare possunt, quam possunt dare Curati parochiales de iure, nisi maiorem gratiam Episcopus eis concederet, circa casus sibi reseruatos (c. 1. capite Dudum) quos dominus parisiensis Episcopus mihi sua gratia concessit post debitam excommunicationem mihi factam in vigilia Pentecostes anno 1580. ob idiomatum exuberantiam, in quibus tantum Pontificis & Legatos regum Castellæ & Legionis vna cum eorum familiis confitebar dum gerem in prædicta alma vniuersitate in qua tunc temporis curia Regis Christianissimi erat. prædictam auctoritatem mihi annuit. r. D. D. episcopi

netensis, præfente illi D. archiepiscopo Rothomagensi. D. Carolo à borbonio cui dedicaui lucidarium subiecti legis gratiæ, ac tabulã exordij misit, ac de significatione & ratione eorum quæ dicuntur & aguntur in ea.

5. Aduerte aliqua tibi notanda non parui momenti quoad fratrum absolutionem & etiam seculariũ, quæ reperiuntur in mari magno & supplemento ordinis, ideo perlege illa attente & diligenter, nisi velis vt cæcus cæco ducatum præbere. Hoc in capitulo bene tibi illa apposuissem, nisi fuisset, quod multa alia sunt mihi visa magis necessaria vna cum illis succinctè scribere, tum quoniam sunt priuilegia spiritualia, non derogantia statui nostro Seraphico, imo multum decentia, quia in illis sunt Antidota perutilia ad ressecandum & euertendum mordaces insultus status nostri sanctissimi. Ideo nota illa & vide in fine huius tractatus vbi etiam inuenies eorum confirmationem.

6. Nota quod non sufficit exuberare autoritate spirituali, sed oportet etiam scientia & prudentia discretionèque, vt confessor possit discernere inter lepram & non lepram. Ideo rursus tibi dico animaduerte, vt bene scias lepram à lepra discernere: & legito quamplurimum summistas, præsertim vero Martinũ Alpicnetã, quia quamuis Angelica, Siluestrina, Anthonina, Victoria, Armilla aurea ceterèq; omnes sint bonæ: tamẽ illum non opacũ præclarum manuale confessorum, Doctoris dicti eas antecellit, eoquod interseruit decreta sacri concilij tridentini, etiam medullam illarum, in eo opere inclusit. Verũ fateor mi frater quod plures perlegi summistas, sed

nullam inueni tam vtilem facilémve, quia qui bene edidicerit dictum manuale, aliàs summam Nauarum profecto fari se poterit bono iure & canonistam & theologum peritum: experire precor quæ dixi possis lumen præbere ignorantibus.

7. Ne mireris (frater mi) si hæc priuilegia appo- sui hoc in manipulo, quia intèntione hac ea posui, & eisdem vtaris conscientia tuta, & vt scias quæ in tu iurisdictione sunt quoad spiritualia, & si aliqua li- perius dixi de priuilegiis, sane intellexi de surrepto- uis & relaxatoriis, necnon distrahentibus à rigore tantæ regulæ, ista autem nõ sunt ex illis, vt iam mo- mini, imo in eis cõtinentur non pauçe gratiæ spi- tuales & indulgentiæ tum nobis, tum secularibus valde vtilis, ideo illa mandato memoriæ diligenter.

8. Ministri tam generales quam prouinciales, po- sunt aliquos casus sibi reseruare, de quibus debe- fieri recursus ad eos. Urbanus 4. author conforma- tatum & Alphabeti, cap. 7.

9. Hi sunt casus reseruati ministro generali i. im- ponere manum violentem in Gardianum siue in aliquem Prælatum & superiorem, etiam cum parte iniuria 2. falsificatio manus vel sigilli Reuerendissi- mi ministri generalis 3. retinere malitiose & scien- ter siue aperire litteras, quas ille Reuerendissimo pater generalis mittit, siue ab aliquo mittuntur ad eum 4. moram facere malitiose aperiendi siue reco- piendi vel legendi litteras, non obediendi gratiæ Reintegrare siue recolligere & legere litteras ad aliquem missas ab ipso patre Reuerendissimo, siue ab alio vel aliis mandantibus siue mittentibus ad illum 6. Componere, scribere, eiicere siue publicari

libellum famosum, siue nomine proprio, aut alieno in infamiam Reuerendissimi patris ministri generalis.

10. Casus referuati ministris prouincialibus, 1. inobedienciæ contumacis quando quis trina monitione præmissa factis congruis interuallis per diem naturalem inobediens perseverat, 2. proprietariæ detentionis rerum 3. lapsus carnis 4. furti rei notabilis, siue frequenter iterati 5. iniectiois manus violentæ in qualemcumque personam 6. falsi testimonij in iudicio facti.

7. Compositionis publicationis, seu projectionis libelli famosi 8. falsificationis sigilli cuiuscumque personæ notabilis, 9. falsæ criminationis aut accusacionis in infamiam cuiuscumque personæ, 10. tactuū impudicorum & enormium.

11. Incitationis siue sollicitationis ad peccatum carnis factæ scienter & deliberate.

12. Quando accusati quærunt scienter nomina accusantium, dempto, quando accusatus de crimine peteret à Prælato ad deffensionem suam, sibi accusantium nomina reuelari.

13. Quando aliquis frater deponit coram prælato, siue uisitatoe scienter & falsè de aliquo peccato contra aliquem fratrem, siue inducit aliquem alium ad similia, siue reuocat falso vel inducit ad reuocandum illa, quæ veraciter deposita fuerunt 14. Reuelatio facta scienter de nominibus accusantium, siue aliis non scientibus, hæc sunt statuta generalia à summis Pontificibus confirmata, præcipue autem ab Urbano 4. & Bonifacio octauo.

11. Hæc sunt pœnæ quas incurrant absoluentes

à casibus referuatis. Prima qui scienter absoluerit, peccaret mortaliter 2. Ipso facto est suspensus à confessionibus audiendis 3. Quicumque in hoc viciosus legitime fuerit deprehensus, pœna carceris et mancipandus, & pœnitens non est absolutus, immo est ligatus vt prius, 4. Si quis ausus fuerit affirmare, quod quis potestatem non habens potest absolueri ab illis, & correctus noluerit reuocare, carceri incipetur, Martinus quintus & etiam constitutiones generales.

12. In illo præcepto, si qui fratrum instigante inimico, mortaliter peccauerint, regula intelligit de peccatis publicis, & non de occultis, Gregorius 9. paragra. Quia in quodam. Innocentius 4. paragra. Illud quoque. Sanctus Bonauétura, Hugo, Pisanus cap. 6. suarum expositionum.

13. Cum aliquis incurrit aliquod peccatum referuatum (quod absit) & non habet copiam sui Prælati siue superioris, si venerit ad confitendum simpliciter sacerdoti, talis sacerdos debet eum interrogare an sit præparatus ad exequendum præceptum regulæ, scilicet vt recurat ad suos ministros, & si dixerit, quod non, causa timoris siue alicuius respectu Prælati, tunc non est capax absolutionis, quoniam tories quis est in peccato mortali quoties præcepti executioni demandare contempserit, quia non votum emissum soluere, in quo non nisi solus pontifex dispensare potest, sed si dicat quod sic, hoc est se velle præsentare quam citius poterit sine nota si aliàs periculo fame, tunc capax est confessionis, & debet absolui (indirectè tamen) eoque peccatum est occultum, quia si esset publicum, omnino non

esset absoluendus, quia intelligitur illud regulæ de peccatis publicis tantum, vt dicit Gregorius 9. & quia vt dicit diuus Bonauentura cap.7. quæ sunt secreta non sunt publicanda, & quando ad satisfaciendum præcepto regulæ, Prælatus accesserit quis, debet recurrere (vt diximus,) illo modo meliori quo poterit vt Prælatus tanquam homo & persona simplex non veniat in commotionem. Et toties quoties habuerit copiam sui Prælati, & non satisfecerit regulæ præcepti, cui tenetur sub pœna peccati mortalis sciat se peccare mortaliter. Idcirco vnusquisque videat & consideret diligenter hæc.

14. Gregorius 9. Innocentius 4. volunt, quod generalis & prouinciales ministri licentient custodes & etiam alios sacerdotes discretos suæ prouinciæ, quibus suam committant authoritatem, vt de occultis (& non aliis) possint absoluere, & hoc ad euitandos plurimos discursus fratrum.

Sed hoc hodie plures ministri prouinciales nõ curant hæc adimplere, nec obtemperant præceptis vel statutis pontificû, sequitur ergo quòd quæ sunt occulta, non sunt pandenda vel manifestanda: ideo fratres non debent recurrere ad eos, quia multo præciosior est bona fama quam substantia aut diuitiæ multæ. Tamen sane intellige prædicta, id est, vt quamcitus poteris sine nota tui procura absolutiõnem ab habente authoritatem, quia si superiores tui vtantur magis vino quam oleo, nihil tua interest, fac quæ te decent & sine iudicium talium fratriedarum Deo omnipotenti, quia omnes prælati ordinis, veluti Generalis Prouinciales & Gardiani,

possunt sibi referuare casus peccatorū occultorū
 ga religiosos sui ordinis, & alij absoluentes nulli
 tibi conferent absolutionem, imo & incurrunt po-
 nas supradictas per priuilegium Alexandri 6. & per
 constitutiones antiquas, & etiam per Martinum
 7. capitulo, vide illos. Prædictus articulus intelli-
 tur vt supra diximus, quia si eum absolueres à re-
 su Prælatorū, mortaliter peccares, & nulla esset
 solutio, sed quando promittit tibi se præsentare,
 absolue eum à culpa, restituendo eum sacramen-
 ecclesiasticis, & pro pœna iniungenda remitte eum
 ad suum superiorē, & si hæc seruaueris minime pe-
 cabis, dum sint occulta peccata.

15. Qui ad generalem ministrum recurrunt
 sa peccati carnis, dictus minister generalis potest
 absolueret, tamen propter delictum debet & tenet
 remittere eum ad suum ministrum prouincialē
 ue custodem, qui per se debent suum exercere
 cium, nec in hoc possunt committere suam au-
 ritarē nisi Gardianis delinquētium. Et hoc per
 tem Bulæ Calixti tertij quæ incipit illius cura
 pace, paragra. hac etiam.

16. Fratres non possunt confiteri adinuicem
 dico de casibus referuatis) sed de cōfessionibus
 tidianis sine licentia suorum superiorum. Ber-
 ctus in extrauaganti quæ incipit inter cunctos
 Electi. & Bonifacius 5. in suo mari magno, sum-
 Angelica, versus. Confessio. 3. 1. paragra. 13. sed
 ybi est consuetudo quod sacerdotes ad inuicem
 confiteantur, & prælati animaduertunt & con-
 tiunt, possunt tuta conscientia.

17. Fratres possunt confiteri sacerdotibus

laribus, necnon religiosis extra conuentum illorum, & hoc dum socio sacerdote careant, & fiat sine fraude aliqua, Leo Papa decimus in priuilegiis dominicanorum, quibus gaudemus propter communicationem. Vide compendium Venetiis impressum & apud Caluarinum Parisiis, & Salamanticae.

18. In articulo mortis quilibet sacerdos potest absolvere à casibus reseruatis, etiam ab excommunicatione qualicumque, & non est necesse amplius reiterare confessionem, siue recurrere ad aliquem superiorem ordinis. Angelica. Confessio. 3. paragra. 2. Tamen quando calui reseruato est propinqua excommunicatio, confessor debet imponere infirmo vt si vixerit quamcitus poterit superiori se representet: Angelica, Absolu. 3. paragra. 16. aliter incideret immediate in eandem excommunicationis sententiam, cap. eos de sententia excomm. libro 6.

Vicesimumtertium Capitulum.

1. **E**lectio generalis ministri debet fieri ex capitulo reformato, scilicet quod obseruet regulam & viuat reformate, & eligatur ex illis fratribus reformatis qui reformate viuunt, siue qui obseruant regulam sine priuilegiis rerum temporalium. Leo 10. in Bulla vnionis.
2. In electione generalis ministri non habet tempus, locum de iure statutum, Bonifacius Papa Octauus in mari magno, capito secundo.
3. Statim vt minister generalis est electus, canoni-

ce & scrutinium electionis promulgatum est, habet iurisdictionem ordinariã super omnes fratres sine alia confirmatione. Bonifacius Papa Octavus ubi supra.

4. Dum sit electio semper melior debet eligi quidem simpliciter, sed aptior illi officio, capitulum in Metropolitana 63. distinct. & S. Thomas quodammodo 6. quest. 6.

5. Eligendus est sanctior doctior & magis moderatus, & omnibus eminentior virtutibus & perfectior, cap. prædicto in Metropolitana.

6. Nullum impedimentum canonicum debet habere eligendus, quæ sunt infra scripta, id est, si mala vitæ, aut transgressor mandatorum Dei & regulæ. Vide diuum Dionysium in Epistola ad Demophilum, & sanctum Thomam ubi supra 2. si electus communicatus excommunicatione maiori, & Constitutis, primo de Appellationibus 3. si excommunicatione minori est excommunicatus, cap. 1. si de excommunicato ministrante, 4. si est suspensus siue interdictus seu non servavit interdictum, cap. de postulat. prælatorum & cap. dilectus de consuetudine, 5. si sit spurius, id est non legitime natus, illiteratus. cap. Cum incautus, de electione, si habuerit aliud impedimentum ibi annotatum, si fuerit semel reprobatus per vitium personæ cap. per eodem titulo 7. quod sit professus, capitulum 1. si, titulo eodem.

7. Clare ostenditur in sequenti articulo quod debet esse frater eligendus in generalem, imitatio suæ illi declarentur conditiones quibus debet dotatus & præfulgere, quas legimus in prima p-

ann
8.
ci
tu
tur
sen
spo
do,
& i
rén
gen
ber
tio
9.
xin
uer
qu
ran
qu
stu
qua
gre
per
cha
fui
re
dit
Qu
do
de
cia
fit

annalium ordinis nostri minorici.

8. Quidā frater dixit Seraphico patri nostro Francisco. Pater tu à nobis discedis tua morte, & familia tua quę in hac lachrymarum valle semper est sequutura tua vestigia remanet orphana, dic nobis quem sentis aptum ad tantum gregem gubernandum? Respondit pius pater, prius quam plurimum suspirando, dicens neminem fili video aptum sufficientem & idoneum ad tantum gregem regendum, pastoremque tantę multitudinis, tamen volo tibi depingere vnum in quo reluceat quomodo debeat se habere pastor tantę familię. ideo nota has conditiones.

9. Imprimis debet esse homo vitę grauis, 2. maximę discretionis 3. bonę famę & probatę conuersationis 4. quod desit in eo amor priuatus ad aliquem, quia hoc esset scandalum & causa murmurandi contra eum amando vnum & non alium. 5. quod sit amator ordinis, contemplationis ac etiam studij, 6. Quod cum discretionē deputer sibi aliquas horas suę salutis, & alias constituat commissō gregi. Nam summo mane ante omnia debet deuote persoluere diuinum officium, & sacramentum Eucharistię offerre pro semetipso prius, deinde pro suis ouibus. Postea seipsum in publicum constituere satisfaciendi, prouidendique gratia suorum subditorum necessitatibus, & mansuete, vt pater, 7. Quod non sit acceptor personarum, curam gerendo æqualiter tam de minoribus & simplicibus quā de sapientibus & maioribus 8. Quod habeat noticiam diuinarum litterarum 9. quod in suis moribus sit ei similitudo pię simplicitatis & sanctę humili-

tatis. 10. quòd amet ac foueat nuditatem
 nostræ paupertatis. 11. Super omnia sit contemptor
 pecuniarum seu nummorum vt corruptelæ, & in
 mica nostræ professionis 12. Sit talis quòd seipsum
 præbeat omnibus in exemplum 13. Sit còtentus
 bitu, chorda, fæmoralibus, breuiario, pro suo
 sed socius habeat atramentarium vel scriptorium
 pennas, sigillum pro aliis fratribus 14. Nò sit con
 lator librorum, vel cupidus eorundem 15. non
 tum incumbens lectioni, ne per hoc noceat reli
 obligationibus. 16. sese delectet consolari tristes
 flictos, atque tentatos, desolatòsque. 17. Sit sollicitus
 circa infirmos. 18. mansuetudine sua doceat pro
 uos, superbos, & rebelles sese humiliari. 19. non
 sed quæ Christi sunt quærat sollicitè, 20. Viscera
 fericiæ exhibeat peccantibus siue Apostatarum
 bus, & veluti pius pastor reducat dulciter ouem
 errantem in ouile. 21. Quærat semper honorè, &
 mam omnium pauperum peccantium, exèplo
 sti, & illis prouideat de omnibus suis necessitatibus
 spiritualibus. 22. Non irascatur in aliquam, sed
 gis còpatiatur omnibus membris Christi. 23. Quo
 do necesse est prouideat de cibis pro infirmis, &
 clam sed palam causa exempli vt idem alij faciunt
 24. Sciat cognoscere & distinguere occulta con
 riarum subditorum, sciátque inuenire veritates
 suis occultis, 25. Non præbeat auriculas siue
 tum adulatoribus, 26. Sit sollicitus audire con
 paupertatis amator, sanctitatis & iusticiæ, 27. Vir
 mam virilis iusticiæ non obscuret per cupiditatem
 retinendi honorem. 28. Officium Prælati arbitretur
 sibi magnum pòdus potius quam honorem, &

amore faciat humilitatis, 29. Quod per superfluam mansuetudinem non oriatur in subditis negligētia, & per multam misericordiam non generetur disciplinæ dissolutio. 30. Magnam vim faciat habendi socios, qui de se dent bonorum operum odorem. qui sint rigidi contra voluptates, fortes cōtra angustias, qui sint affabiles, vt cum amore recipiāt veniētes ad se. Ecce (aiebat sanctus pater Franciscus) qualis debeat esse generalis minister istius familiæ. Et qui talis est, semper Christus, (qui est in eo) do cet cum verbo & opere, vt annuntiet voluntatem domini. Igitur omnes illi (vt fideli dispensatori Christi) tenentur obedire, & qui eum audit, Christum dominum audit, & qui eum contemnit, Christum cōtemnit, non hominem. Lucæ 10. Supradictis conditionibus debent exuperare prouinciales & Gardiani in suis officiis.

10. Tuta & segura conscientia potest quis sub obedientia Vicariorum prouincialium esse, vide in Consilio Constantiensi, in bulla directā ad obseruantes, & in bulla Clementis 7. ad Capucinos directā, & Pauli 3. quæ Incipit Exponi nuper fecerunt.

11. Eligens debet habere noticiam morum. De eligendo. cap. Bonæ memoriæ & 2. de postular. prælatorum circa finem, & hoc debet intelligi quod per se, seu per alios, qui conuersati sunt cum eligendo, sciat mores illius, aliter enim non esset segura conscientia, vt dicit textus, cap. scriptum est eodem titulo, & fratres qui in electione generalis, aut prouincialium seu Gardianorum non directe & canonicè vadunt, excommunicati sunt à Pio quin-

10, & Prælati ab officio absoluuntur.

12. Electio ministrorum prouincialium debet fieri à cap. prouinciali, & debet fieri die sequenti, post cõgregationem totius capituli gardianorum & discretorum cõuentuum. Clemens 5. parag. Nos vestes cum sequentibus.

13. Ille cui consenserit maior pars capituli in numero, sine meriti respectu, aut zeli, sit confirmatus generali ordinis, tamen præmissa diligenti examinatione siue informatione, ante suam confirmationem. Clemens quintus vbi supra.

14. Si capitulum prædictum, id est congregatio prouincialium ac patrũ discretorum cõuentuum totius prouinciæ non possit eligere ministrum prouinciale die naturali & integra, & die sequenti, post capituli conventionem, tunc sit mandata electio ministro generali, meo iudicio hic non est credendum in tali electione consilium Lateranense locum habere, vbi loquitur de concessione prælatorum ne pro defectu de electione, quia tempus est breve. Clemens 5. vbi supra.

15. In confirmatione ministrorum prouincialium non admittitur contradictio seu appellatio alterius partis, quamuis aliter sit à iure. Clemens vbi supra.

16. Si generali & capitulo generali visum fuerit propter causam rationabilem melius providendum per generalem ordinis. Et cap. generale, de ministerio prouinciali in prouinciis vltimarum partium, scilicet Sardinie, Græciæ, Romaniæ, &c. hoc eis concessimus semper onerando conscientias illorum, cum electione aliquorum fratrum probatorum & discretorum. Clemens quintus vbi supra.

17. facti
debet
de
18. sit fa
19. riam
in di
20. vnu
dibu
cust
cuiu
le,
cum
sci a
quo
ad ca
cret
man
elect
prou
ter e
iiciu
ctus
grati
test
plera
prop
runt
& ta

17. Si contigerit ministrum generalem finire vitā, factum erit quodcumque per Vicarium ordinis, qui debet supplere vices illius, donec prouisum fuerit de alio generali. Clemens 5. vbi supra.

18. Si electio Ministrorum prouincialium aliter sit facta, sit irrita & inanis. Clemens vbi supra.

19. Prælati nostri habent iurisdictionem ordinariam supra omnes suos subditos, & non delegatam in disputatione concilij Salamentini.

20. Ad capitulum generale sufficit ire custodem vnum ex qualibet prouincia, electum ab aliis custodibus. Nicolaus 3. paragra. supra dubitationem. qui custos debet ire vna cum suo ministro prouinciali, cuius debet defectus deferre ad capitulum generale, vtpote tenetur discretus conuentus deferre secum defectus sui Gardiani cum quo debet proficisci ad capitulum prouinciale, ideo notandum est hic quod ex vtroque conuentu duo debent proficisci ad capitulum prouinciale, scilicet Gardianus & discretus electus canonice à fratribus conuentus vbi manserat iam per tres menses ante & quando sua electio fuit facta, quare nunc animaduertent illæ prouinciæ quæ non vtuntur isto more quod turpiter errant & peius agunt quando repudiant siue abijiciunt discretum illum qui non fuerat iuridice electus à communitate conuentus vbi degebat, & hoc gratia instituendi alium non electum qui non potest vllomodo vices prædicti discreti annullati supplere, quia quando discreti conuentuum cassantur propter demerita, seu quoniam electiones non fuerunt iuridicæ, dictus conuentus priuatur vna voce & tantum Gardianus remanet cum sua seu è cõuer-

so. finaliter hic notandum est quod veluti ad capitulum generale tenentur duo vacales adire ex vna quaque prouincia, similiter ex vnoquoque conuentu duo tenentur adire ad prouinciale capitulum, videlicet prouincialis & custos custodum prouincia, & gardianus & discretus pro conuentu ideo qui aliter elapso tempore egerunt: rogo hæc animaduerti.

Capitulum 27.

1. **P**Rædicatores possunt examinari & institui (etiam confessores) à ministris prouincialibus cum suis diffinitoribus, & hoc tantum in capitulis canonicis seu congregationibus, & nõ aliter nisi minister prouincialis sit commissarius cum plenitudine potestatis in sua prouincia. Nicolaus 4. ra. verum, & qui contrafacit abutitur & peccat, illaque est sua institutio: & subditus non potest absolui absque peccato.

2. Generalis minister potest instituere prædicatores & confessores secularium, sine alio capitulo. Prouinciales solummodo in cap. prouinciali canonico & congregationibus. Pisanus cap. 9. Vt iam diximus, quare caueant sibi prouinciales ministri contrafaciant.

3. Illa officia non possunt generalis siue ministris prouinciales committere nisi prius informatus de vita, moribus atate & doctrina talium qui committendum est officium. Declaratio domini Innocentij. 4. Vide concilium Lateranenſe sub Leonis primo celebratum sessione 9. & etiam decreta

cilij Tridentini moderni sessione 5. cap. 2. parag. Regulares.

4. Laici qualiscunque professionis, status siue conditionis sint, populo prædicare non possunt. cap. Sicut in vno corpore, de hæreticis, quâquam ipsi alias prædicauerint in exordio nostræ congregationis, tamen hodie nequeunt vti tali priuilegio, nisi in Indiis.

5. Priusquam Prædicator officium prædicationis assumat litteris debet incubuisse, & non expectare vt studeat postquam officium prædicatoris ei impositum fuerit & iniunctum. cap. Sic viue & cap. Si clericatus. 16. q. 1.

6. Tanta debet exuberare scientia verbi Dei concionator, vt sciat formare sermonem suum secundum auditorum capacitatem, quia prouerbiu dicit quod ille qui concionatur illa quæ sui auditores non capiunt, per vanam gloriam ipse prædicat, vide epistolam primam diui Petri cap. 5. & nota bene illam. ait hæc etiam Author Alphabeti, septimo capite.

7. Concionatores possunt semper concionari (dū fuerint approbati) etiam contra voluntatem Episcopi, excepta illa hora qua cōcionatur ipsemet Episcopus vel iubet concionari in plateis publicis, hoc est in Ecclesiis nostris & priuatis cap. Dudum de sepulturis in Clement.

8. Postquam fuerint electi dicti concionatores, primum debent & tenentur præsentari Episcopis seu eorum Vicariis & hoc personaliter, & secum in scriptis obedientiam suorum Prælatorum deferre, dicto concilio Lateranensi vbi supra, & concilium

Tridentinum sessione quinta. 2. capite.

9. Debent prædicatores ab ipsis Episcopis accipere benedictionem in concilio Tridentino sessione quinta capite secundo, quod est intelligendum in vice tantum pro tota vita.

10. Si prædicatores prædicarent errorem (quod absit) etiam si in plateis prædicarent siue in ecclesiis nostris, Prælati, scilicet Episcopi possunt suspendere à prædicatione dictos prædicatores, si quid prædicarent quod suam saperet hæresim. Ipsi Episcopi debent contra eos secundum consuetudinem iuris vel ciuitatum procedere in obstantibus quibuscumque priuilegiis, particularibus vel generalibus: & si prædicator præderet eximi, tunc Episcopus debet procedere. Legatus Papæ. In concilio Tridentino sessione. 5. cap. 2.

11. Prædicatores debent prædicare diuinam prædicationem & necessaria salutis animarum. 24. q. 3. & 4. Iustus pater noster admonet eos ut annuntient uirtutes, pœnam & gloriam.

12. Prædicatores possunt concionari in Ecclesiis nostris, etiam tempore interdicti. c. Dudum & 2. de barela & Paulus de consecrat. distinct. 1. de Episcopus nullus, & hoc intelligitur exclusiue interdictis seu excommunicatis.

13. Prædicatores in suis prædicationibus non sunt nec debent asserere diem determinatum Antichristi, nec minus, tempus malorum scilicet determinate, & qui contra fecerint ipso facto essent excommunicati, excommunicatione Papali, à qua nullus potest eos liberare.

uer
mo
Me
gis
to v
se 8
13.
14.
siue
in E
pro
om
Dec
cilio
lati
stol
cui
uent
stan
ptis
pedi
hac
15.
gis
obe
stici
nati
præ
16.
ferm
fiaru
loco

uere nisi solus Papa, siue ab eo licentiatus, nisi in mortis articulo, non obstante Caietano & Cicula Mediolanensi dubitantibus de supradictis, sed magis dico quod sunt priuati officio Prædicationis toto vitæ suæ tempore, vt dicit concilium Lateranense & etiam Author Alphabeti minorum, articulo 13. cap. 9.

14. Si autem accideret quod Deus reuelaret illis siue aliis prædicatoribus futurum quid venturum in Ecclesia, hoc non est prohibitum concionari & proponere populo, sed quia non est credendum omni spiritui, oportet prius probare spiritus an ex Deo sint nec-ne, ideo decretum est in prædicto concilio quod antequam hæc vel alia huiusmodi reuelatio prædicetur populo & annuncietur, à sede apostolica examinetur, cuius iudicio oportet stare, vel cuius iudicium debet expectari, sed si occurrerit euenturum periculum in mora, Episcopo est manifestanda, qui secum quatuor maturis doctoribus assumptis & diligenter negotio examinato, si videatur expediens esse, poterit eos licentiarum, onerantes super hæc eorum conscientias.

15. Concilium Viennense, & Clem. 7. de priuilegiis para. quibus etiam mandat prædicatoribus, per obedientiam, vt non detrahant de Prælatibus Ecclesiasticis. Glosa versu, detract. & hoc intelligitur nominatim: quia generaliter bene possunt tangere vitia prælatorum in communi.

16. Prædicatorum non possunt nec debent in suis sermonibus retrahere seculares à frequentia ecclesiarum Prælatorum Ecclesiasticorum, siue suorum locorum vices tenentium, imo vero tenentur debi-

tis temporibus onerare suorum pœnitentium
 conscientias, & audientium, vt decimas soluant decimas
 & statutis temporibus, nēpe prima dominica, &
 atque vltima quadragesimæ, die Ascensionis do-
 ni, & Pentecostes. Et qui scienter omittunt hæc
 cere vltra peccatum mortale & etiam vltra pœ-
 nitentiam imponendam à Prælati ordinis, qui de pœ-
 cepto arctissimo obligantur imponere grauissimam
 debet grauius reprehendi & corrigi publice
 occulte, secundum constitutionem Gregorij
 decimis libro 6. c. 1. Ideo illi qui confitentur & si-
 ter non faciunt conscientiam decimarum prædica-
 rum (hoc est) declarando obligationem de solu-
 dis decimis, sunt ab officio suspensi donec oner-
 conscientias confitentium, & sint purgati ab
 negligentia, vsque quo lapsi onerauerint prædica-
 conscientias, si prædicare præsumpserint aut con-
 fessiones audire, ipso facto labuntur in excommuni-
 cationis sententiam. Capitulo, Cupientes de pœnitentia
 Clement. paragr. Et quia.

17. Illi qui scienter retrahunt seculares à decimarum
 solutione (vt diximus) ipso facto incurrunt
 sententiam excommunicationis. cap. de pœnitentia in C.
 ment. paragr. Illud etiam.

18. Prædicator tenetur in sua prædicatione
 ne peccato mortali, aliter peccat mortaliter
 diaconus suo loco, & Petrus de Palude, in 2. d.
 hoc etiam videtur sentire Alexander de Hales
 si peccatū sit occultum, in tertia parte suæ sum-
 & bene confirmari potest per capitulum. C.
 exaudiero distinct. 50. & Maturinus le Breton
 distinct. 5. q. 3.

19
 tot
 dru
 Pe
 me
 Tu
 pha
 firm
 20.
 tus
 blic
 stat
 mo
 lect
 lem
 tan
 mu
 teri
 re
 pub

1.
 I
 stin
 ctio
 Et c
 cap.
 chie
 mor
 2.

19. Prædicator ex præcepto tenetur obseruare totum quod proponit populo, secundum Alexandrum de Hales ubi supra, & etiam dicitur psal. 49. Peccatori dixit Deus quare tu enartas iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, &c. Hæc Author Alphabeti minorum capite nono suæ expositionis cõfirmat.

20. Est regula generalis (inquit paruus Scotus) quod quicumque exercet aliquod opus publicum tanquam ex officio in Ecclesia militante in statu peccati mortalis, peccat mortaliter, cuiusmodi est prædicator (vti diximus) sacrae paginae lector, Diaconus, Subdiaconus, Sacerdos, cum solemnitate sacramenta administrans, Eucharistiam tangens, hæc ille in 4. distinct. 5. q. 3. Vnde summum remedium est prius confiteri vel grauius atteri, ac orare vt Deus suam illi dignetur infundere gratiam, antequam exerceat suum officium publicum.

Vicesimumquintum Capitulum.

1. **P**Rælati obligatur sub pœna peccati mortalis corrigere peccatum mortale. Arg. 85. distinct. 2. q. 7. cap. Qui nec regimini. & cap. Si rector 43. distinct. & Augustinus in lib. de Pastoribus. Et capitulo inæqualiter & quando. 2. de accusati. in cap. irrefragabili de offic. Iudicis ordinarij, & Ezechiel & Augustinus in libro de verbis domini in monte.

2. Correctio facienda à Prælato debet fieri cum

miseriordia, benignitate, veritate & iusticia c. Di-
 sciplina distinct. 45. cap. Omnis eadem distinctio
 & citius debet incidere in misericordiam, quam
 ueritatem. Vnde Prælati qui faciunt aliter & in
 causa quod fratres sui apostatantur, vere sunt ho-
 micidæ, cap. Recedite eadem distinct.

3. Prælati corrigendo tenentur esse sine peccato
 mortali, aliter corrigendo peccat mortaliter, capitulo.
 Qui sine, capituloque Iudicum, & cap. in gra-
 bus. & cap. Sacerdos tertia quæstione. 7. & capitulo
 Licet, de Simonia, & sanctus Thomas in 4. dist. 2.
 Petrus de Palude in 4. dist. 19. Mathurinus le In-
 4. distinct. 5. q. 3.

4. Correctio fraternalis omnibus ex præcepto
 ubi delinquenti profutura creditur emendatio
 Tam sacerdotes. 23. q. 3. & diuus Thomas 2. 2. q. 11.
 articulo. 2. & sanctus Augustinus in homilia 3. fer-
 post tertiam dominicam quadragesimæ super
 diui Matthæi verba 18. cap. Si peccauerit in te frater
 tuus, & cap. facientis. distinct. 86. Tamen nullus
 debet quærere defectum fratris, corrigendi causa
 dicit beatus Thomas, ubi supra.

5. Quando expectatur fratrem posse à peccato
 trahi, si propter damnum corporale, non corrigi
 peccatur mortaliter. Richardus ubi infra. & anima
 uerte quod quando omittitur fraternalis correctio
 quia non fuit conueniens locus, sed expectatur
 tempus commodius & locus aptior, tunc meretur
 secundum prædictum Richardum, in 4. distinct. 11.
 artic. 2. q. 12. Imo quandoque correctio fraternalis
 est omittenda, propter scandalum, quia tunc
 mo non consequitur illud, ad quod correctio

di-
 nar
 cur
 qu
 not
 ter
 nit
 Ide
 de p
 ex i
 6.
 rit,
 ant
 latu
 7.
 fiur
 test
 tern
 ca p
 mai
 dus
 8.
 abfi
 cus,
 seco
 9.
 in te
 catu
 Vbi
 guin
 10.
 blico

dinatur, hoc etiam modo per correctionem paternam, à punitione peccatorum est cessandum, secundum Augustinum cum exinde maiora mala sequuntur, & totum relinquere iudicio Dei pro quo notandum, quod duplex est correctio, scilicet paterna & fraterna, prima pertinet ad peccantis punitionem propter cōseruationem boni communis. Ideo subditus non tenetur de præcepto, corrigere de peccato publicè, sed solus prælatus cap. Cum ex inuito, de hæreticis maximè publicis.

6. Dum peccator pœnituerit & humiliatus fuerit, potest tunc alium corrigere peccatorem, & non ante vt dicit Richardus vbi supra 42. etiam si prælatus sit corrector.

7. Loquendo de correctione & increpatione quæ fiunt per pœnarum inflictionem, subditus non potest corrigere, sed prælatus. Sed de correctione fraternali, humiliter tenetur subditus facere etiam circa prælatum, hoc est verum, sed oportet facere cum maiori humilitate, quam si faceret subdito. Richardus vbi supra 9.

8. Si prælatus esset aliqua hæresi conuictus (quod absit) tunc minor efficitur quam quilibet Catholicus, non solum in foro intrinseco, sed etiam extrinseco, cap. sequenti & Paul. 11. q. 7.

9. Si peccatum est infamatorium & fuit habitum in secreto, & reducitur in publicū, grauissimè peccatur. Capitulo Si peccauerit in te frater tuus 2. q. 1. Vbi sic habetur, Secretum peccatum in secreto arguimus, vt vbi malum contigit, ibidem moriatur.

10. Peccatum publicum Prælatus tenetur illud publicè corrigere cap. 1. de pœnitentiis & remissionibus.

11. Peccata contra regulam siue ordinis confessionem, si prælatus dissimulat se scire propter particularem affectionem seu illa non animaduertit negligentiam suam, grauiter peccat. cap. Ephraim distinct. 43. & Regula qui tacet cap. 5. De regula Iuris 6.

12. Prælatus omittens correctionem vt fugiat turbationem fratrum, quando correctio cadit sub precepto, non excusatur a peccato mortali, quia debet corrigi (qui nõ vult emendari) per pœnam inflictionem, & etiam vt ordo seruetur cum iustis vt etiam cæteri timorem habeant, vt dicit S. Thomas in 2.2.q.33.

13. Qui fratris sui peccatum publicat non seruatur iuris ordine, mortaliter peccat, & est obligatus ad restitutionem famæ.c. exteriores. Vnde nota quod quando quis in labem peccati mortalis inciderit (quod absit) debes ei compati, & ipsum inter te & ipsum solum admonere vel corripere leniter, & in spiritu dulcedinis, vt docent Christus dominus & apostolus Paulus, & nulli manifestare suum delictum, specialiter quando est occultum, nam aliter faciendo peccauerit ipsemet peccares: & hoc supple quando nemo scit, nisi tu solus aut nisi agentes, & tu.

14. Fraternalis correctio quæ debet fieri occulte propter fratris correctionem, ad quam obligatur quilibet habens charitatem etiam inferior respectu sui Prælati etiã si esset Papa pollere debet his circumstantiis, sicut & quilibet actus moralis dicitur 3. Ethicorum. Prima, quis, quia frater & amicus 2. cui, nempe illi de quo spes habetur 3. quilibet peccato mortali vel etiam de veniali disponens

mo
fcil
am
qu
ver
4. d
cisc
& b
vita
dan
nur
ad
15.
& i
cat
cia
tan
catu
crim
15.
pec
est c
qua
cust
dea
tien
sequ
lunt
capi
17.
mia
18.

mortale 4. qualiter, scilicet secreta & occulte 5. Cur scilicet propter Deum & amici sui salutem 6. quia amicabiliter & ex charitate 7. & 8. quia, vbi, & quando seu pro loco & tempore, & si non semper verbo, saltem exemplo, hæc Mathurinus le Bret in 4. dist. 3. q. 4. & etiam Seraphicus pater noster Franciscus dicebat seruos Dei debere sic sanctitate vitæ & bonis moribus præfulgere, vt Lucæ exempli & vita sanctę conuersationis, omnes impios reprehendant, & sic splendor vitæ eorum & odor famæ annuntiabit omnibus iniquitates suas. Hęc pius pater ad filios suos dicere solitus erat.

15. Quando aliquod peccatum dicitur publicè, & imputatur alicui, qui illud minimè cõmisit, peccatur mortaliter, & non sufficit quòd confessor faciat famam illius restituere, sed oportet quòd mittantur ad prouincialem. (si frater est) quia est peccatum reseruatum. Martinus 5. parag. quia est falsa criminatio in infamiam.

15. Quando frater visitat siue scribit ad prælatum peccatum alicuius fratris, & probare non potest, est casus reseruatus secundum Martinum 5. vnde quando scribuntur articuli contra prouinciales per custodes & Gardianos per discretos diligenter videant fratres & bene aduertant agentes & consentientes quomodo scribunt & quid faciunt, & non sequuntur communem vsum si fraudati esse nolunt. Author Alphabeti Minorum, Articulo 20. capite 10.

17. Qui reuelat secreta ordinis vbi sequitur infamia, peccat mortaliter. Ricardus in 4. Disti. 21.

18. Si fratres essent in aliquo conuentu qui habe-

ret annexam proprietatem seu animarum cura
 sicut baptizare & alia parrochialia officia, et
 quando propter penuriam loci, oportet exce-
 vsum generalem ordinis, & necessitantur cong-
 gare nimis contra nostrum sacrum institutum
 tempore futuro, siue sint in conuentu contra
 troni voluntatem, siue Conuentibus sunt annua
 redditus, siue impediuntur viliter vestiri, vt dice-
 gula: seu generaliter loquendo quando transgre-
 retur aliquod regulæ præceptū, siue per societate
 inhonestam maximè simplicibus, in omnibus
 casibus, Frater debet recurrere ad prælatum & a-
 nistrū. Hæc Martinus 3. cap. 10. & generaliter o-
 nes ordinis Doctores.

19. In omnibus casibus in quibus Frater repe-
 periculum cadendi in quibusuis peccatis motu-
 bus, siue sit occasio partis cuiusque Prælati, qui
 non facit obseruare regulam vt in casibus in quibus
 oportet omnes participes fieri, vt pote in victu,
 stitu, viuendo de cibis emptis cum possunt in
 mendicatione, maximè in rebus delicatis, delictis
 & superfluis secundum beatum Bonauenturam
 vel per confessionum auscultationem quando
 deretur quod Frater quispiam esset in periculo
 bendi ob rerum abundantiam quæ videntur & ex-
 diuntur, & tandem in quolibet modo si esset pe-
 culum aliquid agendi vel contra castitatem, p-
 pertatem seu obedientiam. Hic talis est necessitas
 obligatus recurrere ad suum superiorem, vt de
 locum commodum ad obseruandum promissa
 ter semper facit contra regulam & etiam contra
 Christi præceptū. Marci 5. & Matthei 18. caput

dic
 pro
 pe
 &
 non
 & a
 20.
 in n
 frat
 tran
 in l
 inu
 tum
 for
 nor
 lo
 con
 Arc
 in lo

I.]
 ris si
 pus
 dunt
 quæ
 obse
 num
 appr
 inho

dicentis, Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. & ecclesi. 17. Qui amat periculum peribit in illo, & Psal. 17. Cum sancto, sanctus eris & cū peruerso peruersus. & Author Alphabeti minorum cap. 10. art. 22. hæc prædicta docte exponit & ample tractat.

20. Si tota Religio esset corrupta (quod absit) & in nullo Conuentu, regula seruaretur, tunc posset frater tuta conscientia non solum se conferre siue transferre in aliam religionem arctiorem, sed etiam in latiore & largiore quando æqualis suæ non inueniretur, & modo in illa largiore obseruetur votum promissum, & hoc quando non speratur reformatio suæ religionis. Innocentius quartus, Paternitanus & S. Thomas in 2.2. & Angelica capitulo Religiosus paragra. 34. & ibi poterit stare sana conscientia vsque ad mortem, & Bernardinus de Areualo in suis dubiis. Hæc poteris videre diffuse, in locis prædictis.

Capit 26.

1. **P**Ræcipio firmiter fratribus vniuersis, &c. suspectum consortium est non solum mulieris suspectæ, sed etiam omnis mulieris vbi locus, tēpus, gestusque & alia indicia inhonesta non excludunt suspicionem malè iudicandi, vt pote si locus quærat pro talium colloquutione solitarius vel obscurus, & tempus nocturnum seu aliàs opportunum, si gestus sit dissolutus, sicuti ex nimia mulieris approximatione, vel eam vultu indecenti, & gestu inhonesto, alloquatur fixis oculis, tactibus manuū.

tale consortium dicitur esse suspectum, prædictis circumstantiis occurrentibus. Item si adinuicem quantur, excluso aliorum auditu, licet non visum maximè si sint tales confabulationes nimis probata, suspectum consortium est, nisi excusentur qua pia & rationabili causa.

2. Ad suspicionem mulieris, facit ætas & coloris conditio, illam autem suspicionem ex modo hic prohiberi, quæ fratri, enormis tentatis stimulum excitat, siue quæ crimini præstat fontem, aut quæ potest apud alium, aut alios scâdâ generare. hæc Bonauentura.

3. Quando Prælati admonet fratrem quod loquatur cum aliqua muliere, & non vult emerre, tunc reddit se suspectum de malo. Hugo in nus cap. ii. Serena conscientia q. 23. & si canonicus admonitus non desistat, debet incarcerationi. vt dicit Martinus quintus capite secundo. Vnde non peroptimè istum articulum illi qui habent mulieres, filiolas & deuotas, à quibus (etiam si preiubeant) abstinere nolunt: vt vidi ego in quodam conuentu in persona magistri iuuenum illius celeberrimi loci.

4. Si cum matre vel sororibus conuersetur qua mulier suspecta, Frater non debet conuersari cum matre vel sorore, & sic intelligitur vt in titulo legitur. § i. distinct. & cap. 1. de cohabitacione Clericorum cum mulieribus secundum legem si ter canonicè admoneatur & reperiatur cum mulieribus prohibitis & suspectis loquens, debet communicari, cap. quisquam.

5. Fratres non possunt à similibus personis

per
mil
6.
du
tiam
bus
ten
desi
co (c
scie
7.
cha
inte
cun
3. &
mul
cap.
erat
mian
à Ni
tibu
Ideò
suun
8. I
possi
eleer
uinc
conc
Nico
9. I
gati
illaru

pere dona vel sudaria, vestes aut cibaria vel alia similia sicut literas, videto serenam conscientiam.

6. In summa omnium prædictorum dico secundum beatum Bonaventuram & serenam conscientiam, tunc est vera suspitio quando offerenti se talibus colloquiis, visitationibus ac nutibus & tactibus tentationes suscitantur, incendia, cogitationes, & desideria carnis, & beatus est qui hæc fugerit. Idcirco (Frater charissime) intra in cubiculum tuæ conscientiae & temet ipsum iudicato.

7. Prohibitum est Fratribus monasteria Monachorum ingredi, & nomine monasterij debemus intelligere Claustra, domos, officinas interiores secundum Gregorium 9. & Innocentium 4. Nicolaum 3. & ingredientes peccant mortaliter & sunt excommunicati. per concilium Tridentinum sessione 25. cap. 5. & per Gregorium 9. Nicolaum 3. & etiam erat antea posita intratibus monasteria Sancti Damiani quæ nunc dicuntur S. Claræ. Quoniam etiam à Nicolao 3. erat excommunicatio posita accedentibus ad loca ubi communiter seculares accedunt. Ideò nunc videndum est si hæc excommunicatio suum habeat vigorem.

8. Nota quòd ad omnia monasteria Monialium possunt fratres accedere causa prædicationis vel elemosinæ petendæ, quibus id à superioribus provincialibus pro sua fuerit maturitate & idoneitate concessum, vel habentibus ab eisdem auctoritatem Nicolaus 3.

9. Fratres possunt ingredi quando sunt vocati, rogati vel inuitati à Prælatiis, religiosi & visitatoribus illarum vt eos comitentur causa visitationis, modo

postulent facultatem si subditi fuerint (a suis superioribus) & hoc auctoritate Leonis Papæ 10. 3. ordinis, concessione 19.

10. Nota quòd secundum Eugenium 4. Franciscus se debent habere circa moniales vel sorores tertijs ordinis b. Francisci, sicut in ingressu Sanctæ Cræ, & etiam Leo Papa 10. cap. 8. regulæ illarum capitulorum prælati, quòd facta visitatione non ingrederentur in toto anno magis interiora illarum, ac ita fuit declaratum à capitulo generali Antwerpensi & Rothomagensi celebratis. Et ita Xystus qui declaravit votum illarum in omnibus habere eundem effectum quod in omnibus aliis religionibus approbatis. libro ordinis Folio 33. tractatu etiam declaravit capitulum Castri Radulphi celebratum anno domini 1478. scilicet quòd frater per suam regulam tenentur & obligantur cum monasteriis, tam viuentium in clausura quàm generaliter, & non seruantium clausuram.

11. Nota quòd Nicolaus 3. sequens Gregorium 9. in sua declaratione multo magis arctat prædictam hac, quàm regula, quoniam illa dicit simpliciter non ingrediantur monasteria Monacharum prædicta diximus, & nomine Monasterij, officinasque ligat interiores, vnde regula non verat accedere loca vbi seculares tam boni quàm mali accedunt vel ecclesiam vel Cratam, Turnum, loquuntur huiusmodi, quæ nõ sunt monasteria, vt supra est. nec magis regula prohibet monasteria Sanctæ Clare quam alia. Vnde notandum est quòd secundum Xystum 4. Alexandrum 6. Eugenium 4. non 10. in supplemento concessione sexta, & c.

in su
læ, se
ra C
Cra
non
scus
gra.
12.
per p
quò
beat
con
mon
arbi
13.
dere
seru
bus
dicta
præd
missa
14.
mini
quar
voto
non
illa l
colac
sus a
tertiu
larum

in suis priuilegiis, ac etiam multi expositores regulæ, sentiunt hunc passum non accedendi ad exteriora Conuentuum Monialium loca, scilicet, ecclesiã, Cratam, loquutorium, &c. Regula autem nõ solùm non prohibet, sed nec etiam pater noster Franciscus ita sensit, vt dicit Frater Garfias cap. 27. paragrapho 20.

12. Igitur si hæc prohibitio non est regulæ, nec per professionem ei tenentur Fratres, benè sequitur quòd non transgreditur regula si alius Põtifex præbeat authoritatem ad illa accedendi loca vt Leo. 10. concessit in supplemento vt dictum est, maximè ad monasteria S. Claræ, committens Prælati ordinis arbitrio, quos & quomodo valeant accedere.

13. Sixtus 4. etiam concessit fratres posse accedere ad loca contigua monialibus vbi fratres qui seruiunt habitant: & Alexander 6. concessit fratribus facultatem vt possint accedere ad loca supradicta habentes rem iustam & licitam, siue sit causa prædicationis, petitionis eleemosynæ, celebrationis missæ, loquutionis cum propinqua & similibus.

14. Sed prius postulata licentia & obtenta à suis ministris Prouincialibus, & ita sensit Eugenius quartus, idcirco merito non potest dici relaxatio in voto, scilicet de ingressu monasteriorum, quoniam non cadit sub præcepto illo, videlicet accedere ad illa loca exteriora, sed solum prohibitus fuit à Nicolao tertio sub excommunicationis pœna accessus ad supradicta loca exteriora, & quod Nicolaus tertius arctauit: supradicti summi pontifices annullarunt, patet ergo ex dictis facultate Prælatorum

fratres posse (& solummodo) accedere ad externa loca, hæc frater Garfias cap. præallegato.

15. Timeant ergo qui aliter contra regulæ præceptum Apostolicum sine licentia ad monasteria accedere non verentur indifferenter & magis qui contemptu suorum superiorum accedere non erubescunt, maxime defendentes oppertum, & sæpissime simplices & idiotas suo exemplo scandalizantes.

16. Hæ sunt pœnæ quas ingredientes monasterialium incurrunt, hoc est ad ipsarum loca teriora. Primo quòd peccant mortaliter per illa transgressionem, secundo sunt excommunicati per concilium Tridentinum, quod quidem concilium nulla excipit cœnobìa, etsi sint S. Clara: etiam à Nicolao 3. Gregorio 9. excommunicati si sint sanctæ Elizabeth: alias tertij ordinis sunt excommunicati, eo quod Eugenius quartus precepit fratribus quod ita obseruent quantum ad ad accessum & ingressum sanctæ Elizabeth: obseruari tenentur circa sanctæ Clara: monasteria & sic decreuerat tria capitula generalia scilicet tuerpiense, Rothomagensis & Castroradulphense, & si sancti sint Dominici monasteria monasteria idest S. Katherinæ de Senis similiter dico quod incurrunt excommunicationem Papalem per Eugenium quartum positam & Gregorium nonum sunt cœceptionis per Iulium 2. c. 9. regulæ illarum est alia excommunicatio & ultra hæc ingredientibus puniri, disciplinari & absolui, ac in carceribus, & actibus legitimis perpetuo priuari, vnde tuta antiqua Pharinerij & patrum ordinis.

17.

les i

ingr

rali

dun

faci

aut

ban

mor

fiter

let

ctio

ran

hoc

bêt

in r

3.

& n

cum

4.

peri

vno

5.

culi

Vrb

6.

quo

ad h

bri l

7.

ingr

uiter

17. Sancta sedes Apostolica declarauit qui & quales in interiora monacharum monasteria possunt ingredi, vnde primum potest ingredi minister generalis ad celebrandum seu Dei verbum proponendum, vel ad visitationem faciendam, necnon ad cap. faciendum, seu ad electionem faciendam cum 4. aut 5. sociis matura etate, laudabilibus moribus. Vrbanus 4. capitulo 4. regulæ vbi dicit qui cum ad monasterium 18. 2. Potest ingredi confessor ad confitendum illam quæ ad loquutorium venire nõ valet & ad præbendam communionem, sacram vñtionem seu animam commendandam vel ad funcrandum si Abbatissæ & conuentui visum fuerit, & hoc cum duobus sociis vel saltem cum vno, & debet prius vestiri albis seu superpelliciis. Vrbanus 4. in regula, capite 7. vbi ait si tamen.

3. Visitator potest ingredi cum duobus fratribus & non alio modo. Vrbanus 4. in regula vbi ait. Qui cum ad monasterium.

4. Potest ingredi quando sepultura aliqua est aperienda & deinde ad ipsam componendam cum vno vel duobus sociis vt Abbatissæ visum fuerit.

5. Potest ingredi causa incendij vel alterius periculi seu ad protegendum eas ab aliqua violentia, Vrbanus in regula cap. 18.

6. Potest ingredi ad faciendum aliquod opus quod bene extra fieri non potest. idem Vrbanus, & ad hoc Gregorius concessit posse fratres ingredi fabri lignarij. libro ordinis, folio 48. tractatu 2.

7. Vicarius siue confessor vel earum Prælatus potest ingredi ad celebradum, & hoc quando aliqua soror grauius sic infirmatur quod nequit ire ad ecclesiam vt

19. dicit Leo decimus in supplemento concessi 119.
 19. Nullus frater potest habere aut leuare que
 quam ad sacrum fontem baptismatis, nec esse co
 pater, vt dicitur in regula cap. 11.

20. Frater potest baptizare in casu necessitatis
 etiam quando esset talis necessitas, potest in
 ad sacrum fontem baptismatis tenere. & hoc
 eget probatione, sed nota quod requiritur
 necessitas vt teneat ad baptismum quam vt ba
 zet. Author Alphabeti, capitulo vndecimo, sim
 ter omnes doctores.

21. Nullus frater potest ire ad infideles sine
 diētia sui superioris in scriptis, & qui oppositum
 cit ipso facto est excommunicatus excommuni
 catione papali, & nullus alius potest eum absol
 uere excepto mortis articulo Ioannes 22. in extra
 quæ incipit ad nostram.

22. Prælati non possunt concedere licentiam
 personis aptis & idoneis ad hoc, aliter incurrunt
 communicationem Papalem vt supra dictum est.

23. Ministri tenentur de præcepto, defuncto
 dinale Protectore ordinis postulare aliū à sum
 Pontifice, scilicet vnum de Cardinalibus sanctæ
 manæ Ecclesiæ qui sit protector ordinis, vt in
 regula hoc in cap.

24. Notandum quod pius pater noster Sere
 cus præuidens in spiritu quātum ordo suus esset
 pugnandus in futurū per æmulos ipsius & in
 & quantum esset deprauandus per multos
 prauos & dissolutos, rebelles vitæ spirituali,
 cupidos relaxationis suæ regulæ ac status, & in
 ipse quod filij sui aliquo tempore discederent

& co
 te
 à d
 C
 tes
 rec
 op
 fid
 eua
 gre
 sub
 sta
 ter
 Ch
 25.
 ctu
 rife
 ger
 ger
 hab
 ficu
 Gr
 tu
 no
 pro
 eff
 Ec
 Pa
 Gr
 cur
 mu
 qu

& obedientia Ecclesiæ Romanæ, commisit eos protectioni Ecclesiæ, ideo præcepit ministris vt petant à domino Papa vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus qui sit eorum protector contra volentes opprimere & persequi eos, & gubernator vt eos redderet sollicitos ad bene beatæque viuendum & operandum, & corrector discedentium ab vnitæ fidei catholice & obedientiæ sedis apostolicæ, & ab euangelicæ paupertatis obseruantia suæque transgressores regulæ, & ideo addidit, dicēs vt subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ ecclesiæ Romanæ, stabiles in fide catholica, paupertatem & humilitatem, & sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi quod firmiter promisimus, obseruemus.

25. Nota quod quia quis posset dubitare si prædictus protector haberet plenam authoritatem & iurisdictionem in ordinem, veluti super prælatos & generalem ministrum, & correctionem super negligentes, & contemntes disciplinam ordinis, sicut habet minister generalis super omnes fratres, & sicut Episcopus circa suos subditos. Ideo nota quod Gregorius 9. in bulla ordini concessa, declarauit dictum protectorem non debere se intromittere de nostro ordine, exceptis tribus casibus in regula expressis: primus, quando communitas ordinis non esset subiecta vere obedientiæ & pedibus sanctæ Ecclesiæ Romanæ: vt est modo conuentus noster Parisiensis qui contemnit Anathema D. nostri, D. Greg. 13. iussaque eius, quæ sunt, vt nunquam recurremus ad tribunalia secularia, vtque recipiamus quoscunque commissarios generalis ministri, quos vt non recipere dicti conuentus fratres ad

parlamentum appellarunt.

26. 2. Quando non esset stabilis in fide catholica quando non obseruaret regulam promissam in datam in euangelio. In his tribus casibus voluit sanctus & prædictus Pontifex, quod talis protector suo proprio motu & authoritate apostolica se intromitteret de ordine nostro & si esset requisitus ministris supplicatibus, vel capitulo, quibus de correctio conuenit, & si delicta non corrigerent & in nullo alio casu potest se intromittere de re nostris. Ita sentiunt Pisanus & Serena conscientia.

27. Addit etiam prædictus Pontifex quod quæque frater qui ad prædictum protectorem recurretanquam ad prælatum pro licentiis vel pro rebus milibus, non soluma priuati gratia concessa à d. protectore, sed etiam actibus legitimis spoliatis

Capitulum vigesimum septimum.

Dubitatur, si status religionis multis vicibus auersus à via pristina & recta puræ regulæ (vt nunc est ferme in omnibus prouincis) si excusabuntur à peccato omissionis siue commissionis qui acceptant prælaturam siue eam petunt non alia intentione quam viuendi modo, & viuunt dissipatores communes & irregulares tres.

Responsio, quantum ad dignitatem, seu prælatum acceptionem, qui eas assumunt vel accipiunt non intelligentes nec prætendentes viuere alio modo, quam à dissipatoribus viuunt, non alienari à peccato, quia qui recipit officium ybi committit

peccatur non intelligens mutare normam viuendi semper peccat, quia tenetur illud non habere, & vnusquisque tenetur euitare peccatum, maximè si sit mortale, ergo si communis modus viuendi manet & obseruetur in continua transgressione regulae, sequitur quòd accipiens officium talis regiminis & normæ viuendi intentione communi non mutata, peccat mortaliter.

2. Item qui accipit statum vbi est probabile periculum peccati, peccat quia quicumque amat periculum peribit in illo. vt ait Ecclesiast. 3. Verum in tali præsentia tot periculorum occurrit multitudo quòd si quis talium interrogaretur, si vellet mori suæ præsentia tempore, diceret, vtique se nequaquam velle. Quomodo ergo possunt viuere in statu in quo mori timent? Satis patet suam conscientiam præbere testimonium manendi ac versandi in periculo condemnationis.

3. Tamen aduersus prædicta quis arguet dicens, si hæc essent vera ordo periret, & fratres essent sine pastore, & tanquam oues sine rectore. Ad hoc respondetur, quòd si præcipitur alicui vt acceptet prioritatem quandam, si ipse intendit viuere regulariter, & pure regulam obseruare, & ad litteram, tenetur acceptare. Si autem intelligat quòd prædicta nõ poterit obseruare, tunc (vt diximus) peccat, quantum ad peritionem ordinis. Respondeo nequaquam perituum esse ordinem si superiores vigilent & adiuuent vt regula purius obseruetur, & per hoc surgant manu potèti & brachio extenso faciètes quòd in illis est, quia nõ excusatur de transgressionib⁹ sub-

ditorum, si in illis consentiant, maximè (quod ab
si ipsi sint primarij, dissipatores, quia maiores tenentur eis obuiare & inhibere omnes transgressiones in omnes viriliter pugnare transgressores.

4. Alio modo quis poterit arguere dicens minus malum permittendum vt euitetur maius, dicitur maius malum est ordinem prælatis carere & minus inordinate viuere, ergo sequitur permittendum minus, scilicet inordinate viuere, nam de opposito sequeretur. Si prælati vellent astringere fratres pure regulam seruarent, multi fratres apostatarum & ad minus nunquam forent contenti, sed semper murmurarent, quapropter sequitur ad hæc minus mala deuitanda permittendos esse sic viuere, minus eligendo, sicut legitur de Loth qui filias suas eligit corruptelæ virginali vt maius malum euadere.

5. Ad hoc respondeo Apostoli vtendo sententia, non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona nec ad vitanda maiora mala sunt facienda minus quia nunquam licet aliquod malum facere quod vitetur cumque illud sit minimum vt inde proueniat bonum, quia nullum malum de se est bonum minus quam licet peccare ex industria & deliberate. De hæc regula, de duobus malis, minus malum eligendum, est falsa, intelligendo eam simpliciter absolute, quia numquam faciendum est aut eligendum malum quauis ratione, sed debet intelligi in damno temporali siue de permissione (hoc est permissio) do duo mala nequeunt euitari nisi vt vnum eorum accidat & contingat, & tunc permittendum est minus malum quam maius, sed nequaquam faciendum & perpetrandum. Quantum ad factum

Loth
batio
facil
illo
ret &
6. M
tu vi
lunt
scipl
set il
secur
relig
7.
que
renif
cum
uent
cum
sanct
timid
xerun
tura
in loc
prude
factu
& illa
melio
quam
ctam
& ma
tem I
vocat

Loth, dicitur excusandum, propter sui animi perturbationem etiã forte talia verba dixit vt Sodomitas facilius mitigaret & impediret eos, vt interea viros illos (in quorum specie angeli apparuerunt ei) saluaret & euadere posset furorem ipsorum.

6. Minus malum est apostatari, qui in summo statu vitæ euāgelicæ positi, sic sunt obstinati, quod nolunt pati penuriam, nec disciplinari regularibus disciplinis, nec de sua curant professione, & melius esset illos solos condemnari, quam suo malo exemplo secum ducere in baratrum æternum multos ex sua religione.

7. Ad hoc proderit illud memorabile factum atque exemplum Reginæ Catholicæ Hispaniarum serenissimæ dominæ Elizabeth, de qua refertur quod cum fecisset reformari quosdam monachorum conuentus, quædam de illis quæ fugerāt de monasterio, cum essent in lupanaribus hymnos cantabāt & alia sancta officia, quas audientes sanctæ personæ tāquā timidæ ad prædictam Reginam accesserunt & ei dixerunt, ô domina magnam rationem Deo es redditura de monialibus, quæ per reformationem vestrâ in locis publicis & inhonestis permanent. Ad quas prudentissima Regina respondit, Imo valde benefactum est, quod vnaquæque suo in loco moretur, & illa quæ talis non erat vt decebat in loco sancto, melius est ei esse in parte sibi apta & conuenienti, quam in monasterio, ita erit de hoc quod nunc tractamus negotio, maximè quod nõ nisi perditissimæ & malæ fugerunt velut palea à frumento. Aliæ autem Deum timentes & timoratae suam agnouerunt vocationem qua vocatae erant ad seruiendum Deo,

quamquam per aliquod tempus pœnam ac
rem difficile sufferrent. Ex quo patet conuenire
latis tales compellere ad obseruantiam puram
gulæ debere, vt suo officio satisfaciant. Hæc Be
dinus Areualens. dubio. 14.

Capitulum vigesimooctauum.

1. **Q**uæritur si in religione dissoluta & im
lari peccent prælati admittentes non
ad ordinem. Responsio est quod sic, quia indu
eos ad vitam & statum periculosum, vbi com
ter committitur transgressio regulæ, idcirco
ter & mortaliter peccant, simulque dant illis
mam occasionem peccati, & præcipue non
mantes illos perspicue, clare, & patenter de
obligatione ac difficultate seruandi quæ præ
tunt. Quapropter prælati sic recipientes non
ordinem ita deformatum & laxatum non cau
tur eos inducendo ad talem religionem ingredi
in eadem recipiendo siue sit virorum siue mulierum
non obstante quod ab ecclesia toleretur. Vnde
ietanum. 2. sec. q. 189. arti. 9. & Martinum Ap
tam c. 12. par. 45.

2. Oppositum sentientes sic interrogo. Si
piam postularet à me escam (in maxima fame)
ego certo scio esse venenosam, cogitans hanc
cam mortem euasurum. Si ego obmutel
dans illi talem escam, nonne essem reus
lius, aut damni quod ei accideret? sic certe. Quia
magis de morte animæ culpabitur, qui taceret
tem de esca animæ spirituali, & quod peius est

lem l
3. Q
riat e
ad il
prom
ririt
peric
riculi
4. S
gion
ne nu
emiss
nem
letud
ibi co
ianig
tionē
natio
rint n
minu
seos M
hypo
vnum
filium
5. E
gume
lis pec
rorū
ptura
ctio, v
ni illi
6. C

lem laudaret esum fictæ & falso.

3. Quæro dicitis mihi, si quis postularet quòd aperiat ei quis ianuam domus, vbi est Leo ferocissimus ad illum deuorandum paratus vel vbi sui hostes sunt prompti & preparati ad ipsum necandum. Qui aperiret ianuam sciens talia, & non ei indicaret parata pericula num reus esset mortis illius, vel alterius periculi imminētis?

4. Similiter contingit in relaxata & dissoluta religione, vbi periculum est peccatorum mortalium sine numero generali & vltata transgressione votorum emissorum, ergo si quis veniens ad huiusmodi ordinem quærens suæ animæ sospitatem & bonam valetudinem, nesciens dissolutionem & peccata quæ ibi committuntur in dies, nonne peccabit grauitèr ianitor & etiam prælatus eum admittens? Et qua ratione euadent in illo tremèdo & finali iudicio damnationem perpetuam, si non (vt diximus) reuelauerint mala imminētia? huius rei gratia Christus dominus dixit in euangelio arguens Scribas & Phariseos Matthæi. 23. capite, væ vobis Scribæ & Pharisei hypocritæ, qui circummitis mare & aridam vt faciatis vnum profelytum, & cum factus fuerit facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos.

5. Ex hac sententia colligitur & satis probatur argumentum. Qui facit alium hæredem ignis infernalis peccat mortaliter, regula est vltata omnium factorum theologorum, quod vbiicumque in sacra scriptura reperitur pro pœna peccati posita hæc interiectio, væ esse peccatum mortale: vt est illud væ homini illi per quem scandalum venit. Matth. 18.

6. Qui alios recipiunt ad statum periculosum vbi

regula non seruat, faciunt eos filios & heredes gehennæ, ob continuas transgressiones quæ ibidē perpetratur quotidie, & quod peius est, pro maiori parte recepti, sunt priores recipientibus eos, & fiunt nouissimi peiores prioribus, vt patet per experientiam quia successores addant multas dissolutiones vltis suos antecessores, & veteribus culpis semper addunt noua peccata.

7. Tamen aduersus prædicta quis præsumer infringere dicens, si esset illicitum nouitios recipere ad talem ordinem dissolutum, tunc cito deficeret & periret totus ordo ille. Itemque facilius saluatur quis in religione quam extra eam & in seculo, sequitur ergo recipientem non peccare cum recipiat eum ad securiorem statum. Item in tali modo viuendi communiter in ordine dissoluto (vt dicis) multi saluantur qui in seculo forsitan damnarentur, quapropter non peccat qui eos recipit, quum ad bonum finem eos recipiat. Ad hoc respondetur primū quòd principium reformationis cuiusuis religionis consistit in receptione bene examinata paucorum recipientum. Idcirco vbi admissio est indifferens, non potest conseruari reformatio, nec etiam religio conseruari in bono statu & prima perfectione & fundatorum primaria intentione.

8. Vnicuique arguitioni remanet manifestum responsum ex prædictis, scilicet non esse faciendam regulam vt inde eueniant bona, & nunquam minus malum faciendum ad maius euadendum. Et melius esse peruersos & malos in seculo etiam condemnari, quam in religione, vt sæpenumero accidit, difficilius enim superbum & malum in ordine saluari, quam in

seculo. Nam nō omnia omnibus quadrant, nec cunctis religio conuenit. Sed recipere personas religioni aptas spiritu feruētes, & eas informare de promittendis, & publicis periculis, quomodo debent viuere & facere vt talia & talia deuitent peccata & pericula, vt saluari valeāt non solum licitum, sed & sanctum est: non autem aliter, ac per hoc soluitur quicquid in contrarium argui potest.

SEQUITUR PROPOSITIO DIGNASCITV.

9. Vtrum parentes scienter filios suos paruulos in religionibus deformatis ponentes, peccēt mortaliter, & quid de consulentibus per ænigma. Vide Alpicnetam hoc in loco capite 12.2. præcepti decalogi, parag. § 2. Sequitur determinatio sacrorum doctorum Parisiens.

10. Quæ inuenitur in folio vndecimo & duodecimo codicis defensionis veritatis contra impugnatores, quæ bene & merito notanda est.

11. Parentes ponentes filios suos paruulos in religione deformata, cognita quòd talis sit, in suos filios grauem exercent impietatem contra salutem illorum, cui non minus officijunt, quàm si eos in foueâ præcipitarent submergendos.

12. Hæc propositio est vera, Catholica, ædificatoria & publice prædicanda, & oppositum asserere & reformationem religionum impedire (qua his temporibus in ecclesia Dei maius bonum vix fieri potest) est contrauenire doctrinæ veteris & noui testamenti, & præcepto diuino, quia solutio voti est de iure diuino.

13. Quod tales peccent mortaliter, probatur sic. Quicumque scienter se vel alium exponit periculo peccati mortalis, mortaliter peccat, iuxta illud. qui amat periculum peribit in illo, sed parentes suos in religione deformata ponentes filios scienter, exponunt eos periculo transgrediendi votum religionis (quod est peccatum mortale) ergo sequitur quod peccent mortaliter.

14. Sed quid de recipientibus eos? Vide supra in capitulo 28. & ibidē reperies tale eorum peccatum seu periculum. quod nota bene si sis tui zelator pius instituti, & tuæ animæ salutis cupidus.

15. Religio reformata est illa vbi vel in qua religiosi obseruant integre & perfecte sui regulam fundatoris, sanctorumque patrum statuta & ordinationes ac capitula viuendo in obedientia sine proprio & in castitate, sine aliqua dispensatione suæ regulæ & instituti, vt patres Capucini, Carthusienses, celestini, obseruantes, minimi, recollecti siue reformati ac patres excalceati.

16. Cognoscitur aliqua religio esse difformata seu dissoluta quoad obedientiam, paupertatem & castitatem. quo ad obedientiam quando porta conuentus minime clauditur, & quilibet frater ad suum libertentur vel egreditur libitum, fratres sunt otiosi quando ante fores conuentus sapissime cum omnibus etiam mulieribus confabulantur, & etiam quando ipsi non curant indifferenter deferre arma & vestimenta secularia & huiusmodi.

17. Quo ad paupertatem quando quæstæ conuentus à fratribus ad firmam seu certum quid tribuuntur, quando indulgentiæ à fratribus pro peccatis

na lucranda prædicantur, quando propria pecunia à quolibet fratre ad placitum exponitur, & quando monachi exuberant proprio beneficio aut pensione peculiari necnon firmis & quando comedunt carnes extra aduentum & quadragesimam.

18. Quoad castitatem, quando fratres sine causa legitima nudi dormiunt, quando religiosi camisas lineas vt seculares deferunt, mulieres eis seruiunt in conuentu, indifferenter fratres frangunt ieiunia regulæ, sine causa iusta, & quando publice ad palmã & alios huiusmodi ludos ludunt indifferenter. Hæc ex dicto loco desumpta.

Caput vicesimumnonum.

I. **P**ercunctantur aliqui an liceat fratri minori transire ad locum vbi purius & perfectius regula seruatur, & ad litteram licetia petita licet minime obtenta? Respondetur esse licitum secundum Ioannem Perinensem, in 3. correlario conclusionis, secundi notabilis. & frater omnis tenetur ad hoc, & non solum de loco vbi communiter transgreditur regula, sed etiam ex loco vbi non seruantur statuta & ordinationes vel declarationes piorum patrum. Et hoc posterius probatur sic. Licitum est transire de vita minus arcta ad arctiorem, licentia petita licet non obtenta, quamuis etiam habeatur priuilegium vt non fiat talis transitus, ergo eodem modo potest quis transire ad aliquem locum, vbi arctius & perfectius regula obseruatur. A minori ad maius, & hoc colligitur ex illa decretali notabili de regulariis, cap. Licet.

2. Sed aduersus prædicta, quidam opponunt dicentes quòd vita arctior non consistit in tuguriis vel paruis conuentibus (quibus vruntur Capuani) humilibusque dormitoriis, sed in magnis conuentibus vbi est maior labor, quia communitates ibi sunt semper copiosiores & grauiores. Ad quod responderetur interrogando: Si vitam arctiorem faciat labor exterior magis quam abstinentia, asperitas siue austeritas vestitus, inædia, silentium, parcaus victus & huiusmodi patet, quòd non: ergo non perisapudus est labor exterior, nam si ita, fatendum foret, quòd sicut in indulgentioribus conuentibus est maior labor, ita arctior esset vita, quod risu dignum est, & falsum.

3. Simili modo quoniam Agricolaë plus laborant inter omnes homines, sequeretur vitam illorum arctiorem esse quam religiosorum & monachorum. Sed quis sic illam iudicabit? nemo, nisi sit morere captus.

4. Si autem dicatur quod multum laboratur in elemosynis petendis, & fratres patiuntur multas iniurias, opprobria, verba, & pericula mendicando, responderetur, quòd per hoc non plus merentur. Alioquin status miserabilium in seculo viuendum melior esset statu omnium religiosorum, quòd falsum est. Iuxta illud Eccles. 10. Labor fatuorum affliget eos.

5. Insuper si de vna religione ad aliam arctiorem licitum est transire, licentia postulata licet non obtentata, & hoc de licentia iuris canonici, & diuini quia spiritus domini non est alligatus, ideo non potest quis prohibere, vt non sit transitus ad arctiorem locum

locum. Nec etiam votum in cōtrarium valet. Multo magis in vna eadēque religione, potest quis transire de vno loco ad alium ratione vitæ arctioris, licentia (vt diximus) petita licet non obtenta, tamen difficilius concedi debet transitus ex vna religione ad aliam, quam in eadem ex vno loco, seu conuentu transire ad alium reformatum, nisi ad Carthusienses.

6. Item qui promisit vnā regulam, potest transire ad aliam religionem, vbi est alia regula quā non promiserat, nec ad eam tenebatur solum respectu vitæ perfectioris, & hoc licentia petita licet nō obtenta, ergo à fortiori talis poterit transire in prima religione, à loco infirmiori ad supremum & ad puriorem perfectiorēmq; obseruantiam regulæ promissæ. quid plura? Cui plus conceditur, non negatur minus, ergo potest transire, &c.

7. Non minus quis ad prædicta obiiciens contradicere poterit, dicens non conuenire fratribus transire de vno loco seu conuentu in alium sine licentia obtenta, nam aliter faciendo, esset apostata, veluti declaratum fuit per constituta generalia ordinis. vbi dicitur quod omnis qui exierit ab ordine quomodocunque sit, sine licentia, est Apostata. Illico incurrit excommunicationem maiorem. Respondetur talem non esse Apostatam si bono faciat zelo & cum discretionē, nam quamuis discedat sine licentia obtenta sui prælati, tamen non egreditur sine licentia iuris communis, quæ maior est. Ac etiā Euangelij, quia spiritus Domini non est alligatus, & vbi spiritus Domini, ibi libertas, & etiam dico, quòd talis egreditur de licentia Seraphici patris

nostri Francisci, qui cuidam sancto fratri & doctore de Alemania ab eo postulanti, si post eius transitum fratres non seruarent paupertatem & statum suum promissum, posset ab eis segregari sine licetia & recedere in alium locum, vbi seruaretur regula. Respondit, benedictionem meam consequaris, o fili, sic volo & iubeo, teque rogo vt facias, quod latius patet in historia ordinis.

8. Talis excommunicatio non ligat tales, quia intentio capituli generalis est contra illos qui derelinquunt ordinem & obedientiam etsi intentio esset ligandi predictos, nulla foret talis sententia, quia in se contineret errorem intolerabilem, tanquam si quis fulminaret sententiam excommunicationis aduersum illos, qui de suo patrimonio propter Dei amorem darent, aut contra illos, qui ingrediuntur aliquam religionem approbatam, siue contra similia offendentia aliquod bonum melioritatis quae nulla esset. Itaque non sufficit ad incurrendum Apostasiam, discedere sine licentia ordinis, dum tamen non discedat sine Dei licentia, quae est prima omnium.

9. Argui etiam potest: Praelatus potest per obedientiam subdito praecipere vt maneat vbi declarationes & aliquae dispensationes regulae seruantur, & si non vnguem regula non seruetur, excusatur ergo talis subditus quia tenetur ei obedire per obedientiam quam promisit ei, quum hoc non sit contra animam & regulam suam. Respondetur, Praelatum non posse impetrare contra puritatem & perfectionem regulae vt sunt dispensationes sine causa rationabili, nam si hoc non sit directe contra animam suam, quum non sint in essentialibus directe, tamen est indirecte

quia tollit perfectionē, quod est in iuris detrimentum. Sicut prælatus non potest per obedientiā præcipere subdito vt non oret Deum, non ieiunet, nisi dum resultaret illa in detrimentum, seu alia causa iusta & rationabili, quia per similia aliquomodo aufertur subdito bonum animæ suæ, & sic non tenetur obedire.

10. Multo minus Prælatus potest suo subdito mādare vt non seruet regulæ puritatem, posset tamen propter communem vtilitatem & commodū animarum, vbi charitas astringeret imperare vt relinqueret quod rigoris est regulæ, ad prouidendum salutis aliorum, & charitas tunc suppleret, dum hæc non sint in essentialibus regulæ votis.

11. Sicut enim prælatus non potest addere aliquid regulæ, ita non potest nec debet eius minuere puritatem, adhuc minus contra illam imperare quidpiam, nisi vt dictum est. Ideoque non habet potestatem contra intentionem patris nostri Francisci & Christi, qui regulam instituit. cuius voluntas fuit expressa vt ad litterā & sine glosa seruaretur, quod nota diligenter.

12. Potest etiam argui contra prædicta, quod per prædicta ianua dissolutis aperietur, qui tali velamento per loca semper discurrerēt. Ad quod respōdetur nihil cōelusionis afferre, quia prædictū intelligitur quando fit bono zelo & ratione melioris vitæ, non autem temeritate, leuitate & odio prælati vel aliorū, & quando dubitatur vnde procedat talis mutatio, prælatus & subditus debēt vna recurrere ad superiorem, & subditus potest & debet appellare vt dicitur in capitulo præallegato, §. licet de regularibus.

13. Hæc omnia dubia si latius videre cupis, lege tractatum Bernardini Areualenf. super regulam fratrum Minorum, & accipe hanc drachmam, quam tibi ob oculos præsentio, & accende Lucernam Euangelicam, vt quæ tuæ sunt necessaria salutis intelligas, ac posco humiliter, vt pro me Dominum exores qui tui amore hunc manipulum clarum confeci, in quo sunt Antidota omnibus fidefragis & paralogis valde necessaria sicæ dictorum sacrorum doctorum seu Paradeigmatum debellandis, vbi est Prosopopeia seu Apostrophes, tum Emphasis, non tamen Hiperbola dimanans. Quæ à non paucis sacris doctoribus præcæ nostris patribus necnō summis pontificibus tum Italis, Hispanis, tum Gallis, Lusitanis qui suis idiomatibus sua ediderunt volumina, ac Latino sermone, quæ si videre velis aut scire, reperies in sexto Clementinarum expositiones, Nicolai tertij & Clementis quinti, in firmamento ordinis ac in extrauagantibus caterorum supremorum Pontificum, & etiam reperies in illis Doctoris Seraphici caterorumque Doctorum præallegatorum expositionibus, & si quæ desint, vide illas quæ sunt impressæ fuerunt cum mari magno: Verum illi sunt ediderunt expositiones in linguis maternis, videlicet Brandolinus in Italica, Bernardinus ab Areualensi vna cum fratre Garcia in Hispanica, Phanus autem in Italica, & Gallica, tumque Lusitana inuenitur Chronica autem ordinis omnibus in idiomatibus supradictis reperitur. Tamen optima omnium est illa quæ à paucis diebus primum in Lusitanico, deinde in Hispanico idiomate fuit impressa, & postea me in Gallico sermone posita iussu reuerendissimi

Patris Generalis.

Caput tricesimum.

Reuertēdo patri ac fratri Martino Boëreo Gardiano recollectotū prouinciæ Turoniæ pictauiensis, ac venerādis patribus ac fratribus Francisco Iuhee sacrae paginæ lectori, & Mathurino Calliou iuuenum magistro, diuinique verbi præconibus: necnon R. P. reformatis, Conuentus sancti P. de monte aureo: ac sancti Francisci delabroio prope vale soletum: sacri ordinis Minorū frater Yuo Magistri eiusdem instituti salutem in Christo p.d.

Quanta læticia exultauerunt viscera mea tunc cum vestrum percepi animum, narrare minime valeo, patres amantissimi, reuoluendo in animo meo maxime & considerando affectum ac zelum vestrum, etiamque desiderium vestrae salutis, placeat supremæ maiestati, vt in via non inueniatur lapis in quo offendere possitis pedem vestrum, quia hoc non parum timeo, ob priorum patrum desertionem, necnon propter procellas tantas subortas, quæ de die in diem augentur, ita vt neque in cibis frugalitas, nec in vestibus paupertas, neque in officio diuino pietas reluceat, imo tēporalia & corporalia præferuntur spiritualibus, nihili penduntur & æstimantur statuta, quilibet regulam nostram Apostolicam ad suum libitum exponit, quo fit, vt pij patres ac fratres sint aliis contemptui, nec vlla sit quies mentis regulam rite seruare volentibus, id quod vehementer vos angit (vt accepi) nec mirum, quia bonos Christicolas & minoritas decet bene seruare promissa. sed ah, qui manum aratro porrigere tenentur, hi bonum semen suis suffocant spinis. Estote patres mei fortes in bello & pugnete

P A R S S E C U N D A

cum tantis vndis viriliter, etiam quam plurimum
 vos deprecor vt vestris precibus reuerendissimum
 patrem ac meritissimum generalem ministrū pul-
 letis dicentes, riga pater colendissime, quæ plantare
 cupimus, & nos supremum deprecabimur vt digno-
 tur præbere incrementum. Profecto vobis fauebit
 vt iam satis experti estis ipsius in vos beneuolen-
 tiam. Eya qui viuitis in hac vinea fere omnino à
 feris monstruosis (fratribus dissolutis) dirupta &
 adeo conculcata vt vix reperiatur palmes integra
 aut sana vt veri filij & amici, eius condolentes mi-
 seria, illius langori mederi curate, idoneum phar-
 macum requirentes. itaque satagite apud ipsum re-
 uerendissimum patrem qui vere cupit vobis fauere
 in omnibus, vt iam non solum verbo sed & facto
 ostendit, & etiam ad id se teneri minime ambigit vt
 ordinem nostrum iam pene collapsum, reformare
 curet sciens pro certo quod error cui non resistitur
 seu contradicitur approbatur: & veritas cum mini-
 me defensatur, opprimitur, negligere namque, cū
 ipse possit, perturbare peruersos, nihil aliud est qui
 fouere, nec caret suspitione societatis occulta, qui
 manifesto facinori minime obuiat dist. 81. Error, &
 ibidem c. consentire. Consentire enim videtur erri-
 ti qui ad ressecanda (quæ corrigi debēt) non occur-
 rit: quis enim, nisi mentis inops sacris canonibus
 & patrum diuinis institutis siue sanctionibus ape-
 te contradicenti, aut in lege palam mendacia fir-
 genti negliget occurrere? Quis dico falsa sponte a-
 struente, tanquam stulto contemnet iuxta stultitiā
 respondere? hæc profecto hisque similia, silentio
 pertransire damnabilissimū proditiōis genus, iura

esse restantur. Aiunt enim quod non solū pro veritate mendaciū palam loqui, sed etiā veritatē libere proferre oportet & dicere, non libere pronunciare, aut etiam non libere defendere veritatem, quam libere cōuenit tueri, proditio est veritatis. 2. q. 3. Nolite, lege etiam sancitum est quod qui tacet verum, committit falsum, vnde beatus Gregorius dicit, palam arguendi sunt qui falso dogmate palam nocēt vt dum aperta obiurgatione sanātur, ij qui eos imitando forte delinquerent corrigantur. Sane in mentem meam incidere non potest quin nobilitati sanguinis tam illustri mores tanti patris & Prælati cōueniant. Accingite ergo vos ad tantum opus & accedite ad illud prompte & viriliter, sed prius armamini scuto inuictæ orationis, ne sitis in derisum & opprobrium cunctis, quia turrim volentibus edificare necessariū est prius sumptus qui necessarij sunt computare, vt ait Dominus, bene & vere scio quod alieni, (& vere alieni à suo instituto) & multitudine fortes & dissoluti insurgent in vos, & querēt animas vestras: sed Deus iuuabit vos & dominus per intercessionem Seraphici patris nostri Francisci, eritque susceptor animarum vestrarum, etiā successū temporis, auferet à vobis opprobriū & cōtemptum, eo quod sua custodistis diligenter testimonia, & e conuerso superbos increpabit ipse, & maledicet eis qui declinauerunt à mandatis suis & à voti promissi & publice emissi solutione (Proh dolor, colendissimi patres ac fratres mei) qui in commercio sunt talium cōtinuē, necesse habent interdum præceptis parere talium deformatorem in quorum conuentibus cōmorantes facilius ad malum trahuntur, per huius-

modi deformatos, quam deformati ad bonum per
 reformatos, quod sæpenumero expertum est, vnde
 Augustinus de singularitate Clericorum, Lubrica
 spes est (inquit) qui inter fomenta peccatorum, se
 sperat saluare, incerta victoria inter hostilia arma
 pugnare, & impossibilis liberatio, flammis circun-
 dari, nec ardere. Cui dicto consonat Hieronymus
 contra Vigilantium (qui statum secularem statui
 religionis præferre conabatur) Cur (inquit) pergis
 ad heremum? videlicet vt te non videam, te non au-
 diam, vt tuo furore non moueat, vt tua bella non
 patiar, ne me capiat oculus meretricis, ne me forma
 pulcherrima ad illicitos ducat amplexus? Respon-
 debis, hoc non est pugnare, sed fugere. Ita in acie, ad-
 uersariis armatus obsiste, vt cum viceris, coroneris,
 fateor imbecillitatem meam, nolo spe pugnate vi-
 ctoriae, ne perdam aliquando victoriam, si fugero,
 gladium deuitaui, si stetero, aut mihi est vincendi,
 aut cedendum. Quid necesse est certa dimittere, &
 incerta sectari? nullaque securitas est vicino serpente
 dormire. nam potest fieri vt me non mordeat, & te-
 men potest fieri vt me aliquando mordeat, & ideo
 vrbium frequentias declinamus ne facere compelle-
 lamur quæ tam natura cogit, quam voluptas. Hæc
 B. Hieronymus. Hic videre potestis quatum sit pe-
 riculi viuere cum deformatis, etiam in Apologia
 Diui Bonauenturæ, hæc habentur in forma. Itaque
 longe fieri à notoriis transgressoribus & fomentis
 peccatorum securius est, vt volunt tam August. qui
 Hieronymus: his igitur motiuis qui fugiunt con-
 sortium deformatorum bene quidem faciunt, &
 etiam tenentur vt fusius probauimus supra: Consi-

derantes profundius quod qui amant periculum, peribunt in illo. Eccle. 3. & psal. ait. Cum peruerso peruerteris. & Apostolus hortatur dicens, nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras? & sequitur, propter quod exite de medio eorū & separamini ab eis, dicit Dominus 2. Cor. 6. Etenim regulæ promissæ transgressores, rationabiliter dici possunt infideles, ut magister Ioannes Brixius Doctor sacræ Academiæ Parisiorū ait, eo quod Deo & beatæ Mariæ virgini & beato Francisco, cæterisque toto tempore vitæ suæ seruare regulam minorum fratrum promiserunt, cui tamen non obtemperant, dicit etiam Doctor subtilis in 4. dist. 39. Vitanda est familiaritas cum quocunque alterius sectæ, quæ autem maior familiaritas, aut maius vinculum quam subditi ad Prælatum? Propter quod etiam pater & mater relinquuntur. Tutius est ergo fratribus reformatis, à fratribus alterius sectæ scilicet transgressionis voti & suæ professionis separari, quam commorari, Patres reuerendi tum Italiani Hispani, atque Galli.

(Vt enim habetur in decretis. 2. q. 7.) Non potest fidelis esse homini, qui Deo est infidelis, & ita pater etiam quod maior securitas separatorum à talibus præsidibus similibusque subditis quam obedientiū illis est in vno eodemque cōuentu manentiū, quod bene notate charissimi pro vestra recollectione, inferitur præterea per iā prolixius deducta quod pro conformitate maiore ad B. patrem nostrum Seraphicum Franciscum, & maiori securitate ad votum promissum seruandum eligibilior est modus viuendi

sub obedientia prædictorum reformatorum: unde
 de verborum significatione cap. Exiui de paradiso
 in 9. Clem. dicitur quod in iis quæ salutem animæ
 respiciunt securior pars est tenenda seu eligenda
 quod bene nota ô præses Martine ac pondera, quia
 hæc sunt digna maxima & subtili consideratione
 heu pater mi quam durum est contra stimulum
 calcitrare! capis me euge. Ideo ô future serue bonæ
 & fidelis, si sacræ pareas tubæ. Non sufficit ô aman-
 tissimi patres mei, & fratres: neque hic constat, ut
 consistit religio, scilicet doctè loqui sub timpe-
 nello, suos admonendo fratres, non, non: quia
 dicit beatus Gregorius, cuius vita despicitur, reser-
 vt eius prædicatio contemnatur. cui arridet illud
 Philosophi 10. Ethicorum quando sermones dissi-
 nant operibus, tunc contemuntur: itaque videat
 Prælati obliquus, si verbo tantum pronunciet
 subditos illud Rom. 12. Reformamini in nouitate
 sensus vestri, &c. quia parum prodest sermo, con-
 traria est contraria. in cuius signum Christus dixit
 annis 10. si opera patris mei non facio, nolite mihi
 credere. Quis nunc Prælatorum nostrorū facit ope-
 ra patris nostri Seraphici? O quam fœlix qui cum
 pio saluatore dicere potest. Si mihi non vultis con-
 dere, operibus saltē credite, certe si efficacibus ope-
 ribus suis nos docerent, tutior esset via pro eis, si
 qui sunt illi, laudabimus eos: certe sunt perpauci
 Proh dolor frater mi Capucine ac colende socie-
 ygnaci bernier quā dure malis & pestiferis super-
 ribus cōminatur Dominus per Prophetā Ieremiam
 23. dicens, væ pastoribus qui dispergunt & dilata-
 rant gregem pascuæ meæ. Ecce ego visitabo super

vos malitiam studiorum vestrorum dicit Dominus. Et alio in loco, vae vobis qui dicitis pax, pax, vbi nō est pax, hanc comminationem perhorrendam & periculum quantum sit, minimè nostri Doctores ac egregij lectores siue concionatores famosi attendunt ô patres honorandi 7. prouinciarum exalciatorum fratrum. Hanc autem ô r. & cordialissime pater Ioannes benedicti perhorrescas, supremūque præcare iudicem, vt suum sanctum spiritum, animis nostrorum superiorum instillet, vt doceat nos facere & exercere quæ dicent bonos minoritas, zelântque sanctam reformationem nostri instituti ac status, in quo sane nunc non est pax vera: quia ibi non est vbi non est secunda conscientia. Si forsân patres mei ascendunt cogitationes in corda vestra arbitantes vos esse paucos numero ad tantum opus inchoandū, scrutamini, scrutamini scripturas, & inuenietis in primo libro 3. partis Chronicorum nostri ordinis, quot sodales habebat ille vir Apostolicus (etsi laicus) B. frater Paulus de trincis quando incepit reformationem celebrem sacre regularis obseruantie de familia fratrum, idem de beato Matthia reformatore religionis ad veram normam & statum habitūque pristinum religionis, qui vna cum paucis fratribus incepit tantam & tam celebrem reuerendorum patrum ac fratrum nostrorum Capucinatorum congregationem. Etiam de beato Petro de Alcantara qui incepit & fundauit prouincias exalciatorum: quinetiam, quid ait Deus per prophetam. Ego congregabo reliquias gregis mei, hoc est sui status zelatores, de omnibus terris, nempe ex omni-

bus prouinciis & cœnobiis, crescent & multiplicabuntur (vt cernitur in prædictis fratribus) & suscitabo super eos pastores, & pascent eos (sicut reuerendissimum patrem nostrum non dubito facturum) & non formidabunt ultra (modo sua bene seruata vota emissa) & non pauebunt, quia ego protector eorum sum, dicit Dominus, his verbis consolamini fratres mei cordialissimi, sed quoniam forte quidam dicet vobis præceptum esse Apostolicum obedire dominis, non tantum bonis & modestis sed etiam discipulis, 1. Petri 2. hoc sciatis esse intelligendum quando nil præcipiunt contra Dei præcepta, regulam nostram, & salutem animæ, aliàs non est obediendum. Huiusmodi sunt illi qui quum fauere deberent suo auxilio reformari cupientes, ipsi tamen eos impugnant ac impedire conantur, & iniurias afficiunt tanquam hypocritas, (vt ego ipse sæpius accididi) tamen ô sancti & benedicti hypocritæ non pro his & similibus verbis à tam sancto propolone resiliatis. Audite Diuum Iacobum in sua Epistola canonica dicentem vobis, & vobis similibus, beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, & Apostolus 2. Corint. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, & alio in loco. Virtus in infirmitate peritur. nõ ignoratis patres mei nullum esse aurum purum & optimum, nisi per ignem proberetur, & sic tanquam aurum in fornace probauit electos fuisse Dominus. & postea quasi holocausta hostiæ accipit eos, legimus nauiculam Petri bene quidem fluctibus valde agitatam fluctibus hæreticorum & peruersorum hominum innumerabilibus, sed nunquam pro

fuerunt eam submergere, nam iuxta promissum domini Iesu ipsius gubernatoris, portæ inferi nõ præualebunt aduersus eam. Sic etiam continget zelantibus suam regulam & institutum. Quando recorder verborum venerandi lectoris, ac patris, fratris Francisci Iuhæe quampluries dictorum, non parua spe ac latitia perfundor: dicebat enim, fili mi: si in congregatione Balmetana & capitulo generali Parisiorum nobis recollectis siue reformatis, confestim concessissent petitionem nostram (quãtum ad recollectionem) etiam si aliis non fuisset ludibrio vsq; modo nihil inde virtutis apparuisset: Sed quanto plures obiectiones fuerunt & controuersia, tãto plus res, & in nostris radicata est cordibus. Sic etiam accidit fratribus Capucinis quando ad nostrates venerunt, nam cum edificare cepissent illã celebrem ædem in suburbanis S. Honorati iuxta Parisios, dico celebrem domum & ædem sacram eo quod secundum morem antiquum ordinis intentionemque beatissimi patris nostri Seraphici Francisci, quantum constitit ædificium & victus tantorum patrum vt propriis vidi oculis, Deus scit quod non mentior, quod si vellem referre simul virtutes illorum piorum Patrum ac fratrum quas vidi spacio duorum mensium quos consumpsi illo in cœnobio dum recenter ab Hispania remearem: profecto etiam si mihi centum essent linguæ non sufficerent ad minorem partem referre illorum mores, & austeritatem. Vnusquisque vestrum poterit videre & experiri, quod consulo vobis, pauperculus ipsorum fratrum Gardianus, captus fuit à quodam certo superiore nostri ordinis & in custodia Ma-

P A R S S E C V N D A

mortini reclusus, sed Deo auxiliante illæsus euasit
 minas hostium suorum, quid plura referam de mis-
 feriis ipsorum & ærumnis: quis narrare poterit quæ
 ab Episcopo dictæ ciuitatis illata fuere? necnon ab
 illustrissimo cancellario regio & primo præfice,
 suadentibus quibusdam religiosis nostri instituti
 sed modo eorum æmuli facti sunt, tutores eorum
 nihil mirum, quia fere semper sic accidit Deo de-
 gne seruientibus: Legite & perlegite diligenter &
 attente subsequente copiam querimoniarum pro-
 positarum in Constantiensi Concilio, ac copiam
 conclusionis vniuersitatis Parisiorum, & videbitis
 qua via & modo sunt laureati nostri hic appositæ
 patres & conuentus, quibusue exuberauerunt vir-
 tutibus, quomodo viriliter obuiarunt & restite-
 runt procellis eis subortis, idcirco si Abraham verus
 filij estis, opera illius facite, nam vas aureum quan-
 to magis confricatur, tanto magis lucet, sic boni
 & perfecti religiosi bene radicati in fide stabiles &
 constantes. O quam insensati sunt æmulatores ve-
 stri, quomodo inimicus noster capitalis occidit
 eos. Proh dolor, resque miranda isto in Apostolico
 instituto est videre fratres qui corrigi & reprehen-
 di nolunt, nec minus sinere alios, qui cupidi sunt
 & continue anhelant ad suam obseruantiam, si re-
 les bene aduerterent & scirent cōscientiæ suæ con-
 sulere, utique bene aliis præessent, & ut ait Ecclesi-
 stes 14. qui sibi nequam cui bonus erit? tandem re-
 verum fatear, cæci sunt, & placeat Deo quod ve-
 luntarij non sint & duces cæcorum, quos ipse ex-
 cæcant, securus accedit tentator vbi nullus timere
 repræhensor ut inquit beatus Hieronymus, sed be-

& iterum heu, multi sunt qui nolunt repræhen-
 di, nec vitam in melius reformare, sed potius li-
 bere diabolo seruire, & plerumque odiunt eos
 qui eos redarguunt. Galat. quarto. inimicus factus
 sum vobis verum dicens, quid ad te ô pauper-
 le magistri? Adhuc ignoras quod non diligit pesti-
 lens eum qui se corripit bono animo? Prouer. 15.
 Mirabilis insania multorum religiosorum, irasci-
 mur sananti, & non irascimur vulneranti. Bernar-
 dus. tales se incorrigibiles ostendunt quod est si-
 gnum valde periculosum videlicet quod à Deo de-
 spectui sunt.

Si considerarent opera Dei quod nemo possit
 corrigere quem ille despexerit, quod sæpius in
 Ecclesiasticis, quam in laicis contingit. Vnde Chry-
 sostomus super Matthæum, Clerici si male fece-
 rint inemendabiles sunt, laici vero delinquentes,
 facile emendantur, hæc ille. O quam insensati sunt,
 qui correptionem contemnunt, & qui odiunt cor-
 ripientem, magis eligentes in via perditionis re-
 linqui, quam ad salutis rectitudinem reparari, ta-
 les certe, vnde debuerant spiritualiter impingua-
 ri (vt dicit regula, ita quod super omnia deside-
 rare debent habere spiritum orationis, cui cæte-
 ra temporalia debent seruire) inde semetipsum la-
 pidant & cruciant: vir prudens atque disciplina-
 tus, non murmurat correctus. Ecclesiast. 10. Ego
 fenex & Episcopus (inquit Aug.) paratus sum ab
 omnibus corrigi & emendari, & illū amicum meū
 existimo cuius linguæ beneficio, ante diē extremum
 iudicij, animæ meæ maculas tergo. Hæc ille, licet

autem vir religiosus (nota quod dico si vere religiosus) correctus interdum moleste ferat in principio, tamen ad cor reuersus, amicum intelligit eum qui correxit. Prouerb. 28. Qui, corripit hominem, inuenit gratiam postea apud illum, magis quam ille qui per linguæ blandimenta decipit, ô quam multo est, qui corrigi non vult, quam graui periculo se exponit, qui non studet à peccatorum rubigine purgari, antequam veniat ad iudicium Dei, sed profecto sapiens ille, qui corripi optat, & correptionem lubens audit. Prouerb. 15.

Auris quæ audit increpationes vitæ in medio sapientium commorabitur, qui autem abiicit disciplinam, despicit animam suam, qui autem acquiescit increpationibus, est possessor cordis, timor enim Domini disciplina sapientiæ, & gloriam præcedit humilitas, propter prædicta, beatus Augustinus hortatur ad fraternam correctionem homin. 14. sic per Ioannem, dicens quis comeditur zelo domus Dei, nisi qui omnia quæ ibi videt peruersa, satagat corrigere & cupit emendare, si emendare non potest, tolerat & gemit? Si zelus domus Dei comedit vos, & videtis alios, talia quæ non licent perpetuare, velle prohibere quos potestis, opertos tenete quos potestis, terremini quos valetis, quibus nõ potest blandiri, tamẽ nolite quiescere, facite quod potestis, veniat in mente vestra seruus ille qui abscondit talentũ Domini sui & noluit supererogare, nunquam accusatus fuit quod perdidit, & nõ potius, quia in lucro seruauit? Sic ergo fratres mei, non quiescite. Iterum atque iterum, nolite, nolite, & iterum nolite Patres mei ac fratres dilectissimi, quiescere.

crari Christo, quia lucrati estis à Christo, ideo vt non quis de cætero peccet per ignorantiam, tu præses Martine, coge tuos studere opus supradictum: tu quoque lector Iuhee doce eos supradictum manipulum, tu quoque magister Marurine calleat tuos instruito filios, secundum supradictum: sicque faciendo, partem oneri vestris humeris imposito facietis, alias autem faciendo, participes eorum eritis nequitiae. Vnde Heli, qui verbo quidem docuit & corripuit filios suos, sed non factò, pœnam terribilem cum ipsis accepit, vt habetur 1. Regum 2. & 4. Deus haud concupiscit filiorum infidelium multitudinem, ac inutilium, nam melior est vnus timens Deum, quam mille impij, quia sicut dicitur Ecclesiast. 15. Vtile est magis mori sine filiis, quam relinquere filios impios, hinc etiam dicitur Prouerbio. 13. Qui parcat virgæ odit filium suum, qui autem diligit filium suum, instanter erudit illum. Et Ecclesia. 30. qui diligit filium suum, assiduatur illi flagella, vt lateretur in nouissimo suo, & sequitur postea, non des illi potestatem in iuuentute quando non minus bonis moribus quam litteris sunt apti, & ne despicias cogitatus illius, curua ceruicem illius in iuuentute. (Si sic nostri egissent, præsci & moderni superiores & prælati, non esset tanta degeneratio à nostro instituto) & tunde latera eius dum infans est, ne forte induret & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ, hæc ibi cum in subdito peccatum non corrigitur, in eos qui præsunt sententia retorquetur, vt dicit beatus Gregorius. quod bene notate, iterum ipse dicit tot personas occidimus, quot ad mortem ire

P A R S S E C V N D A

quotidie tepidi & tacentes videmus. Si vos ferris vitia amici, facitis vestra, bis peccat qui peccanti obsequium accommodat: qui autem debet corrigere, & non corrigit, videtur obsequium prestare peccanti: Idcirco aduertant bene omnes in potestate constituti & dignitate, quam rationem suæ computum reddent de peccatis, ex defectu correctionis prouenientibus, audiant iudices nullam punitionem de peccatis notoriis faciētes. Quando in mente mea confero sententiam hanc in primo capite memoratam, pene deficio, quæ talis est, religiosi quorum voluntas renuit subiici regulæ ordinationi & constitutionum, sed magis deliberant uere, nolentes reformari neque argui: si sic perseuerent vsque ad finem, nequeunt nisi damne-abiliter mori: Probat, primo quia tales uota sua frangunt, publice & solemniter emissa, tum quia non ignoranter, sed deliberate resistunt iis quæ necessario ad salutem requiruntur. Non enim quilibet potest ad salutem pertingere, nisi uiuendo secundum regulam, cui scienter repugnant & contumaciter ueniunt, reformari aut puniri nolentes. Hæc doctor Perinus. Et alio in loco idem dicit. Religiosi quibus nulla est cura de sui status obseruatione, sed passim & indifferenter regulam ipsam & constitutiones infringunt scienter & deliberate, & religionis suæ ceremonias & statuta, & pro nihilo ducunt omnia quæ eis dicuntur, iniunguntur, præcipiuntur, si sic vsque in finem perseuerauerint, non video quin transitus talium in tremendo iudicio Dei, sit de periculo perditionis uer-

mentissima trepidatione suspectus, quod probatur, quia ex contemptu peccat & deliberate & non per ignorantiam seu per fragilitatem.

Vbi nota quod contemnere (prout spectat ad propositum) rem aliquam, vt authoritatem superiorum vel eorum constitutiones, est ipsam vere vel interprælatiue nullam aut inutilem seu vilem aut minus iustam reputare, quia tales ex hoc videntur magis ingrati diuinis beneficiis, quibus sunt sublimati ad perfectionis statum, vt dicit Apostolus ad Hebræos 10. quod fideles grauiora merentur supplicia, ex hoc quod peccando filium Dei conculcant per contemptum. Vnde & Dominus conqueritur per Hieremiam Prophetam cap. 11. d. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? tales enim communiter efficiuntur pessimi & valde incorrigibiles. Vnde Augustinus ad Vincentium, ex quo seruire cœpi Domino, sicut difficile expertus sum meliores quam qui in monasteriis profecerunt, ira deteriores non sum expertus, quam qui in monasteriis defecerunt, hinc arbitror dictum Apoc. vltimo, iustus iustificatur adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc, de quibus etiam videtur illud dictum Hierem. 24. cap. Vidi ficus bonas, valde bonas, malas valde malas quæ comedi non possunt eo quod sunt malæ, id est ô Domine ad ostium templi ego vidi duos calathos ficuum, hoc est religiosorum optimorum, necnô & pessimorum, quorû vnus, bonus est valde, alius vero valde malus, vere ita est, quia nihil melius bono religioso, & nihil peius malo, quâta mala



P A R S S E C V N D A

exempla præbet indisciplinatus religiosus, & à
 conuerso dilciplinatus & morigeratus quantum
 ædificat, explanari non potest (Patres amantissimi)
 non vocauit nos Deus in immunditiam, sed
 in sanctificationem, quapropter rogo vos fratres
 & obsecro vt abundetis magis & operam detis re-
 formationi vestræ ad instar nostrorum priorum
 patrum, qui non parum laborarunt pro ipsa, vt
 quieti essent & vt pollerent sana conscientia, veque
 poteritis perspicere in copiis infra scriptis, sed heu
 quæ conuentualibus nostris seu claustralibus aut
 magnis fratribus imponebant bono iure, modo
 retorquere possunt etiam ipsi in nos, vt patet in
 subsequenibus copiis Concilij Constanciensis &
 Academiæ Parisiorum famosissimæ, illas legatis di-
 ligenter & attente vt per eas facilius videatis par-
 uum feruorem spiritus, quinetiam relaxatorum seu
 dissolutorum multitudinem superiorum cõuiu-
 tium, & incorrectionem culparum & defectuum
 væ vobis, qui dicitis bonum malum, & malum
 bonum (inquit Deus per suum Prophetam Isayam
 qui modo postulant reformationem sunt magis o-
 diosi superioribus quam subditis, ipsi enim à Pre-
 latis dicuntur inquieti, seditiosi, & carnales, & qui
 eos tueri deberent, ipsi sunt qui persequuntur, &
 hoc non quod ignorent bonum, sed nolunt affus-
 tas delicias, crumenas, & indumenta peregrina
 equos & mulos vaseque argentea relinquere. Pre-
 cor piissimum Dominum, vt non ita sinat nos ob-
 cæcatos fieri, vt bono obuiemus, sed lumen præ-
 stet & vires, ad cognoscenda & custodienda ver-
 mandata, & ea toleranda quæ sunt à zelosis rui

fociis vna (ſpater Martine) tecum poſtulata. Amē,
 Amen. Valet cordialiſſimi & amantiſſimi Patres
 ac fratres mei dilectiſſimi, Deum optimum maxi-
 mum pro me exorate ſuppliciter & pro reuerendiſ-
 ſimo patre noſtro miniſtro generali fratre Franciſ-
 co Gonzaga, vt dignetur Deus per eum noſtrum
 inſtitutum Apoſtolicum reformare ad inſtar prio-
 rum patrum quorum vitam poſui in idioma Gal-
 licano pro conſolatione veſtra, & etiam pro illa
 reuerendi ac doctiſſimi patris fratris Ioannis be-
 nedicti quondam digniſſimi Commiſſarij Gallia-
 rum regni atque Secretarij totius ordinis noſtri
 quem veſtris precibus commendo vna mecum ite-
 rum atque iterum.

*Capitulum 31. in quo aperte videtur periculum
 in ingreſſu mulierum cum conſenſu
 in cœnobia noſtra.*

BREVE S. D. N. D. Pij diuina prouidentia PP.
 Quinti ſuper reuocatione licentiarum ingre-
 diendi monaſteria ac domos Carthuſienſium &
 aliorum quorumcunq; regularium ordinum etiam
 mendicantium quibuſcunq; mulieribus conceſ-
 ſarum. Pius Papa quintus.

Ad perpetuam rei memoriam, regularium per-
 ſonarum quæ relicto ſeculo Dei ſeſe obſequio de-
 dicarunt, pro commiſſo nobis officio quieti con-
 ſulere cupientes, ad ea remouenda quæ religioſum
 earum proſiſtitum impedire poſſunt, curam no-
 ſtram libenter intendimus, vt nulla re quæ eas à
 diuino cultu auocet præpeditæ ſecundum ſuorum

prælatorum regularia instituta & Decretum sacri
 Concilij Tridentini, tranquillis mentibus gratum
 altissimo impendere possint famulatum. Quia igitur
 & Carthusiensium ordinis & aliorum regula-
 rem vitam professorum quies non parum solet (ut
 accepimus) perturbari: Propterea quod mulieres
 modestiæ matronalis oblitæ, domos ac monaste-
 ria eorum contra ipsorum instituta prætextu con-
 fessionalium aut aliarum litterarum Apostolica-
 rum ingredi audeant. Iphis etiam Abbatibus, Præ-
 positis, Prioribus & aliis Præsentibus aliquando
 recusantibus & renitentibus, non sine magna eor-
 um molestia, nec sine graui etiam Laïcorum of-
 fensione & scandalo, si quando admitti minus fa-
 cile videantur, huic rei prouidere volentes motu
 proprio & ex certa scientia, ac de Apostolicæ au-
 thoritatis plenitudine, omnes & singulas facultates
 ac licentias ingrediendi monasteria ac domos
 Carthusiensium & aliorum quorumcunque re-
 gularium ordinum, etiam mendicantium multis-
 ribus cuiuscunque status, gradus, ordinis, condi-
 tionis, & quacunque dignitate ac præeminenti-
 præditis, etiam & Comitissis, Marchionissis, duc-
 cissis, sub quibuscunque verborum tenoribus & for-
 mis, & cum quibuscunque etiam derogatoriis
 derogatoriis, aliisque efficacioribus, formo-
 ribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus de-
 cretis ab Apostolica sede quomodocunque con-
 cessas, quatum tenores perinde ac si de verbo
 verbum præsentibus infererentur haberi volumus
 pro expressis tenore præsentium reuocamus, & in-
 cassas, irritas & inanes esse decreuimus, districte

prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates & licentiam prætendentibus sub excommunicationis latae sententiæ pœna, postquam harum litterarum noticiam habuerint, à qua non possint nisi à nobis aut à Romano Pontifice qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo, domos & monasteria ingredi audeant: Iphis vero monasteriorum & conuentuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & aliis Præsidentibus quocunque nomine vocentur, & eorum monachis Canonicis, & fratribus, siue mendicantibus sub priuationis officiorum, quæ in præsentì obtinent & inhabilitatis posterum ad illa, & omnia alia & suspensionis à diuinis ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, intrmittere præsumant, non obstantibus promissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem & mandamus vt hæc litteræ ad valvas Basilicæ beati Petri & Apostolorum principis, & in Cancellaria nostra, atque in acie campi flore de more publicentur. Quia vero difficile foret has litteras ad omnia loca deferri volumus & declaramus vt earum exemplis & transumptis manu scriptis vel impressis, & manu alicuius notarij publici subscriptis ac sigillo alicuius Prælati munitis, par vbique fides habeatur, acsi præsentès exhibitæ essent vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris, die 24. Octobr. Anni Domini millesimi quingentesimi sexagesimi sexti. Pontificatus nostri anno primo. Anno à natiuitate Domini, 1566.

PARS SECVNDA HVIVS MANIPVLI.
indictione 9. die 26. mensis Octobris Pontifica-
tus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri
Domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti, anto
primo suprascriptæ litteræ affixæ & publicatæ fue-
runt in locis suprascriptis per nos Bernardinum An-
dreutium, & Ioannem Andream Rogerium Apo-
stolicos Cursores, Philibertus Chapius magister
Cursorum, Fabritius Gallerus publicus, Auctori-
tate Apostolica & Cu. Causarum Camerae Aposto-
licæ Notarius.



P VII.
Pontifica
mini nolli
inti, anno
icata: fue
linum Ab
rium Apo
s magite
, Aucto-
æ Aposto-



COPIA SEQVENS EST ILLA
DE QVA MENTIONEM FECI-
mus in præcedenti Epistola
recollectorum.

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO
Patribus & Dominis in sacro Concilio Constan. Præsi-
dentibus humiles vestrarum reuerentiarum, paternita-
tum sue dominationum filij, fratres Minores pauperes
reformationem sui status prætendentes omnimodæ sub-
iectionis & obedientia reuerentiam tam debitam quam
deuotam. Cum ad vestras reuerendissimas paternitates
& dominationes pertinere dignoscatur discussiones can-
sarum animarum salutem concernentium, turbationes
cedare, periculis obuiare, deformata reformare, & de ta-
libus aliis similibus diiudicare & diffinire, necesse est
vt in occulto loquamur nihil, eo quod veritas angulos
non querit: scriptum est enim.

NICHIL opertum quod non reueletur.
Sed omnia ad lucem veniant, operaque
indiscussa non permaneant grauius po-
stea iudicium subitura. Sed per virgam
vigilantem videatur si opera eius bona
sint & in Deo sint facta. Ad hoc sacrum generale
Constantiense Concilium fratres quidam pauperes
ordinis Minorum plures conuentus in Gallicanis

partibus tanquam peregrini & aduenæ inhabitantes duxerunt recurrentum. Quia cum ipsi immutabiles in huius decursus vias diuersas inspiciētes à dæmonibus iter peregrinantium perturbare nitentibus multipliciter obsessas arctam quandam quæ eos vitam duceret, regulam scilicet & vitam fratrum Minorum à spiritu sancto beatissimo patri eorum Francisco reuelatam, ab Ecclesia Dei laudatâ & approbatam Christo Doctore elegerint. In ipsa quidem paululum proficiētes, & vt animarum suarum salutem assequi possent sanctorum patrum priorum vestigia de diuina bonitate confisi imitari cupientes. Nihilominus impedimenta multa his que transuolasse putabant non minus periculosa sibi obuios habuerunt. Qui tamen considerant quod lima ferro, quod fornax auro hoc tribulationum confecti iustos præuiosq; viatores qui pie voluerunt in Christo viuere multo maiora in via Dei passos, vix accipiet tantillas Deo ministrare resipuerunt & tandem per Dei gratiâ aliquibus prouisionibus sedis Apostolicę munitis perturbatoribus suis inuitis ad hunc viuificum ab eis instantissime desideratum istud concilium generale Constancien. Concilium accesserunt. Supplices humilime quatenus de saluifico ministerio à Christo sibi influxo igne fornacis tribulationum huiusmodi multo solito plus accessere penitus extinguere vel saltē mitigare taliterque eis prouideretur vt vento roris cœlestis flante ipsa dignitate sacri Cōcilij prouidentia apud Deū præmittitur ipsi pauperes in via quâ cœperunt salubriter peruenirent. Aliās timent dicti fratres ne Christi iugum mittant præ impedimentorū multitudine & sic

quie quã animabus suis inuenire debuerant defraudentur. Hęc enim impedimēta fornacis absorbentis accensor hostis malignus eis præstitit & præstat per nonnullos prælatos & fratres sui ordinis. Hoc ideo vt per illos qui sibi dati esse debuerant in adiumentũ salutis facilius eos trahēt ad viã perditionis. Isti enim prohdolor à via regulari nimium elógati viam suam corruptam tâquam sanam, periculosã quasi securã sustinētes, & sic malum bonũ dicentes sub specie cuiusdam lucis tenebris tamen inuolutæ exactione, s. obedientiæ ipsos pauperes vna secũ habitare pariter & ambulare cogere nituntur. quod ipsis videtur impossibile quin conscientias suas grauibus periculis exponentes similibus vel maioribus incidant, & sic indignationem omnipotentis Dei Apostolorũque suorum damnabiliter incurrant. Sane siquidem sicut timere vbi culpa minime reperitur interdum mētis est timorata & etiam aliquãdo conscientiæ nimis scrupulosæ. Sic nõ timere vbi culpa multiplex secundum sanctorum, & Ecclesiæ sententiam expressam inuenitur, esse videtur mētis excecate illorum. s. quæ grauia magnaue peccata: aut propter assuefactionē, & quia in illis sunt nutriti aut ob affectionē ad ea quę sua sunt, & amorē præsentium iudicium rationis peruertētes, cum iudicia cõmuniter sequantur affectiones: aut ob defectum timoris amorisque diuini, vel propter sociorũ multitudinem aut propter ignoratiã vel aliis modica aut nulla arbitrãtur, quãquam in rei veritate damnationis periculum in eis appareat euidenter. Cuius rei gratia intentionem supplicationemq; suam dicti fratres in quatuor partes explicare & differere

P A R S T E R T I A

voluerunt. Prima est suæ regulæ promissæ faciendi, & se immunes à transgressionibus nunc pro dolor in ordine vigentibus seruandi nisi per dictum sacrum generale Cōcilium illis de aliqua reformatione seu prouisione prouideatur experta quasi impossibilitas. Secunda propter mala & impedimenta à prælatis ordinis sui sibi inflicta ad sanctam sedem Apostolicam & sacrum præsens generale Cōcilium appellandi vrgens necessitas. Tertia si ordo illorum reformetur vel saltem fratribus se reformare cupientibus favor & tuitio detur vniuersalis Ecclesiæ salutaris vtilitas. Quarta temporis ordinem illum reformandi apta dispositio & opportunitas.

Quo ad primam causam dicunt ipsi fratres quod secundum tenorem regulæ eorum statutorum patrum & constitutionem ipsi tenentur, & debent dicere diuinum officium secundum morem Romanæ Ecclesiæ & psallere in conuētibus tractim, attente reuerenter & deuote, sine risu dissoluto, intuitu perouago, & sine fractione vocis, simul cantare, sine pause, & simul perseuerare. Debent etiam omnes ad chorum ire nisi fuerint legitime præpediti, quod per Celestinos & Carthusienses præsertim in regione Franciæ obseruari videtur. Quomodo circa hunc articulum se nunc habeant fratres in multis conuētibus Gallicanis cunctis hoc aduertere volentibus apparet euidenter: quia ibi fiunt cantus fratrum leues & dissoluti. In choris publice intrant viri & mulieres. Ibi sæpe non parcitur risui & cachinnationibus. In officio magis quæritur finis quam deuotio, nisi favor astantis populi aliter interdum faciat mulceat. Hora silentij & dormitionis præsertim

ma
& l
dia
co
nor
Co
per
lue
uar
cor
dic
Ite
nes
pec
Dei
cap.
vesti
dum
lore
quib
in pa
omn
quo
vilit
pare
Cler
dum
Et
minu
dum
feme
bat. I

maiores in potibus & comestationibus pernoctant & hora matutinarum dormiūt. Et quamuis in media nocte pulsetur campanella, paucissimi tamen comparent in Ecclesia exceptis paruulis qui sæpius non habent sacerdotem ad officium faciendum. Constat ergo quod frater volēs officium suū debite persolvere sic facultatem non habebit, quia si voluerit tractim & deuote cantare & cærimonias seruare: & alij ad finem festinare, non poterūt se concordare immo derisiones & subsannationes nō modicas patietur & hypocrita vel singularis vocabitur. Item in regula continetur. 4. cap. quod fratres omnes vestimentis vilibus induantur & possint ea repeciare de saccis & aliis peciis cum benedictione Dei. Cuius vilitatis qualiratem declarans Clem. 5. cap. Exiui de paradiso dicit sic. Vtilitatem inquit vestium illam intelligi debere dicimus quæ secundum consuetudinem patriæ debeat quārum ad colorem panni & precium merito vilitas reputari. Ex quibus verbis liquet quod de vilibus pānis qui sunt in partibus illis in quibus morantur fratres debent omnes indui. Et in quadam constitutione dicitur quod in vestibus fratrum semper reluceat asperitas, vilitas, & paupertas. Et notādum quod nō dicit appareat, sed magis reluceat. quem articulum idem Clemēs vbi supra declarat esse traditum & seruandum districte sub præcepto.

Et de beato Francisco fundatore nostro dicit dominus Bon. in sua legenda, quia si quempiam secundum exteriorem habitum se pauperiorem cerneret, semetipsum redarguēs ad simile se protinus excitabat. In quo est aduertēdum quia si ad instar patrum

& prælatorum magistrorū & aliorum fratrum ordinis vestem longam latamque & ambitiosam cum puris rugis & variis sub cingulo circumcirca pyramidaliter pendentibus & de panno præcioso de quinque partibus apportato induisset, immo nihil eius grossa repeciata & abiecta fuisset: nunquam ille Doctor deuotus de illo talia scripsisset. Quæ quidem sancta vilitas & abiectio taliter hodie à magistris & prælatis ordinis est despecta & reprobata quod si fuerit aliquis frater qui super hunc passum vellet pure regulam suam seruare, sanctum patrem suum sanctum Franciscum sociumque eius imitari à longinquo reputatur hypocrita singularis appetitor laudis & ponens scandalum in conuentu, eiusque vestis condemnatur. & nisi noluerit aliis se cõformare: grauiter punietur. Sic de re constat quomodo etiã in hoc passu non possunt prædicti supplicantes inter alios suæ regulæ facere, neque transgressiones & laxationes deuiare. Vnde in bulla quam subreptitiè impetrauerunt ipsorum pauperum fratrum destructione: expressè posuerunt quod habitus pauperes reiciantur & aliis transgressoribus conforment.

Item dicitur regula vj. cap. Fratres qui necessitate coguntur possunt portare calciamenta. Quem esse articulum idem Clemens vbi supra declarat tanquam obligatorium esse à fratribus obseruandum. Quorum verba multum sunt notanda. quia non dicitur, pro qualicunque necessitate: sed magis necessitate urgente. Super quo articulo dixerunt quatuor ministri ordinis exponentes aliqua verba regulæ ex precepto ministri & capituli generalis. quorū fuit vultus

magister Alexander de Hales Doctor irrefragabilis, quod ire nudis pedibus est formæ regulæ, habere simpliciter soleas est minoris dispensationis, habere soleas cum caligis truncatis quæ non cooperiunt pedes neque transcendunt genua est maioris. Habere autem sotulares cum caligis completis est maximæ dispensationis. Et de beato Francisco dicitur quod nunquam portauit soleas vsque ad tempus quo recepit sacra stigmata: quas portauit extunc propter plagas pedum. Qualiter autem fratres omnes se habeant circa hunc passum liquido cunctis patere potest quomodo habent sotulares laqueatos, strictos, lasciuios & compositos. Insuper caligas longas sicut milites, & subtus habitus camisiarum & hippones. Et ideo si vnus frater velit nudis pedibus ambulare vel soleis contentus esse: ab aliis abhorretur, decideretur, & singularis atque scandalosus iudicatur. Sic patet quod in hoc passu etiam manendo inter alios non posset secundum formam suæ regulæ viuere quamuis secundum vires corporales hoc potuisset facere.

Item dicit regula quod fratres non debeant equitare nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. In quibus etiam verbis est aduertendum quod de leui & sine magno timore nullus frater debet equitare. Super quibus etiam verbis dicunt prædicti quatuor magistri quia ibi necessitas potest accipi pro senectute. Ita quod nulli decet equitare nisi sit decrepitus taliter quod non possit pedes ambulare: vel infirmus vt ibi sonat littera, vel necessitas vt dicunt ibi potest intelligi pro causa. videlicet quod causa pro qua contingit equitare sit honesta & se-

P A R S T E R T I A

cundum se licita & necessaria, & tanta indigeat celeritate quod non posset expectare fratrem pedester ambularem. Quem articulum Clemens, supra esse sollicitate seruandum declarat tanquam districtum præceptum. In quo est aduertendum quod fratres pro quæstibus pecunialibus vel litigijs siue causis alijs sibi illicitis, vel pro suo solatio equitantes contra suam regulam manifeste faciunt, & illi qui equos pingues & grossos in stabulis otiosi custodiunt: quia vix semel in anno posset accidere causa pro qua frater minor debeat equitare. In quo casu posset mutuare equum paruum & vile vel retius asinum suo statui consonum. Et ideo si fuerint talibus conuentibus frater volens & potens ambulare pedes, & mittatur foras cum alio equitante detur in socium: cogetur equitare, alioquin inobediens & singularis vt supradictum est reputabitur.

Item dicitur in regula iiii. cap. Præcipio firmiter fratribus vniuersis vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam. Item in eodem. Tamen pro necessitatibus infirmorum & alijs fratribus induendis, ministri tantum & custodes sollicitam curam gerant secundum loca & tempora & frigidas regiones secundum necessitati viderint expedire, eo semper saluo vt dicitur dictum est denarios vel pecuniam non recipiant. Et iterum in v. cap. Fratres quibus dedit Dominus gratiam laborandi laborēt fideliter & deuote, &c. Et paulo post, de mercede vero laboris pro se & suis fratribus corporis necessaria recipiant præter denarios vel pecuniam. Super quibus verbis multa sunt aduertenda. Primo quantum districtè præ-

cipit vt fratres sint elongati à denariis quia hoc ter
 prohibet. Secūdo quia nullam causam referuat quā-
 do di. nullomodo, vbi signum vniuersale apponi-
 tur cū termino indefinito de qualibet specie videtur
 prædicare. Tertio quod nulla causa maior recipiēdi
 pecunias quam pro infirmis, pro qua tamen nole-
 bat. Super quo passu dicunt quatuor magistri: quod
 sub illo verbo denarios, intelligitur pecunia nume-
 rata, & sub illo verbo pecunia intelligitur omne
 quod traditur numero, pōdere vel mensura. Et ideo
 addunt quia talia superflue recipere vel eo animo
 vt vendant distrahantur vel commutentur, est pe-
 cuniam recipere, & sic in tali casu peccant sicut
 in receptione denariorum. Dicunt vltra quod in-
 terposita persona intelligitur famulus siue bursarius
 quia qui per alium facit per seipsum facere videtur.
 Et Clem. 5. vbi supra. Expresse declarat quod face-
 re quæstus pecuniales in prædicationibus vel aliis
 siue accipere pecunias in oblationibus vel denarios
 in cippis & truncis in ecclesiis vel alibi: hæc inquit
 omnia & similia ipsorum statui cōsiderato, sunt fra-
 tribus simpliciter interdicta. Qualiter autem fratres
 in hoc tempore nouissimo circa hunc articulum se
 habeant, non est opus longū narrare quia vniuersis
 clare liquet. In nullo enim in hoc casu differunt à se-
 cularibus nisi aliqui in sola contrectatione quā de-
 nitant, quia videtur frequenter emere, vendere, au-
 de pecunias perquirere, abunde expendere, ædificia
 sumptuosa construere, cara & deliciosa interdum
 plulquā prælatos & milites apperere & procurare.
 Et licet multa sint circa hunc passum quæ dici pos-
 sent in quibus communitas ordinis male se habeat

P A R S T E R T I A

omittuntur tamen. Facile est enim perpendere quomodo in secretis similibus vel minoribus se habeant cum omni verecundia postposita, ad laxationes maximas & toti populo manifestas ceruice erecta se exponere non timent. Non enim est dubium, quin si quis frater inter tales voluerit à talibus se abstinere, & talia agentes increpauerit, persecutiones varias sustinebit: nec dabitur ei quid manducare vel induere: nisi in summa egestate. Et si noluerit quæstus pecuniales facere, reliquias custodire & oblationes quando sibi fuerit iniunctum, inobediens singularis & præsumptuosus reputabitur, & demum grauius punietur. Sic patet quia in hoc passu difficile, immo quasi impossibile foret alicui cum illis potestatem suam regulam seruare.

Itē dicitur in regula xi. c. Præcipio firmiter fratribus vniuersis ne habeant suspecta cõsortia vel cõcilia mulierũ & ne ingrediatur monasteria monachorũ præter illos quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis. In quibus verbis est aduertendum quantã puritatẽ debent habere fratres minores, quoniam non solũ regula eorum prohibet peccatum factum, sed etiã suspicionem. dicit enim ibidẽ. Nec fiat cõparatio virorũ vel mulierũ ne hac occasione inter fratres de fratribus scandalũ oriatur: nec etiã solũ prohibet suspecta cõsortia: sed etiã colloquia & cõcilia suspecta. Et iterũ de monialibus quomodo prohibet ingressum ad eas. Super quo passu videlicet monialium dicit Nicol. 3. c. Erit qui seminat. Quia ingressus in quæq; monasteria monialium inclusarum vel aliarum est fratribus prohibitus & declarat per illud verbum monasteria, debere intelligi claustrum, dormitorium

refectoriū, & alias officinas interiores. Possunt tamē
inquit ire fratres in ecclesiis earū & foras causa præ-
dicationis & elemosynæ petendæ. Sed nullo modo
ad interiora debent intrare. Et quo ad cōuentus fra-
trum dicunt constitutiones & statuta quod taliter
sint solitarij & à cōuersatione hominum sequestra-
ri vt non solum viri dissoluti siue quæcūq; mulieres
frequentes ingressus non habeant ad domos inte-
riores fratrum: sed quod plus est nec pueri. Quali-
ter autem fratres se habeant circa istos duos articu-
los omnibus cum ipsis conuersantibus est notum.
Primo quia quando vadunt per mundum non dif-
ferunt amplius declinare ad monasteria monia-
lium non solum exclusarum, sed etiam inclusarum
quam ad domos secularium: immo sæpe libentius
illuc declinant, comedunt & bibunt, dormiūt, & ibi
filias suas habent deputatas & quasi ad sponsales nu-
ptias opulenta cōuiuia faciunt, choreas ducūt, & so-
lata multa detestabilia. Ibi homines vestes mulie-
bres induunt & ecōtra. Ecce visitationes, correctio-
nes, & exempla quibus misere à miseris reguntur &
gubernantur. Nec mirum si conuētus taliū mulierū
à statu regulari nimium elongentur: quia si cecus
cecum ducat ambo in foueam cadunt. Quo verò ad
conuentus fratrum manifestum est qualiter mulie-
res vulgariter & indifferenter ingrediuntur chorum
claustrum & domos interiores, & quod abominabi-
lius est sæpe dormitorium de die & nocte. Et si quis
frater talia abhorres ipsas mulieres vel fratres incre-
pauerit, exinde opus est ei se custodire caute & solli-
cite tãquã si esset inter homicidas & gladiatores. Vl-
terius pauci sunt conuentus in partibus prædictis in

quibus non sint mulieres velut ancillæ fratribus obsequentes: aduertat quisque fidelis si criminandus sit frater castitatem professus tales communicatus deuitans. Si cum multa difficultate adipiscatur palmam castitatis in solitudine, quid fiet vbi multa impedimenta præstantur in occasione? Nullus dubitabit nisi ignorans vel salutem suam pro modico ducens. Nec putet aliquis quod hæc dicant fratres prædicti vt communitatem ordinis scandalizet: sed solum vt super hoc ad omnium salutem prouideatur. Cum rei veritate multa detestabiliora obmittunt qui citius in talibus salua salute occultare quam indebitum vellent detegere.

Item per statuta Papalia omnibus fratribus quibuscunque districte præcipitur silētium omni hora in choro, in claustro, & in refectorio hora comellionis. Nec non per totum conuentum ab hora completorij vsque ad primam pulsationem primæ sequentis custodire, & semper in mensa lectionem habere. De quibus vero silentio & lectione in multis conuentibus quasi non curatur, excepto quod lector in principio mensæ legit vnam clausulam duas, & in fine totidem. In quibus vero verbum residuum refectiois expendatur, norunt qui in conuentibus refici cōsueuerunt. Et si ibi fuerit frater silentium volens seruare, irridetur, silentium soluentur, fiuntque derisiones multimodæ vt loqui compellatur. Nec intermiti oportet quod in multis conuentibus in dedecus sanctæ religionis à fratribus & aliis ecclesiasticis & sæcularibus exercetur ludi multiplices ad pilam & huiusmodi, ipsique in camisiis & gipponibus existentibus & aliæ res

æ dissolutiones fiunt.

Item regula dicit quod fratres quando per mundum vadunt vadant pro eleemolyna confidenter. Nec oportet eos verecundari quia dominus se fecit pro nobis pauperem in hoc mundo. Quem articulum summi pontifices declararunt debere seruari ad litteram. Et super hoc prohibent ne fratres in via vel alibi ducant bursarium vel famulū pro eis & in vsu eorum pecunias soluentem. Qualiter autē iste articulus hodie seruetur cunctis patet: & de hoc melius possunt ostendere hospites & tabernarij & illi qui vadunt vel equitant cum fratribus. Et ideo animaduertendum est quia si quis pauperculus frater voluerit in hoc passu suæ regulæ satisfacere & hostiam sicut decet victum suum mendicare, & socii eius voluerint victum emere & se in tabernis hospitare necesse est quod inter ipsos vel de ipsis oriatur scandalum: & ideo in regressu ad conuentum quantas iniurias patietur frater ille Deus scit.

Et vt omnes pariter comprehendamus obseruantias, præcepta & statuta regulæ & ordinis taliter collapsa est huiusmodi ordinis communitas à suis primariis institutionibus & beati Francisci ac sanctorum patrum priorum vestigiis, obseruantis & intentionibus, quia omni sane intuenti quasi impossibile potest videri volentes ipsam sanctam regulam pure & sine laxatione seruare, & eisdem sanctorum patrum vestigiis inharere cum aliis & inter alios & in eisdem domibus & conuentibus manendo hoc facere posse sine magnis & ineuitabilibus scandalis propter diuersitatem vitæ mo-

P A R S T E R T I A

rum, retinere & obseruantiarum vtrorumque quia omnibus consideratis considerandis, quasi in cunctis contrarij sunt & difformes. Et quia Prælati magistri lectores ordinis & cæteri maiores tenent & approbant fauorisant & obseruant vnam partem & verbis factisque condemnant & reprobant aliam, necessarium est vt sacrum Ecclesiæ generale concilium super hoc prouideat & quæ illarum sit ratio ad salutem iudicet & discernat. Si qua vero illarum auctore Deo bene agens videatur pro bono opere non lapidetur: sed fauor & remedium sibi præstetur vt sic de bono in melius valeat proficere ad potumque peruenire valeat peroptatum.

Secunda pars.

QVO ad secundam partem quæ est propter mala & impedimenta dictis pauperibus fratribus inflicta appellandi cogens necessitas. Dicunt quidam fratres quod 25. annis & eo amplius elapsis tunc fratres bonæ & deuotæ conuersationis zelo obseruantia regularis feruentes videntes tantum ordinem collapsum, & fratribus regulam suam pure seruare cupientibus. In communitate ordinis tantis impuritatibus maculata manere periculosum, Præhuiusmodi sicut decet ad suum generalem ministerium recurrerunt. Qui ab eo benigne recepti & consolati de eius licentia nutu diuino peruenerunt ad præsentiam venerabilis & deuoti patris magistri Ioannis Philippi tunc temporis prouincia Teutoniarum prouincialis ministri locum ab eo postulantes in quo quiete & pacifice salutem suam opera-

ri possent secundum regulæ promissæ puritatem. Qui deuotus pater dictorum fratrum pium desiderium postulationemque tam sanctam & iustam considerans tanquam de præcioso thesauro inuenito non modicum gaudens desiderium pauperum exaudiuit, & conuentum de mirabello Pictanienf. diocesis pro reformatione & status regularis obseruatione liberum eis tradens, & omnibus fratribus qui ibidem ante manebant amotis vnum ex dictis tribus fratribus Gardianum dicti conuentus constituit & ordinauit. Qui licet essent in numero breui, ad magnam tamen copiam Christo duce fratrumque multiplicationem peruenerunt, & in sanctæ religionis zelo, profectuque deuotionis nõ modicum profecerunt. Quorum fama odorifera longe lateq; dispersa nonnulli domini animati diuinõque amore inflammati autoritate sedis Apostolicæ præhabita alios cõuentus ædificauerunt pro honore cultus diuini & dictæ sanctæ regularis obseruantie multiplicatione. Nonnulli etiam fratres ad idem animati conuentus alios reformauerunt ita quod conuentus eorum obseruantie tam receptis quam nouiter ædificatis ad duodecim peruenerunt.

Sed proh dolor versum est argentum in scoriã. Nam dicto ministro qui benigne deuote & spiritualiter dictos fratres tractauerat iam defuncto & ab aliis fratribus propter suam sanctam intentionem quamplurimum odioso. Postmodum ministri prouinciales & custodes plus terrena quã spiritualia augere cupientes à dictis fratribus pauperibus qualitercunque exactiones pecuniales in uisitationibus extorquere nitebantur. Et quia prædicti pau-

P A R S T E R T I A

peres fratres qui totaliter ab huiusmodi procuratione & quæstu pecuniarum elongati esse cupiebant, talia videntes contra puritatem regulæ suæ grauiter accedere, & pro huiusmodi idolum cupiditatis & auariciæ in templo Dei induci dictis ministris & custodibus, ac quiescere in his non volebant quod gratis non poterant per violentiam facere voluerunt. Et inter cætera actum est. Cum enim semel minister prouincialis prædictæ prouinciæ Turonens. in conuëtu de laualleguidonis Cenomanens. diocæsis visitasset pro visitatione huius summam quindecim librarum à conuentu dicit sibi deberi. Cumque Gardianus dicti conuentus humiliter sibi responderet fratres conuentus dictam summam pro dicta visitatione vel alij non posse salubriter procurare ipse ministro recedente custos Britaniæ qui dictum ministrum associabat, vnum calicem de argëto de magno altari rapuit & asportauit. Crescente itaque fratum pauperum numero tam in exactionibus huiusmodi quam aliis à prædictis ministris, &c. multa impedimenta perpessi sunt, & realiter laborauerunt etiam cum brachio seculari quantum poterunt ad eorum extirpationem. Fratres vero prædictæ violentias ferre non valentes nec mirum. militabant enim contra salutem: sanctæque religionis suæ puritatem ad suum generalem ministrum fratrum Ioannem Bardolum qui tunc in ordine præerat tolerabatur recurrerunt super huiusmodi prouisionem postulantes. In hoc sequentes verba regulæ dicentis & præcipiētis, vbicunque sunt fratres qui scirent & cognoscerent se non posse regulam spirititaliter obseruare ad suos ministros debeant & possunt

reci
reci
Cl
præ
den
quæ
info
& n
dini
ret p
cere
pon
ma
bus
uit &
rali
adue
retin
vel p
prob
zelan
paup
bus
quiq
& pe
beret
les su
licas
Iter
ris Ap
dauit
scient

recurrere. Ministri vero benigne & charitatiue eos recipiant i. eis prouideant, quem articulum idem Clemens vbi supra declarat esse seruandum tanquã præceptum propter illud verbum debeât. Quiquidem minister generalis auditis eorum lugubribus querimoniis, & super hoc pietate motus debiteque informatus vt firmitus & sanctius eis prouideretur, & ne à prouincialibus ministris & cõmunitate ordinis si dictis fratribus fauorem beniuolum præberet persequeretur, quamquam per regulam hoc facere poterat & debebat factum huiusmodi summo pontifici tunc Benedicto 13. nunc vero Petto de lima dicto exposuit vel saltem exponere fecit. Quibus per ipsum pontificem summum auditis mãdauit & præcepit auctoritate apostolica dicto generali quatenus dictos pauperes fratres à manibus sibi aduersantiũ eriperet & in sua obediẽtia immediate retineret, & ne à fructu obedientiæ defraudarentur vel per hoc ordo in aliquo diuideretur illis vnum probum fratrem puram obseruantiam suæ regulæ zelantem & sicut decet bonum pastore in penuria paupertate & asperitate ordinis cum dictis fratribus conformiter viuẽtem illis assignaret in Prælaturã, quiquidẽ esset vicari⁹ dicti generalis, & in omnibus & per omnia ipsos fratres & eorum conuentus haberet regere & corrigere sicut ministri Prouinciales subditos suos, sicuti hæc & alia per bullas apostolicas super hoc cõfectas liquidius apparere possunt.

Item prædictus generalis humiliter in dictis litteris Apostolicis contenta executioni debite demandauit & fratrem Thomam de curte virum vtique scientia, moribus & zelo sanctæ religionis insignitũ

suum vicarium & ipsorum fratrum ducē & pastorem immediatum constituit. Sub cuius ducatu prædicti quiete & deuote vixerunt & non modicum tam numero quam obseruantia regularis notitia & zelo augmentati sunt.

Ob quam multiplicationē præfati ministri & cœlestodes perdere timentes locum & gentem & necernam sanctæ religionis super candelabrum post vita sua tenebrosa detegeretur ecclesia postmodum pastore carente litteras à Christianissimo rege Francorum contra prædictos pauperes impetrarunt pro eorum eiectione & annullatione falso eis criminosi scismatis imponentes: sed veritate facti regie maiestati patefacta, labor eorum abiit incassum. Veritatem satore malorum procurante præfati ministri à desiderio suo se defraudatos esse cernentes: domino Alexand. Papæ 6. subræptice impetrarunt quandam bullam prouisionis præfate iulte sanctæ plebe reuocatoriam & obseruantia regularis dictorum fratrum destructiuam, quæ quidem bulla omni sancto intelligenti subræptitia apparere potest pluribus de causis.

Primo supprimendo verum tacet quomodo prædicti fratres nihil aliud quærunt quam vt sanctam regulam sicut tenentur seruare possint. Item quomodo ab obseruantia sua vera, ordo est collapsus sicut superius dicitur. Item tacet molestias & persecutiones quas præfati transgressores obseruantiam inferre non cessant propter quas euitandas eis tam necessarium prædictam prouisionē obtinere. Item quomodo regula iubet districtè in tali casu fratres huiusmodi ad superiores suos debere recurrere. Ita

et
uide
soni
Itē
erat
cessa
falsū
dicit
nem
tum
veru
que
cipie
cōtra
ipsa
super
stro v
ne ne
quib
ctori
dicit
falsu
bitab
obed
salute
nere v
fugiu
cum l
Deo p
cis ali
in ho
secum

cer iterum quomodo superiores eis tenentur pro-
videre amouendo vel eximendo eos à locis vel per-
sonis in obseruàtia sua eis offendicula præstantibus.
Itē quomodo illa prouisio sancta iusta & canonica
erat tam respectu concedentium quam rerum con-
cessarum, quæ omnia vera sunt. Secundo dicta bulla
falsū suggerit pluribus modis. In hoc videlicet quod
dicit quia fratres huiusmodi nituntur diuidere ordi-
nem quod nō est verum reuerētia salua immo quā-
tum possunt laborāt tenere in viuendo illud mediū
verum in quo cōstituetur ordo eorū extrema quæ-
que vicia deuitādo. Item in hoc quod dicit quia re-
cipiebant seculares ad ordinem sine licentia immo
cōtra voluntatē Prælatorū suorum ad quos spectat
ipsa receptio quod est falsum reuerentia salua, quia
super hoc licentiā habebāt à Papa & generali mini-
stro vel aliter quia ipsi fratres huiusmodi receptio-
ne non utebantur, sed solū prædictus vicarius & illi
quibus hoc specialiter cōmittebat qui super hoc au-
ctoritātē habebant vt præfectus. Item in hoc quod
dicit quod appropriabant sibi domos & loca quod
falsum est semper reuerētia salua immo libēter ha-
bitabant & indifferenter habitant vbique sunt per
obedienciā collocati dum ibidem regula seruetur &
salutem suam operari possint & quia querunt ma-
nere vbi seruatur regula locaque transgressionum
fugiunt: non debent dici illa loca sibi appropriare
cum hoc faciant vt veram expropriationem quam
Deo promiserūt pure possint obtinere quam in lo-
cis aliis manendo nullomodo debite possent. Item
in hoc quod dicit quod nolunt alios fratres ordinis
secum in locis illis habitare quod est falsum reue-

P A R S T E R T I A

rentia salua, immo hoc est quod cupiunt & optant
 videlicet quod omnes quosque siue sint in ordine
 professi siue seculares secum in obseruantia sancti
 augmentum & profectum admittere volūt, dum
 men velint cum ipsis regulariter viuere. Et quia
 tres laxatiuos & scandalos deuitant non prope
 hoc bene viuere volentes à se fugant. Item in hoc
 quod dicit quod vestes deformes contra regulam
 ordinis cōstitutiones portant quod reuerentia
 ua falsum est quia regulæ suæ tenore sane cōcepta
 & modo quem in vestimentis seruant considerant
 per omnia prædicti regulam & ordinis cōstitutio
 nes sequi videntur. Item in hoc dicit quia procu
 rant litteras à regibus & principibus vt secum ma
 nerent: quod est etiam reuerētia salua, falsissimum
 immo quantum possunt curias huiusmodi deuitant
 nec in illis vnus ex illis fratribus manet. Et si aliq
 oporteat ad ipsos dominos ipsis requirentibus
 quando accedere celerius quam possunt ad con
 uentus redire festinant. Scientes quia sicut p
 extra aquam: ita religiosus extra claustrum diu
 uere spiritualiter non potest. Tertio prædicta
 est ad peccatum illaqueatiua & veritati regulæ
 directo contraria, in hoc videlicet quia regula
 strictè præcipit à loco vel consortio obseruantie
 regularis & animæ salutis impeditiuo fratres fugere
 remediū quærere, bulla vero econtra sub graui
 pœnis præcipit eis vbicūq; fuerit inter alios per
 nostros collocati manere. Item præcipit regula
 bus vestimentis indui, & bulla præcipit sub pe
 excommunicationis fratribus se conformare in
 stibus communitati ordinis, quæ tamen cōmuni

hab
 tuti
 cipi
 con
 nis
 regu
 cur
 ergo
 uoc
 deat
 bati
 ctor
 dem
 prio
 proc
 in di
 uit &
 et a re
 sic re
 non e
 pter i
 tur re
 entes
 nistri
 ipsun
 rim d
 verita
 Papa
 verita
 reuer
 Cardi
 ctori.

habitibus vitur præciosis & caris, & in colore statutis ordinis cōtradicientibus, & illa duo bulla præcipit sub pœna excommunicationis ipso facto eis comminata. Ergo cum nemo possit duobus dominis seruire, Frater in talibus periculose manebit (si regulæ obedit) sententiam excommunicationis incurrit si econtratio contra regulam facit, merito ergo debet dici dicta bulla subrepticia: & ideo reuocanda & annullanda. Sed quid secutum fuerit videatur, ipsa enim bulla domino Francisco tunc abbati sanctæ Genouefæ parisiensis decretorum doctori per executionem præsentata, executionique demandata. Ipse tamen abbas de nequitiiis & subreptionibus dictæ bullæ debite informatus totum processum executionis suæ & quicquid per ipsum in dicta executione factum fuerat penitus reuocauit & annullauit sicut per instrumentum super dicta reuocatione cōfectum latius apparere potest: & sic remansit inexecuta quemadmodum executione non erat digna. Et licet prouisio superius tacta propter inexecutionem dictæ bullæ in suo robore videtur remansisse: tamen prædicti pauperes fratres scientes prædictum dominum Alexãdram à dictis ministris fuisse circumuentum, miserunt Bononiã pro ipsum informando de huiusmodi veritate, qui interim diem suum clausit extremũ. Et ideo huiusmodi veritatẽ sanctissimo domino nostro Ioanni 23. iam Papa creato exposuerunt vel exponi fecerunt, qui veritate percepta commisit huiusmodi negocium reuerendissimo in Christo patri ac domino domino Cardinali de vrsinis dicti ordinis minorum protectori. Qui dictus dominus Cardinalis partibus au-

P A R S T E R T I A

ditis hinc inde tenoribusque dictarum litterarum apostolicarum Benedicti videlicet & Alexandri respectis & consideratis determinauit quandam modulationem inter ipsas duas bullas à prædictis patribus inuiolabiliter teneri debere perpetuo. In quodam quidē determinatione continebatur quod prædicti pauperes fratres haberent suum sicut superius dicitur vicarium, qui ipsos haberet regere, & in obedientia regulari præcedere ab ipsis fratribus eligendum, qui tamen subditus foret ministris provincialibus sicut hic & aliàs plenius in litteris super hæc confectis liquere possunt. Cui determinationi de prouisione dicti domini Cardinalis, ipsi ministri saltē aliqui obedire contempserunt nec eam acceptare voluerunt immo ipsa tacita impetrauerunt impetrare fecerunt à præfato domino nostro Patre Ioanne illius bullę subreptitię prætractę confirmationem virtute cuius, vicarium ipsis fratribus à domino Cardinali prælibato datum deposuerunt, & suo officio cessare fecerunt. Dictos fratres subvertendo iterum in manibus dictorum provincialium vt eos ad votum postea dispergere possent: sicut tres aliorum conuentuum disperferunt.

In conuentu enim de moranco prouincię Bollandiæ iam sunt plures anni elapsi manebant fratres regulariter viuentes, qui per ministrum dictę prouincię fuerunt dispersi. Idem etiã nifus est factus in conuentu de Dola. Item in cōuentu de Perona prouincię, Francię prouincialis similiter fecit, & alios dissolutos ibidem collocauit. Idem etiã pluries factus est in cōuentu de sancto Audomaro. Et factum est in conuētu S. Ioannis angeliacensis p

uin
vir
Ca
-ci
app
pro
cat
ner
te, f
Xar
ctur
frat
viol
mat
ferro
pros
dem
Ite
bus s
mini
nicat
Ite
cœpi
iusta
Item
vltim
nono
dianu
proui
fuerit
dicto
uotur

uincia Turonia. Nam pauperibus fratribus ibidem virtute dictæ determinationis à prædicto domino Cardinali ordinatæ in dicto conuentu manentibus circa octauas natiuitatis b. Mariæ vltimate elapsas appellatione ab ipsis pauperibus fratribus contra prouincialem dictæ prouincię custodes diffinitores ceterosque sibi fauentes ad sacrum huiusmodi generale concilium præiecta sibi intimata nonobstante, frater Ioannes de la fons pro custode custodiæ Xantonæ se gerens die quadam circa aurorã ad dictum conuentum accessit & vna cum quadraginta fratribus vel citra, iuuenibus & dissolutis intrarunt violenter: fratribus dicti conuentus post officium matutinum quiescentibus, quorum alios vinculis ferreis mancipauerunt, alios verberauerunt, alios captos detinuerunt, alios male tractauerunt: & tandem ipsos cõfusibiliter de dicto cõuentu expulerunt.

Item dictis prouisionibus nonobstantibus à quibus semper fuerunt successiue muniti prouincialis minister Francië dictos pauperes fratres excommunicatos in cap. suo prouinciali denunciare fecit.

Item fratrem Reginardum day captum detinere cepit & deduci p̄ incarceratione sine causa aliqua iusta: sed nutu diuino à manibus tenentiũ ereptusest. Item in quodã prouinciali ca. circa festũ b. Micaëlis vltimate elapsum appellatione vt prædicitur facta nonobstante, frater Martinus deboasco galteri Gardianus cõuentus Turonensis vnus de notabilioribus prouinciæ & qui in c. prouincali antecedente vnus fuerit de diffinitoribus dicti c. voluit incarceratione in dicto cõuentu vnũ pauperẽ fratrem bonę famę & deuotum cõuentus fontinaci cõmunitatis Gardianũ.

Et vna cum tribus vel quatuor fratribus & de precepto eius in ipsum fratrem manus violētas tenuerit iniecit & vsque ad sanguinis effusionem male tractauit. Item vnus bonus frater dictus Ioannes Cofre per obedientiam veniēs de Burgundia ad dictum conuentum de sancto Odomaro Remis ciuitatis quodam hospitali infirmitate graui correptus naufragauit ad dominum: cuius corpus fratribus conuentus dicti loci præsentatū pro sepultura habēda: si fratres in terra prophana inhumauerunt.

Item in quodam capitulo prouinciali Turoni dicto capitulo sedente eique ministro præfidentibus fratres communitatis publice iniuriabant fratres pauperes qui ibi causa obedientiæ comparabantur vocantes ipsos in præsentia dicti ministri intrinsecos fratricellos, excommunicatos & hæreticos, aliasque probria innumera illis dicentes.

Item in alio cap. eiusdem prouinciæ ministro sedente fratres quidam de maioribus prædicto ministro assistentes, dominum Cardinalem de vrsiniensi ordinis protectorem propter prouisionem prouisionem nominatam ab ipso factam ipsum non protectorem ordinis sed destructorem publice dixerunt. Et vbi uiter concludam, alia opprobria, iniurias & contumelias à prædictis ministri custodibus carceribus communitatis ordinis fratribus ipsis pauperibus latas explicare non possent, licet plane eorum mendicanti non essent. Quapropter aduertendum est eadem similia & maiora inferrent si in sua plenaria reiectione essent.

Propter quæ grauamina & alia prædicti supercantes timentes per verisimile virtute illius bene subreperunt.

sub
pra
mi
se
&
ap
à m
tio
cia
uer
scie
alis
qui
rap
dich

Q
vole
cleri
quo
quo
uerf
tor
sine
N
& po
nime
prop
Frat
Ecce
ad pa

subreptitiæ eiusque confirmationis de quibus supra agitur amplius & grauius grauari si in manibus ministrorum & custodum nõ suorum Prælatorum sed verius capitalium inimicorum manerent pro se & suis adherentibus vel adhesuris ad sanctam' sedē apostolicam & præsens sacrum generale concilium à ministro generali ordinis impetratore confirmationis dictæ bullæ subreptitiæ, necnon & a prouincialibus custodibus cæterisque sibi in hac parte fauentibus appellauerunt aliud refugiū quærere nescientes. Cum dictus generalis qui ipsos deberet subalis sicut gallina pullos protegere & fouere, reliquit immo tradidit & liberauit eos coruis & miluis rapacibus. Sic patet quomodo non immerito erat dictis fratribus appellandi necessitas.

Quo ad tertiam partem quæ est si ordo iste reformaretur vel saltem fratribus se reformare volentibus fauor & auxilium daretur vniuersalis ecclesiæ salutatis vtilitas. Dicunt fratres huiusmodi quod ordo minorum in târa perfectione fundatur: quod si sancte & pure seruetur: odor eius per vniuersum orbem fragraret. Sicut nũc proh dolor fætor eius vniuersis sanis ecclesiæ mēbris fætet: quod sine mœrore graui dici non dibet.

Nam ordo iste fundatur in paupertate arctissima & per hoc pacifica, quia nihil quantumcunque minimum fratres siue in communi siue in particulari propriū habere debēt, & hoc est quod dicit regula. Fratres nihil sibi appropriant nec domū nec locū. Ecce quo ad cōmune, nec aliquam rem. Ecce quo ad particulare. Et ideo cum illorum proprium sit

P A R S T E R T I A

nichil habere: non habent vnde cum aliqua perferre
litigare debeant. Vnde Clemens quintus vbi superius
dicit quod professores dicti ordinis pro nulla re
temporalis possint in iudicio experiri. Et iterum. Ex
his autem assistentiis in curiis & instigationibus
de rebus agitur in ipsorum commoda conuerten-
dis, creduntur verisimiliter ex his quæ foris patet
de quibus habent homines iudicare in ipsis rebus
fratres existentes aliquid querere tanquam suum.
Et iterum. Nullo modo debent huius voti & regu-
larum professores se talibus curiis & litigiosis actibus
immiscere vt testimonium habeant ab his qui foris
sunt & puritati satisfaciant voti sui, ac per hoc con-
tetur scandalum proximorum. Hæc Clemens quinquies-
mus. Illi ergo qui dicunt ius se habere ratione priuile-
giarum prætendunt habere aliquid proprium
hoc contra regulam prædictam: ergo sunt prop-
rietarij contra quos expresse facit testamentum beatus
ciscus in quo declarauit intentionem suam, scilicet
quod nolebat, imo expresse prohibebat quod
fratres sui nullo modo priuilegia relaxatiua impet-
rent quæ ad superbiendum & rebellandum imp-
mouerent: quod nunc luculenter euenisse certum
est dum litigant pro priuilegiis contra dominos suos
Prælatos & curatos qui sunt pauperes mendicantes
sub illis & de pane ipsorum viuentes. Et tamen
quis frater talia auderet dicere statui suo repugnans
hæretic⁹ & ordinis destructor diceretur & inimicus.
Et quamuis etiam sit illa paupertas omnino exprop-
riatiua: habere tamen libros multiplices & re-
liquas & huiusmodi vendere, cambire, &c. modum
in ordine reputatur.

Item fundatur ordo iste in paupertate penuriosa & per hoc carnis crucifixiua, & mortificatiua, quod satis patet dum regula indicit tantam vestimentorum vilitatem, pedum nuditatem, &c. vt supra ratum est. Et in hoc patet quod puritas regulæ non tantum reiicit vsum rerum concessarum & licitarum: sed etiam multipliciter arctat vsum. Ita quod res quibus vtuntur fratres ordinis non est dubium quod debent esse viles & pauperes, & quod plus est in vfu talium debet esse necessitas, vt dicit Clemens quintus vbi supra. Modo autem qualiter fiant conuiuia splendida & abunda de variis ferculis, & procurentur vina cara & electa: non solum sciunt fratres sed etiam seculares qui hoc videntes erga fratres multos indignantur & ordinẽ despiciunt. Nec dubium quin istud abominabile laxatiuum plus est commune Prælati magistris prædicatoribus & huiusmodi qui plus habent pecuniarum. Et qui in talibus magis excedit: valentior reputatur.

Item sicut paupertas indicit arctitudinem quo ad cibaria & vestimẽta: non dubium quin etiam ad domorum & ecclesiarum paruitatem, vasorum, librorum & paramentorũ Ecclesiasticorum paucitatem & paupertatem. Vnde dicit cõstitutio quod fratres in omnibus studeant seruire paupertatẽ. Et Clem. 5. vbi supra ad hoc propositũ dicit quod quamuis ista ad honorem diuini nominis ordinẽtur, Deus tamen per illa non vult sibi seruire quæ suorũ seruitiorum cõditioni & statui dissonarent: propter quod inquit sufficere debẽt eis paramẽta & vasa ecclesiastica decem in numero, magnitudine & sufficiẽtia cõpetẽti: superfluitas tamen ac nimia præciositas videlicet

P A R S T E R T I A

quæcunque curiositas in hoc seu aliis quibuscunque
 non potest ipsorum professioni & statui conuenire
 quapropter à talibus fratres se custodire volumus
 mandamus. ridiculosa enim res est videre pauperes
 mendicantes quasi nudi & repeciati ambulantes in
 gnas domos quasi palatia ædificare. Et de b. Fran-
 sco dicit Bonau. in legenda sua quod volebat fra-
 tres suos more pauperum pauperulas casas erigere
 quas vt alienas inhabitaret. Quid autem fiat de his
 patet quia hodie fratres in his casibus fere excedunt
 ecclesias cathedrales. Ista paupertas est totaliter
 diuina spe constituta: & per hoc ab omni superflua
 sollicitudine remota nec non de promisso diuina
 certa qui mendicis propter cum effectis semper
 let esse ministrator. Iuxta illud. Ego sum mendicatus
 & pauper, &c. Et hoc clamat regula veris obseruato-
 ribus dicens. Fratres vadat pro eleemosyna conueni-
 denter: nec oportet eos verecundari quia dominus
 pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc
 illa celsitudo altissimæ paupertatis quæ vos carissimi
 mos fratres meos hæredes & reges regni celorum
 instituit pauperes rebus fecit, virtutibus sublimem
 hæc sit portio vestra quæ perducit in terram vitæ
 tium. Cui dilectissimi fratres totaliter inhaerere
 nihil aliud pro nomine domini nostri Iesu Christi
 inperperuum sub cælo habere velitis. O quam
 pugnant isti paupertati annui redditus & possessiones
 nes quas multi conuentus in partibus gallicanis
 tinere, possidere, perpetuo affirmare & alienare
 pro eis litigare non verecundantur.

Item ista paupertas est voluntaria & per hoc
 egestate & penuria gloriatiua. & ideo qui eam

gunt in omnibus rebus paupertati consonantibus gaudent: sed e contra qui eam abhorrent. O quam longe est iste amor à communitate ordinis! Non est mirum si cæteri ecclesiastici & seculares occasionem accipiunt fratres iudicandi & scandali qui eos vident alta loca quærere Archiepiscopis & episcopis in sessionibus se æquare, præ cæteris loqui appetere & de omnibus se velle intromittere. Isti curias omnium magnatum gubernare volunt. Nam in curia Romana habent stipédia sua: de guerris principum se intromittunt. Isti confessores quasi omnium dominarum in curiis suis continue & aliquando soli commorantur. Et quia ecclesia eos impinguari, incrassari & extra claustra sua dilatari permittit. Non mirum si discesserunt à regula tam salutari & si cõtra Prælatos & dominos quasi cõtra stimulum calcitrare voluit. vere enim taliter execrati sunt quod quanto plus in mundanis apparentiis & honoribus abundât tãto plus credunt honorẽ ordinis augmẽtari, & ideo ab huiusmodi plus inhiant & anhelant.

Item ista paupertas est mēdica & per hoc non ad longum tempus prouisiua. ideo dicit regula, vadant pro eleemosyna confidenter vt supra: quod tamẽ in nullo obseruatur in partib⁹ supradictis. Sed ad hoc propositum quid dicat Clemens parag. vbi supra videamus. Cum inquit prædictus sanctus tam exẽplo vitæ quam verbis regulæ ostenderit se velle quod sui fratres & filij diuinę prouidẽtiæ innitentes, suos in Deum iacerent cogitatus qui volucres cæli pascit, qui non cõgregant in horrea neque seminãt neque metunt: non est verisimile voluisse eos habere

granaria & cellaria vbi quotidianis mendicantibus deberet se sperare posse transigere vitam suam. Et idcirco non ex timore leui laxare debent ad congregationes & conseruationes huiusmodi faciendas: sed tunc tantum cum esset multum credibile ex iam expertis quod non posset vitæ necessaria aliter inuenire. hucusque Clemens 6. Et ponit ibidem tres modos viuendi fratrum indictos, vel de his quæ acquiruntur per laborium eorum manuale fideliter, vel de his quæ mendicantur humiliter, vel de his quæ eis offeruntur liberaliter. hoc est tamen sine pecuniis. Quam autem hoc obseruetur in regno Franciæ notum est: quia per omnes conuentus sprete sanctæ & quotidiana mendicitate fratres congregant bladum & vina & alia quantum possunt: in tanta quantitate quod non solum per annum viuunt, sed aliquando magnam partem venalem exponunt. Aliquando bladum conseruant & mutuunt ad reuocationem, tabernas aliquando in conuentibus habent: & quamuis in aliquibus conuentibus sint pauci fratres, non tamen minus congregant, terminos terrarum magnos & spaciosos tenent ad tres vel xxx. leucas se extendentes. quos terminos terminarij ad firmam accipiunt à Gardiano conuentus. Ecce mendicitatem fratrum minorum in regno Franciæ. Et quod peius est conuentus nouiter quædam auctoritate sedis apostolicæ contemnunt: dicentes illos esse in suis terminis: & si vnus pauperum fratrum prædicet infra illos terminos indignanter reprehendunt eos vt & possessionem terminorum

suorum non amittant. veniunt prædicare in villis in quibus morantur fratres prædicti & quæstus pecuniales faciunt, cum tamen sit contra hoc statutum in ordine. Non mirum ergo si seculares propter hoc sint scandalizati & sibi sint fratres onerosi. Omnes isti defectus proueniunt eo quod amor paupertatis omnino fugatus est à communitate ordinis, & qui plus temporalia procurant, notabiliores reputantur, & in prælatis eliguntur & propter huiusmodi cupiditatem sunt sæpe falsæ & malæ absolutiones vsurarium & aliorum qui aliena restituere deberent & ineptæ receptiones sepulturarum. ô amantissimi patres recollecti notate & iterum dico notate omnia ista quæ vigent adhuc hodie non tantum inter nostros confratres magistros & conuentuales à capite sed etiam inter fratres de obseruantia seu de familia, non sine magno detrimento eorum conscientis, & secularium scandalo, vt patet cuilibet intuenti bono oculo cordeque. Hæc enim est vita illa quam nostri præfati patres tantum abhorrebant, tanquam ab ordinis nostri statutis alienam, qui in paupertate penuriosa & carnis crucifixiua & mortificatiua fundatus est: & quam nunc amant Rectores & patres nostræ familiæ: vnde scandalo sunt proximis.

Item iste ordo fundatur in simplicitate innocentissima & per hoc debent fugere curiosa studia pagana nimis continuata, verba duplicia: vulpinas simulationes, sophisticas argumèntationes & huiusmodi. Ordinatur magis ordo iste ad spiritum domini

acquirendum & benè operandum, orationem frequen-
 tandum, & ad humilitatem, puritatē & patientiam, ceterasque virtutes ad perfectionem sanctitatis inducentes & ad studendum in diuinis decretis & sapientialibus scripturis & planis scientiis: quam ad se exercendum in subtilibus & argumentationibus inflatiuis & ostentatiuis & magis ad operandum quam ad loquendum. Vnde in regula: Non erent nescientes litteras discere: sed attendant quod super omnia desiderare debent habere spiritum domini & sanctam eius operationem orare semper ad Deum puro corde & habere humilitatem & patientiam in persecutione & in infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur & reprehendunt & regunt, &c. Et sanctus Franciscus sociis suis dicebat vt studerent prius facere quam docere ad instar ualuatoris. Et dum quidam Doctor à beato Francisco peteret expositionem illius dicti Ezechiel. Si cete me ad impiū, &c. Dicit quilibet debet esse talis uitae quod facto reprehendat peccatores etiam si tacuerit. Nunc autem qualiter ista simplicitas sita fratribus reiecta patet quia cito post nouiciatum quilibet vult studere in logica & Philosophia, & possit ascendere ad gradus qui postquam fuerint graduatus inde dedignatur se qui eorum refectorium ceterasque conuentus communitates: sed habito vno socio pro seruitore discurret & frequenter curias, circuit prouincias & à talibus regitur capitula. Ideo semper ordo tendit ad ima: nec mirum quod prius esse debuit dimittitur & illud posterius praenonitur, spiritus domini contemnitur & vanitates appetuntur & ira caelum est deorsum & terra sursum.

Ec
 de
 at
 in
 vit
 no
 be
 à d
 sci
 nu
 gif
 gis
 cul
 ber
 ille
 tia
 pau
 pro
 tian
 nec
 ri pe
 seru
 It
 la p
 actu
 tijs
 cia r
 bus.
 trun
 conc
 mul
 eos.

Ecce de tanta simplicitate ad quantam vanitatem deuenit ordo quia plus delectantur fratres in vno argumento Aristotelis vel sophismate Buridani quàm in tota vita beati Francisci Imo si quis sibi allegaret vitam & doctrinam beati Francisci sine derisione non abiret. Vnde bene cernimus completum quod beatum Franciscum dixisse reperimus videlicet quod à domino sibi reuelatum fuerat quod ista cupiditas scientiæ inflatiuæ non faceret bonum finem nec bonum fructum in ordine suo. Nam Doctores & magistri sunt præ cæteris à sua sancta obseruantia magis relaxati & magis communiter inflati quam seculares, ô admodum r. p. ac f. I. Porro hanc quantum bene loquitur iste noster orator: quia dicebat etiam ille sanctus quod multi propter cupiditatem scientiæ dimitterent vocationem suam: tamen fatentur pauperes quod bonum est habere scientiam dum propter hanc quis non lædat regulam & conscientiam suam: & ista receptio gradus nec sine pecuniis nec sine conculcatione & ruina conuentuum acquiri potest: & vix cum illa paupertate & simplicitate seruari.

Item fundatur in puritate mundissima. ideo regula præcipit vt supra dictum est, fugere non solum actus venereos, sed etiam occasiones tam in consortiis & conciliis suspectis quam aliàs. Et quia mundicia non solum tactibus, sed etiam maculatur affectibus. Ideo beatus Franciscus volebat quod loca fratrum essent moderate remota à frequentatione & concursu populorum ita quod seculares, & maximè mulieres frequentem accessum non haberent ad eos, quod etiam possent ire ad villas pro eleemosyna

P A R S T E R T I A

petenda & pro prædicatione facienda. Et ad hanc puritatem seruandam indicit regulam ita auferri vt scilicet caro mortificaretur, spiritus vero vincaretur. Nunc autem in ordine paupertas & auiditas relinquuntur: occasiones malæ introducuntur, crucifixio carnis dissipata est, orationes defecerunt & vigiliæ aruerunt & lachrymæ. abundat gulositas dominatur superbia cum sua comitiua, pro lachrymis nocturnis merum funditur, pro gemitibus cantus & citharæ sonus auditur, familiaritatesque frequentantur.

Item fundatur ordo iste in humilitate profundissima. hoc clamant nomen habitus, chorde, pedum nuditas, quotidiana mendicitas & huiusmodi. Iste istam humilitatem fugauerunt ab ordine, vanitas studij, pompa scientiæ, abusus priuilegiorum, multiplices irreuerentiæ, prælatorum mutua discordia, ambitio dominandi, anhelationes ad gradus & honores, impatientiæ contra eos qui non comprehendunt, contentiones cum aliis religiosis pro prædicationibus & aliis actibus. Mirum est quod in curia fere cupiunt vniuersos ecclesiasticos præcellere. Quamuis enim professionem suam omnibus vobis præponere, alios tamen nolunt in perfectis operibus præcedere. sic patet quod, in solo nomine gloriariantur nostri magistri doctores, licentiati, baccalarij, laurei, ac studentes almi conuentus Parisiensis non aliorum conuentuum.

Item fundatur in oratione & operatione. ideo dicit regula vt supra. Non curent nescientes, &c. Sed attendant quod super omnia debent re debent habere spiritum domini, & sanctam

operationem, orare semper ad Deum puro corde, &c. Et de labore & operatione dicit: fratres quibus dedit dominus gratiam laborandi laborent fideliter & deuote, &c. gratiam vocat artem vel idoneitatem quamlibet vel donum à Deo datum. Super quo passu dicit Nicolaus 3. vbi supra quod fratres vacent studio & diuinis officiis vel seruiciis illorum qui talibus vacant vel laborant manualiter nisi fuerint in tam notabili contemplatione probati quod à tam sancto proposito & bono merito non sint retrahendi. Et beatus Franciscus in suo testamento dicit. Et ego manibus meis laborabam & volo laborare, & omnes alij fratres firmiter volo quod laborent de laboricio quod pertinet ad honestatem non propter cupiditatem recipiendi precium laboris, sed propter exemplum & ad repellendum ociositatem. Sed quia nunc in ordine vterque labor contemnitur necesse est quod multa mala supradicta, & alia docuerit ociositas. Nam quasi in omnibus conuentibus Franciæ ignoratur deuotio & de cibariis, & aliis vanis fit disputatio, fratres & multi seculares diuina gustantes à talibus fratribus despiciuntur & hypocritæ & fatui iudicantur.

Item fundatur in charitate perfecta. vnde regula dicit vbicunq; sint fratres & se inuenerint ostendât se domesticos inuicem inter se & secute manifestet vnus alteri necessitatem suam, quia si mater diligit & nutrit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualē? Et si quis eorum in infirmitate ceciderit fratres debent ei seruire sicut vellent sibi seruari. In quibus verbis primo ostendit perfectionem charitatis quatum

P A R S T E R T I A

ad signa. ibi ostendant, &c. Secundo quantum ad
fectum. ibi, quia si mater, &c. Tertio quantum ad
fectum vel obsequium. ibi & si quis, &c. Nunc
tem quantum charitatem exhibeant fratres con
munitatis ad pauperes fratres suos statum regula
rem seruare zelantes expertum est. quia eos con
pellunt declinare ad conuentos suos & quando
clinant ad eos famelici fatigati vel pluuiarum inu
datione madefacti: ignis iræ & indignationis feb
nanter accenditur. Alius insurgit contra illos argu
do de vestimentis suis. Alius despicit & subsannat
Alius hypocritas vocat & excōmunicatos. Alius
ras eos eiicit. Alius obediācilem suam litteram
terram proiicit. Alius de carcere dat minas. Alius
combustione. Et si interdum comminationes huius
modi non dantur, tamen necessitas eorum minime
consideratur. Et quod abhominabilius est dicitur
aliqui decesserunt apud illos quorum corpora sep
lierunt in terra prophana vt supradictum est de
tribus conuentus Remensis, o r. p. ac f. Martine be
reco vide si adhuc talia sustinuisti pro tua reco
ctione, non profecto. ne igitur mireris.

Item vsus hodie in ordine communiter non
uatur, quia qui non habet argentum vel amicos
infirmis male visitatur & tractatur: & ideo qui
bet tendit habere proprium, de quo sibi ipsi
nire possit si eum infirmari contingeret.

Item qui non habet argentum vel amicos
induitur, & qui habet, præciosè: cum tamen
tutum prohibens ne quis Gardianus prius induat
de panno conuentui dato donec omnes fratres
de vestimentis sint prouisi. Insuper quilibet vult

sua patria manere & inter amicos: & ibi in suis conuentibus quasi in domo propria cameras sumptuosas & curiosas nititur ædificare pro sua singularitate. Et huiusmodi vitium fere in omnibus conuentibus regni Franciæ regnat. Alij vero fratres velut hospites & alieni habentur. cæteri vero maiores & natiui dominantur, quasi esset illorum patrimonium.

Item fundatur ordo iste in exemplaritate Christi humanitus conuersatiua, quod ex sex conditionibus præmissis probatur: ideo dicitur in principio regulæ. Regula & vita fratrum minorū hæc est. scilicet domini nostri Iesu Christi sanctum euangelium obseruare, &c. Et infra secundum sanctum euangelium & in fine. Et sanctum euangelium domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus obseruemus. Sed dicere quod dominus noster Iesus Christus vel eius Apostoli vixerint & conuersati fuerint sicut communitas ordinis nunc viuit, esset insanum valde. Clare ergo videtur ordinis collapsus. Et quia ordo iste qui præ cæteris in maiori paupertate erat fundatus: ideo præ cæteris ordinum collapsibus, eius collapsus plus manifestatur & fratres eius propter sua demerita magis scandalizantur. At quamuis in aliis ordinibus sint: non est dubium plus & minus ordinem suum seruantes non tamen tantum distant nec differunt sicut isti. Et notandum quod collapsus huius ordinis in ecclesia plus nocet quatuor de causis. Prima quia vt præfertur eminentior & enormior. Secunda quia per omnes orbis partes ordo in conuentibus est diffusior. Tertia quia famosior: & ideo facta siue bona siue mala à populis citius trahuntur in exemplum. Quarta quia vt dicunt eius professo-

P A R S T E R T I A

res: ipse est perfectior, quamuis eius perfectione dimittant. Et ideo è contra eius reformatio esse ecclesie Dei utilior. quare ô serenissime princeps scientie ac illustrissime præses nec non domine reuerendissime protector incumbere digneris annuum huic sanctæ reformationi, si tua Illustrissima ac reuerendissima serenitas vult optimam deo reddere rationem vilicationis suæ.

Item fundatur ordo iste in obedientia promptissima, & per hoc fugit propriæ voluntatis, propriæ carnis, & proprii sensus affectiones & desideria. Et ideo dicit regula quod fratres non solum obedientiam prælatis suis in his quæ in regula continentur: sed etiam in omnibus aliis dum tamen non sint contraria animæ suæ & regulæ. Super quo passim dicunt quatuor magistri prælibari quod non solum est contra animam peccatum actuale: sed etiam omnium illud quod est inductiuum vel incentiuum, præsumptiuum ad peccatum. Vtterius dicunt quod non solum contra regulam est facere contra tenorem continentialem: sed etiam facere contra statuta & constitutiones. Vnde aduertendum ad quam cecitatem uenit ordo: quia nullus inobediens reputatur: sed solum ille qui in laxationibus & in puritatibus prælatis suis noluerit obedire. Et cum tanta sine inordinate mala, & scandala Deo & toti mundo detestabilia. de illis tamen non tantum dolent & conueniunt prælati sicut de pauperibus fratribus qui sedem Apostolicam & sacrum concilium generalium propter animarum suarum & regulæ suæ obseruationem recurrere cõpelluntur quibus ipsi ministri prælati uidere noluerunt multoties requisiti, sed multoties

ni relaxatæ fauentes omnes prouisiones Apostolicas legitime & iuste sibi datas (vt supra tactum est) pro posse suo annullauerunt.

Heu quantum bonū fecissent si dictis pauperibus fauorem istum præbuisent ad reformationem, quæ dederunt propter eorum subuersionem. Sed vtinam hostis malignus malorum inuentor & auctor defraudetur vt scilicet sacro generali prouidente cōcilio, quanto in ordine isto abundauit iniquitas: tanto gratia diuinæ benedictionis superabundet.

Quoad quartam partem quæ est hunc ordinem reformandi apta dispositio temporis & opportunitas dicunt supplicantes quia de quinque necessariis ad huius ordinis reformationis inchoationem quatuor per Dei gratiam apud illos reperiri possunt.

Primum est inuenire fratres regulā pure seruandi bonam voluntatem, firmūque propositum habentes qui per Dei gratiam apud illos poterunt reperiri quia nihil in mundo ita peroptant.

Secundum est, tanta copia fratrum quod per se ipsos sine adiutorio vel commixtione aliarum communitatum possunt officium diuinum cum Dei adiutorio debite persoluere, quia sunt in numero ferè ducenti fratres, adulti quorum alij beneficiis ecclesiasticis dimissis, alij bonis propter Deum pauperibus erogatis, alij patrimoniis renunciatis, alij paternis domibus & cognationibus derelictis, spiritu pœnitentiæ ducti hanc sanctam religionem intrauerunt.

Tertium est scientia, & discretio necessaria ad communitatē ordinis regēdam, quia inter illos sunt quamplurimi clerici & notabiles prædicatores quo-

P A R S T E R T I A

rum alij fuerunt interdum prælati in communione ordinis. Alij in scholis generalibus ante religionem ingressum graduati. Alij ecclesiarum parochialium curati, alij in ecclesiis cathedralibus beneficiati, alij vero per quindecim annos, & eo amplius in regulari obseruantia laudabiliter perseuerarunt.

Quartum est loca disposita ad huiusmodi obseruantiam seruandam quia iam habent duodecim conuentus & plus in prouinciis Franciæ, Burgundiæ, & Turoniæ Pictauiensis secundum statum regularem constructos quos nunc inhabitant ab alijs segregati.

Nihil ergo aliud restat ad reformationem huiusmodi inchoandam nisi quod quintum necessarium adhibetur per præsens sacrum generale concilium, videlicet quod talis prouisio super hoc apponatur quod huiusmodi reformatio & obseruantia possit proficere de cætero ac libere perseuerare & quod ipsis multiplicandis tradatur sua regula promissa iuxta declarationes apostolicas simpliciter secundum quod per beatum Franciscum tradita fuit & seruata in omnibusque priuilegiis & aliis quæ impedirent causas & occasiones laxationum dare possent in futurum. Et saltem quod primitus ante omnia in hac semper determinatione prælibati sacri concilii meatus aquarum carnalium quibus strictiones huiusmodi sanctæ religionis relaxari & feruores deuotionis extinguere clarius dignoscuntur, obstruantur quia si talium occasione ipsa primaria stabilitate perfecta fundatio noscitur corruisse, multo facilius ista debilis & imperfecta reformatio. Horum

tuum primus est multiplex & indiscreta receptio ingredientium, quia communiter in ordine isto animalia cæca Deo offeruntur dum peruini vota sua ignorantes, & quid agere debeant recipiuntur qui in laxationibus nutriti in eis perseverare volunt. Etiam quia nonnulli simplices se bene viuere credunt eo quod similiter maiores ordinis sic viuere conspiciunt: licet tamen regula à principio dicat quod venientes ad ordinem examinentur de fide catholica & ecclesiasticis sacramentis, & si hæc omnia credant, & velint vsque in finem confiteri. Item si vxores non habent, & si habent & iam monasterium intrauerint vxores vel licentiam eis dederint auctoritate diocesani Episcopi voto continentie iam emisso, & illius sint etatis vxores quod non possit de eis oriri suspicio. Item si res ita se habeant dicant illis quos recipere debent verbum sancti euæg. quod vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare. per hæc, & similia clare designans etatem prouectam, & discretionem non modicam in ingredientibus esse debere. Et licet permisum sit conditionaliter iuuenes recipi, videlicet si à parentibus suis oblato sint: de hoc tamen fratres abutuntur, quia non dimittunt paruulos de se vel à parentibus offerri ex sua libera voluntate. Sed quando ambulantes per mundum vident pueros aliquod principium habilitatis habere ipsos verbis blandis alloquuntur & quantum possunt inducunt ad huius religionis ingressum promittentes eos ad studia promouere, & libros necessarios dare & ad acquirendam scientiam iuuare: dicentes eis quod de leui semel poterunt esse Episcopi, & adhuc maiores in

ecclesia, dant illis poma, & omnia placetia vsque
 eos alligauerint vinculis suis, & etiam secum
 pueros manere procurant. Et quia tales spiritus
 instinctu non inducuntur, sed spiritu humano
 flante bonum fructum non faciunt in religione
 adhuc bene inspiratis in principio sit satis arduum
 donec amor diuinus aduenerit, qui iugum Christi
 facit suaue & onus suum leue.

Secundus meatus sunt abusus enormes priuilegio-
 rum contra mentem & intentionem beati Francisci
 regulæ conditoris occasione quorum se quæsitio-
 bus miscuerunt infinitis, & occupationibus variis
 quod vno necessario neglecto, à rectitudine à Deo
 sibi data deniarunt. Dicit enim sanctus Franciscus
 in suo testamento, hoc priuilegium à Deo voluit
 licet nullum ius habere fratres à domino papæ
 pro prædicationibus, neque pro persecutione
 corporum, sed quodcumque persecuti fuerint
 vna ciuitate fugiât in aliam. Colore enim huius-
 modi priuilegiorum proueniunt ordini pecunie per-
 pertati promissæ contrariæ dantes fratribus oc-
 sionem se præciose induendi, deliciose viuendi, &
 ptuose ædificandi: contra prælatos & curatos
 perbiendi & demum per omnes partes regulæ
 promissam relaxandi. & etiam ipsi regulæ con-
 riantur.

Tertius est obliqua ordinatio prælatorum,
 qui prælatus eligitur sufficit vt bona temporalia
 gmenter populum fauorizet: licet de obseruatione
 vel obseruanda regulæ non curet, nec etiam de
 populi salute.

Quartus est immoderata ambitio & cupiditas

tiæ graduum & honorū, quia quilibet post nouiciatum si ætatem habet ad studia mitti cupit vt supra dictum est, vt postquam lector Parisiensis extiterit, vel alios huiusmodi gradus habuerit, priuilegia habeat inter illos de sequela chori & aliis communitatibus conuentus non sequendis. Et, vt etiam præfint, cupiunt ascendere quod videtur clarissimè quia nituntur à Papa bōnetum habere & in curia Romana quamuis minime studuerint ad gradus promoueri. nec solum pro huiusmodi Præsidentiis, in foro litigant ecclesiastico, sed etiam in parlamento.

Eapropter summè vellent & affectarent prælibati supplicātes quod prælibato sacro concilio placeret eis hos meatus inter cætera obstruere. Et primo quo ad primū quod de cætero nullus per vniuersum ordinem ad assumptionem habitus admitteretur nisi prius eius deuotio debite examinata & approbata fuisset. & quod ad minus vigesimum annum compleuisset. Quo ad secundum quod fratres huius reformationis dumtaxat qui sunt vel erunt in posterum aliquarum personarum secularium cōfessiones in suis conuentibus vel extra non valeant audire vel corpora quorumcunque defunctorum sepelire scienter contra voluntatem & beneplacitum curatorum suorum, neque præsumant in episcopatu alicuius Episcopi prædicare cum ab eo illis fuerit contradictum prout eorum regula docet. Et si aliquem ad sepulturam recipiant: curatus totum ius sepulturæ habeat ac si fuisset in sua ecclesia sepultus. Nec ipsi fratres aliquid valeant recipere pro sepultura nisi quæ ad victum & diuinum officiū secundum morem regulæ pertineat, donarentur: nec

P A R S T E R T I A

ante vigesimum quartum annum ad presbyteratum
promouentur, & possint examinari sicut & alii
quia in talibus priuilegiis iuri communi tam ratio-
nabiliter introducti & etiam iuri ordinariorum
plurimum derogatum.

Quo ad tertium quod ipsi fratres qui iam De
auctore duodecim conuentus vel amplius habent
reformatos in tribus prouinciis Franciæ, Burgundiæ
& Turoniæ: prædictis de cætero habeant suum mi-
nistrum prouincialem, & in qualibet prouincia
custodẽ ipsi prouinciali subiectum per ipsos fratres
eligendum, qui ministri & custodes sint obseruanti-
sue regularis præcipui zelatores pariter & obserua-
tores, & quibuslibet semotis laxationibus super præ-
sertim obseruatione huius inuigilent, transgressores & in-
obedientes debite puniendo, qui prouinciales & custo-
des eligantur à maiori parte sicut est in ordine
consuetum. Si tamen noluerit minister generalis
ordinis eum prouincialẽ confirmare: quod certus pro-
curator vel Episcopi hoc facere possint, vel pro con-
firmata auctoritate apostolica habeatur.

Quo ad quartum quod nullus deinceps frater
ius obseruantie & reformationis promoueat
quoscũque scholasticos gradus: sed sufficiat illis ha-
bere scientiam sine istis gradibus & honoribus
non sint necessarij ad salutem & adipisci bono mo-
do nõ possunt sine usu pecuniarum quibus ipsis fra-
tribus nullo modo licet uti.

Item quod omnes & singuli conuentus
prædicti ex quo ad hoc maior vel sanior pars con-
stituerit & ad hanc reformationem se reducere & pro-
mulgatis se subdere volentes hoc libere possint & pro-

modo omnes & singuli fratres quoties eis dominus inspirabit.

Item quod nullus professor ordinis ab hac vita ex quo voluntarie ad eam se conuerterit & prælatis eius se subdiderit nisi de licetia ipsorum prælatorum valeat exire.

Item quod fratres qui sunt vel pro tempore erunt in hac obseruantia possint, & valeant omnes & singulos conuentus quos nunc inhabitant vel in posterum inhabitabunt ad statum debitum & puritati regulæ suæ consonum reducere, omnia superflua (si quæ sint in rebus mobilibus vel immobilibus) resecando : consilio tamen & assensu diocæsani loci illius vel notabilium personarum ecclesiasticarum & prælatorum illius obseruantiaæ atque fratrum discretorum in rebus magnis super hoc prehabito.

Item quod fratres huiusmodi quotiens continget eos per mundum ambulare teneantur declinare ad conuentus & loca huius obseruantiaæ duntaxat ad comedendum, bibendum vel dormiendum sicut in tali casu per certa ordinis statuta dicitur fere ordinatum.

Item volunt quod si instigante diabolo (quod Deus auertere dignetur) fratres futuri in conuentibus reformatis laxarentur : & truncos, piscides, & offertoria pecunialia facerent aut alia reciperent, quod curati parochiaæ vbi sunt fundati, possint & habeant ius omnia talia pecunia exigendi & recipiendi plenarie.

Item sine ædificatione nouorum conuentuum fratres, augmentari valeant & crescat reformatio.

dignetur sacrum concilium cōmittere certis præ-
 tis in qualibet prouincia quatenus in qualibet
 stodia dictarum prouinciarum, duo conuentus per
 ipsos auctoritate dicti sacri concilij & sanctæ sedis
 Apostolicæ dictis fratribus reformatis assignentur
 quos pro nunc inhabitant minime computatis, quod
 si fuerint contra regulam nimis sumptuose ædificata
 secundum concilium dictorum prælatorum aut alio-
 terius eorum loco cōuentus Viennensis aut alij
 vel ipsis deputandorum valeant ad statum debentem
 reformari superfluitate loci pijs operibus per præ-
 ctos deputatum rescata.

Per supradictum aut aliorum fratrum reformatio-
 nem quamuis animo feruenti eam desiderant pro
 præsentis non quærunt, sed illis sufficit pure simplici-
 ter & pacifice suam regulam quam uouerunt ob-
 seruare, inter omnes mūdi status simpliciter sine co-
 lumnia aut aliorum oppressiōibus conuersari in
 laxationes ordinis ad hunc finem prædixerunt quod
 alij nolentes reformentur, quia eis uidetur impo-
 sibile, sed ut destructionem reformationis: quam
 ipsis domino fauente inceperunt euitare valeat
 luce clarius per facta & impetrata apparet quod
 concilij nolunt nisi ut prædicta reformatio in istis fra-
 tribus relucens absorbeatur & deficiat. volunt enim
 perseuerare in inceptis laxationibus & ideo obedi-
 lucem operum veritatem regularis obseruantia
 lucentem, ipsorum quoque laxationes, & si nichil
 catur arguentem. Et ut fratres Ioseph eo quod a
 tre plus cunctis diligeretur ipsum in cisternam,
 tunicam quam gestabat polemicam in hædi sangui-
 ne maculantes à fera finxerunt deuoratum, non

que eius & præsentiam abolentes, Ismaëlitis vēderūt ne ultra haberetur in memoriam, sic pro dolor fratres alij hos bonos fratres exosos habent vsq; ad perditionem diuersis peccatorū & diffamationū maculis vt supra dictum est, ipsam bonorum operū, virtutum & exemplorum tunicam maculantes & sub vmbra apparentiæ, obedientiæ, in cisterna volentes abscondere vt tandem ad extraneas fugiant regiones aut ducantur & eorū nomē obliuioni tradatur, non tam eos persequentes quam regulæ eorū puritatem. Eapropter obuiet persequētibus sacrum generale concilium, & subueniat oppressis. Si regula beati Frācisici bene instituta est quæ per tot summos pontifices confirmata fuit & etiam declarata. Isti nō possunt argui quia plenarie se submittunt sacro cōcilio per spiritum sanctū directo. Si autem inueniantur aliqua præter regulam vel quia minus obseruāda nimis obseruant, dignetur sacrum concilium rescindere illud quod nimium, vel adiciere quod deficit: Apponant pœnas vel cautelas ne in futurum transgredi valeant vota sua vel alios status ecclesiasticos aequaliter opprimere, parati sunt enim leonē suscipere animo tamquam veri obedientiæ filij. Ad hoc enim fuit hoc sacrum concilium congregatum, vt status Ecclesiasticus reformetur. Eapropter isti reformationem suam nolentes recipere huc non venerunt. Sic fuit in conuentu Viennensi factum: sed quia non fuit bonis fratribus extra ordinis communitatem prouisum eapropter ipsa reformatio modicam durationem habuit. Magna enim massa leuiter modicum fermenti corumpit.

*Prouisso concilij Constanciensis pro fratribus
ordinis minorum de obseruantia
nuncupatis.*

Sacrofancta & generalis synodus Con-
stanciensis, Dilectis ecclesie filiis Generali
& prouincialibus ministris & custodibus
caeterisque ordinis minorum professores
bus salutem & Dei omnipotentis benedictione. Sup-
plicationibus personarum quaer voto religionis sunt
astrictae illis praesertim annuimus quas ad finem ven-
dere conspicimus per quem personae ipsae sub placida
iuxta suam professionem tranquillitate quiescant
ac sedulam in humilitatis spiritu reddere dominum
valeant famulatum. Nuper siquidem supplicatio
pro parte religiosorum virorum Gardianorum &
fratrum vestri ordinis conuentuum, videlicet de Sa-
gio Sagiensis, de sancto Odomaro Morinensis, de
Varennis Remensis, de Dola Bisuntinensis, de Lanale
Cenomanensis, de Clicio Nanetensis, de Ambasia Te-
ronensis, de S. Ioanne Angeliacensis, de Bercom
Xantonensis, de Choletto & fontiniaco comita-
maleacensis diocesis infra prouincias Franciae, Bur-
gundiae, & Turoniae iuxta modum dicti ordinis ex-
stentis nobis humiliter praesentata continebat quod
diuina cooperante clementia temporibus his nouis-
simis regularis obseruantia vestri iam dicti ordinis
in praefatis conuentibus inceperat iam vigere.
Sed variis obstantibus impedimentis per minis-
tros & custodes illarum prouinciarum eis praes-
stitis in ipsa stricta obseruantia non mediocriter

impediebantur quorum impedimentorum occasione scandala multa pullulabant humiliter & deuote supplicantes quatenus eis de remedio opportuno prouidere dignaremur. Nos igitur eorū supplicationi tanquam iustæ benigne annuentes, cupientes scandala quæque de medio vestri ordinis tollere atque in ea vnitæte conseruata fratres in pacis dulcedine confouere: Statuimus & decernimus eisdem supplicationibus esse prouidendum. Et de facto tenore præsentium eis prouidemus iuxta formam per reuerendissimos patres dominos videlicet Iordanum Episcopum Albanensem de vrsinis ipsius ordinis protectorem, Petrum tituli sancti Chrysogoni presbyterum Cameracensem vulgariter nūcupatos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & alios ex parte huius sacri concilij super hoc specialiter deputatos, ordinatam & traditam. Atque per religiosum virum Ioannem de rocha in sacra pagina professorem & vicarium nunc minister generalis vna cum pluribus aliis magistris & discretis fratribus ipsius ordinis ex vna parte. Et fratres prænominatos conuentus representantes ex alia concordatam, videlicet quod fratres prædictorum conuentuum de cetero & quousque aliud super hæc per sacrum generale concilium fuerit ordinatum, possint & valeant quilibet in sua prouincia eligere de prædicta sua stricta obseruantia vnum fratrem idoneum quem in scriptis ministro illius prouinciæ præsentatum ipsum dictus minister prouincialis infra triduum post huiusmodi præsentationem suam vicarium constituere debeat ad ipsos regendos in solido loco & vice eius & eis prouidendum in

P A R S T E R T I A

omnibus quibuscunque & ipsis modis quibus
 prouincialis prouidere posset. Ita quod de ipsorum
 fratrum regimine in nullo possint se intromittere
 dicti prouincialesvel custodes. Sed ad ipsos vicarij
 cura & correctio eorum omnino pertineat. Ex
 pto quod ad suę superioritatis cognitionē mē
 prouincialis ipsos possit si voluerit in propria pe
 na visitare & tunc punire de consensu maiorum
 discretorū conuentus in quo fiet visitatio hæc, qu
 quid punitione dignū repererit. Quem si cōstit
 te renuerit modo prædicto extunc constitutio eius
 dem præsentati ad vicarium ministri generalis no
 rius annotatum deuoluatur & pertineat absol
 Quiquidem vicarij huiusmodi triū prouinciarum
 possint & debeant vna cum fratribus discretis
 subditis forma solita in electionibus ordinis serua
 infimul eligere inter se vnum alium fratrem ad
 sufficientē & idoneum pro eorundem vicariatus
 correctione & totius huius strictę obseruatiz in
 dictis prouincijs meliori regimine, quę ministri
 nerali ordinis qui erit pro tēpore humiliter pet
 tabunt. Ipsum minister generalis super illos sui
 carium cōstituere infra triduum post illam præ
 tationem benigne debeat & charitatiue. Alio
 ipso triduo transacto sit & habeatur vicarius
 generalis auctoritate huius sacri concilij cōstit
 Quiquidem vicarius generalis in sua cōgregatiōe
 vel alijs solus debeat & possit vicarios præ
 quotiens opus erit punire, & ipsis & alijs fratribus
 sibi subditis prouidere in omnibus quibuscunq
 casibus quibus minister generalis potuisset eis
 uidere ne ipsos vt sæpe contingit quotiens mē

generali indigēt, lōgius oporteat euagari. Et pro hac vice primaria. Cōstituiimus in præfatū generalis ministri vicariū fratrem Nicolāū radulphi dicti ordinis, apud nos de hac obseruantia laudabili prouidentia ac diligētia solerti multipliciter cōmendatum. Quē volumus posse deponi quotiens vicariis & aliis fratribus discretis sæpeditis videbitur expedire. Possit tamen generalis minister præfatus qui est & qui erit pro tempore ipsos fratres & cōuentus in sua persona quotiens voluerit visitare prælibato vicario nō obstāte & punire si quid in dicta visitatione puniendū repererit sicut moris est in ordine & aliās facere consuevit. Veruntamen non intendimus quod præfati vicarij propter mortem depositionem seu mutationem illorum quorum vice fungentur possint à suis officiis remoueri vel in eis impediri: nisi super hoc assensus maiorum & discretorum sibi subditorum prius interuenerit ad quos semper eos deponere & alios eligere antedictis generali prouincialibusque ministris præsentare modo & forma præmissis quotiens fuerit opportunū volumus & decernimus pertinere. Insuper possit & debeat ipse generalis vicarius & sui successores conuentus sibi pro tempore, subiectos ad statū dictæ strictæ obseruantie cōsonum iuxta declarationes & statuta sedis apostolicæ & ordinis reducere, tollendo quasque superfluitates auctoritate huius sacri concilij siue sint in rebus mobilibus vel immobilibus, quantum fieri poterit bono modo habito semper cōcilio maiorum & discretorum sibi obedientium eligēdo si opus est aliquos fideles qui ipsas superfluitates auctoritate huius sacri concilij vendant, commutant, aut aliās piis

P A R S T E R T I A

operibus conuertant. Insuper statnimus quod omnes & singuli conuentus prædictarum prouinciarum quotiens maiori & saniori parti fratrum in eis existentium placuerit ad hanc strictam obseruantiam se reducere & vicariis ante dictis se subdere habere facere possint & etiam singuli fratres cuiuslibet conuentus dicti ordinis contradictione cuiuscunque non obstante. A quorum vicariorum obedientia & subiectione nullus exire possit sine speciali licentia vicarij generalis antedicti. Non tam per hoc intendimus quin fratres & conuentus si voluerint possint secundum hanc strictam obseruantiam viuere manendo immediate sub cura ministrorum prouincialium. Exceptis tantum præminatis conuentibus & conuentu de Mirabello B. ctaiensis diocesis, quem volumus expresse & ordinamus vt sicut in partibus illis sumpsit exordium ita in illo tanquam in aliorum speculo semper decrescat. Cæterum cum iuxta sententiam sapientum latilia ad sibi similia libenter conueniant: Statuimus quod quando fratres huiusmodi obseruantie peregrinationis studij vel alias per mundum perambulauerint ad loca & conuentus communitatis ordinis declinent si voluerint. Ad alia vero loca si teneantur in obseruantia sibi similibus semper declinent iuxta quod in statutis ordinis continetur. Insuper quilibet prouincialis minister prouinciarum prædictarum vicario generali sæpedito presentanti duos conuentus in sua prouincia fideliter assignet aptos ad manendum in bona recollectioe qui sint muniti libris & aliis rebus pro cultu diuino quotiens ab eodem vicario per litteras aut alia

suo provinciali capitulo fuerit requisitus eligendo
 per ipsum provincialem: ita quod propter hanc assi-
 gnationem mobilia quaecunque dictis conuentibus
 pertinentia quocunque sint non debeant abigi seu
 segregari secundum dispositionem domini Cardin-
 alis protectoris ordinis vestri: & si cōtigerit quod
 ministri provinciales custodes vel alij expulerint
 vel eiecerint fratres huiusmodi obseruantie ab ali-
 quo seu aliquib⁹ cōuentuū prænominatorū à quin-
 decim mensibus citra violenter & alios loco eorum
 ibidem collocauerint vel mobilia ad ipsos conuen-
 tus seu aliquem ipsorum spectantia deportaue-
 rint. Volumus & mandamus districte dictos fratres
 indilate recedere & exire de dicto cōuentu, mādan-
 tes tenore præsentium prælibato vicario generali
 quatenus autoritate nostra omnibus modis qui-
 bus fieri poterit honeste & licite ipsos exire & præ-
 dicta bona restituere compellat per sententias eccle-
 siasticas & alios fratres & subditos suos ibidem de-
 nuo collocando omnibus quibuscunque districte
 prohibentes ne quis eum similiter hoc impedire
 præsumat sub excommunicationis pœna, sed magis
 ei præbeat vnusquisque similiter ad hoc requisitus
 per ipsum potius auxilium & iuuamen. Satuentes
 vltterius ne deinceps fratres huiusmodi strictæ ob-
 seruantiæ fiant capellani vel maneant continue in
 domibus sæcularium causa confessionis audiendæ
 vel aliàs, citra tamen aliorum fratrum vestri ordinis
 præiudicium, ne forsan freno obedientiæ laxato vel
 prophana conuersatione seruoꝝ deuotionis eorum
 tepescat. Præcipimus similiter & mandamus distri-
 cte in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & sin-

P A R S T E R T I A

gulis fratribus conuentuum præactorum, & aliis
 futurum sub cura & regimine prædictorum vicari
 rum constitutis siue constituendis quatenus
 firmiter obediant & pareant cum effectu in om
 nibus in quibus fratres illius ordinis suis generalibus
 & prouincialibus ministris obedire debent aut
 nentur. Cæterum cum prædicta sint de voluntate
 partium sicut præferetur per nos statuta & ordina
 ta, districtius inhihemus omnibus & singulis ma
 stris & custodibus qui sunt & erunt in futurum
 aliis fratribus vestri ordinis ne occasione contra
 uersæ prius super hoc motæ aut prosecutionis
 præsentis concilio factæ seu alia quavis causa fratre
 de hac obseruantia præsentis vel futuros inquieti
 molestent vel affligant seu alia eorum vicarios
 de secta noua seu reprobata quomodolibet noceant.
 Nec etiam fratres dictæ obseruantie alios fratre
 vestri ordinis ne eleemosynas & oblationes
 dandas impedire præsumant. Quod si de cætero
 alij aliis facto circa præmissa vel eorum aliquid
 inde iniuriati fuerint manus violentas in eis pon
 do, eos incarcerando arrestando, libris spoliando
 aliàs maculam hæresis false imponendo. Sententiam
 excommunicationis ipso facto incurrant, & ipsi
 iniuriatores à qua non possint articulo mortis
 cepto absolui nisi per eundem Cardinalem qui
 tempore ordinis huius erit protector. De cætero
 vero leuibus iniuriis verbalibus omnes qui
 fuerint in hoc culpabiles deprehensi puniantur
 eorum prælatos. Circa præmissa sententiarum
 minationibus aut appellationibus interpolatis
 litteris fœlicis recordationis Alexandri Pape

earum confirmatione quas tenore præsentium reuocamus, cassamus, annullamus & nullius vel momenti declaramus & aliis quibuscunque statutis Apostolicis vel huiusmodi ordinis in contrarium editis non obstantibus. Nullis ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrarum constitutionis prouisionis statuti præcepti mādati inhibitionis, reuocationis, cassationis, annullationis, voluntatis, & declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumat indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum & actum Constant. in Ecclesia cathedrali in nostra sessione publica. 9. kal. octobris. Anno à natiuitate domini Millesimo quadringētesimo quinto decimo Apostolica sede vacante.

Sequitur copia conclusionis vniuersitatis Parisiensis datae fratribus de obseruantia contra fratres conuentuales eiusdem ordinis, qui nunc sunt rebelles suo ministro generali, à capitulo generali celebrato Parisiis, anno 1578. in festo pentecostes, ut moris est.

IN nomine domini Amen. Nouerint vniuersi & singuli hoc præsens publicum instrumentum inspecturi. Quia anno eiusdē domini millesimo quadringētesimo nono more gallicano, indictione tertia, mensis Februarij die decimanona, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Alexā. diuina prouidentia Papæ quinti anno primo in nostrum notariorum publicorū, testiumque infra scriptorum præsentis quædam requesta siue supplicatio pro parte religiosorum virorum fratris

P A R S T E R T I A

Thomę de curia: ad regimen & ducatum Gardianorum & fratrum cōuentuum de Mirabello Pictuensi, de laualle Cenomanensi, de berchorio choletto, de fontiniaco comitis maleacēsi, de sancto audomaro morinensi, de clicio Nannetensi diocesis & aliorum in prouinciis Franciæ Turoniæ & Burgundiæ iuxta morem ordinis minorū existentium & regulam b. Francisci, iuxta & secundum declarationes Apostolicas super illius litteræ obseruantiam emanatas ad vnguem obseruantium hæctenus obseruare cupientium ministri generalis ordinis prædicti minorum vicarij autoritate Apostolica deputati & ordinati & Iacobi Floriaye eiusdem fratris Thomæ socij & vna cum ipso in hac parte dicebat commissarij, venerandissimis & scientissimis viris, & dominis magistro Guillermo de Bando doctore legum, in artibus magistro, in sacra Theologiaque licentiatō: ac almę matris vniuersitatis eam facientibus & representantibus apud sanctum Leonardum Parisiensem solemniter congregatis humiliter præsentata fuit & exhibita: cuiusque requestæ siue supplicationis tenor sequitur sub verbis. Honoratissimis & prudentissimis viris domini rectore, magistris, doctoribus cæterisque personis cætus celeberrimi Parisiensis. Frater Thomas de curia indignus reuerendi patris sui generalis ministri ordinis minorum vicarius auctoritate apostolica ad regimen & ducatum Gardianorum & fratrum conuentuum de laualle, de berchorio, de fontiniaco comitis, & aliorum in prouinciis Franciæ Turoniæ & Burgundiæ, iuxta morem ordinis prædicti existentium: in quibus fratres degentes reguntur

beati Francisci secundum declarationes apostoli-
 cas ad litteram cupiunt & aspirant obseruare de-
 putatis: nos etiam Gardiani & lectores cōuentuum
 prædictorum vnanimiter sicut moris est in conuē-
 tu de Berchorio capitulariter congregati super infe-
 rius tactis. Venerandissimis & circumspēctissimis
 paternitatibus vestris esse censuimus supplicādum
 præmissis cunctis reuerentiis, submissionibus & o-
 bedientiis præuiis Nostis disertissimi atque littera-
 tissimi domini quantum decus Ecclesiæ cuius sem-
 per fuistis inuicti propugnatores Christianæ reli-
 gionis varij ordines antea actis temporibus attulerint
 dum ipsorum professores sua vota domino rite ex-
 soluentes quas professi sunt religiones sine trans-
 gressionibus & laxationibus & alienis mixtionibus
 excolere, quantæque labes & ignominia in Ec-
 clesiæ nomine obrepandum eiusmodi religiosi pas-
 sim diebus istis statum vitæ sanctissimæ cui sese de-
 uouerunt transgredi moluntur proliſtā pietas nun-
 quam in sanctorum patrum vitam qui istos ordines
 instituerunt obtutū infigere debentes tergatuerunt
 impudēter: & aratrum agri dominici linquentes re-
 tro ignominiose aspiciunt. Qua in re intelleximus
 nonnullos mendici status prætertū ordinis nostri
 cultores nouitates nouissime quasdā fuisse aggres-
 sos & partem Ecclesiæ redituum quo iure nescimus
 sibi velle ascribere quæ nostræ vocationi minus cō-
 sentanea, sed potius omnino repugnantia esse vidē-
 tur. Vt itaque in hac parte nostra voluntas inno-
 ſcat vos nosse volumus per celebres & venerandis-
 simi domini nos & conuentus nostros istius rei pro-
 secutoribus nullo pacto coherere, imo ipsos tan-

P A R S T E R T I A

quam status Ecclesiastici turbatores censemus et
 cohercendos. Quapropter vestris sapientissimis
 celeberrimis paternitatibus quas seras credimus
 quibus cōtra hæreses hostium ouilis dominici cō-
 ditur, humiliter & deuote supplicamus: vt ad
 iusmodi nouitates & nouissimas laxationes effin-
 endas, necnon & dudum in ordine pullulantes
 radicas extirpandas nos coadiuuare & quo ad
 seruationem diuinarum sanctionum à patre nostro
 beato Francisco acceptarum intendere volentibus
 assistere, fauere, & subuenire, misericorditer dispo-
 mini: vt singuli earum professores secundum ipsam
 vitam deducere aut volentes quiete promittere
 pellantur. Et quia plurima quæ præmemorata
 cunctant scribere longum esse consideramus: &
 prolixitas tedium generet: Nos Gardiani lectissimi
 & alij fratres sæpediti mittimus ad vniuersitatem
 vestram celeberrimam venerabiles & religio-
 ros fratres Thomam de curia patrem & vicarium
 nostrum antedictum, & Iacobum Floriaye Gardiani
 num conuentus dicti loci de choletto qui nostrarum
 tentiones hac super re conceptas latius edisserunt.
 Quibus & eorum cuilibet insolidum si & inque-
 tum opus est proponendi, opponendi, requirendi,
 appellandi, concludendi, procuratorem seu pro-
 ratores constituendi, & omnia quæcunque huic
 negotio fuerint necessaria faciendi plenariam
 testatem & mandatum speciale concedimus.

Promittentes ratum gratumque firmum habere
 quicquid per ipsos & eorum quemlibet seu eorum
 substitutos vel deputatos actum fuerit: in quo
 testimonium sigilla Gardiani & conuentus

prænominari de Berchorio his præsentibus fecimus apponere: vna cum signo manuali Guillermi ioussellami Clerici regij notarij. Datum die octaua mensis Februarij. Anno domini Millesimo quadringentesimo. Sic signatum 9. G. loceaume. Quæ quidem requesta vt præfertur exhibita, & exinde lecta in publico & audita: tractatoque de & super vita, moribus & obseruantia, ac modis viuendi ipsius fratris Thomæ vicarij prædicti & fratrum sibi adherentium & subditorum qui vt ibidem per plurimos fide dignos in vita & moribus eorundem expertos dicebatur & asserabatur nullomodo per se vel per interpositam personam denarios vel pecunias recipiant: nec penitus prætio denariorum aliquid emunt, vendunt, aut cæbiunt aliquam rem quantumcumque minimam in communi vel particulari sibi non appropriât: sed solū vsus rerū sibi necessariarum & licitarum parcè retinent: nullas congregationes in horreis vel cellariis aut alia conseruant: sed quasi quotidie victualia necessaria solum: duntaxat pro die hostiatim & humiliter mendicant, habitus pauperes & abiectos secundum regulam ordinatos induunt, nullomodo equitant aut calciamenta portant nisi ad hæc necessitate cogantur prout dicit eorum regula, officium diuinum tractim: humiliter, reuerenter, & attente absque risu, aspectu, aut incessu vagis & indecentibus faciunt & celebrant: prout ipsis per eorum statuta iubetur & inclinationes silentium alias ceremonias sibi ordinatas temporibus & locis congruis strictè obseruant: fœminas in choro, claustro, & aliis officinis suis intrare non permittunt in conuentibus suis.

P A R S T E R T I A

omnes vnanimiter in refectorio (præter hospites
 vel ægrotantes) vno & eodem cibo & potu, sine
 parzialitate vel specialitate quasi iugiter vescuntur
 & ad idem in dormitorio & generaliter in omni-
 bus & per omnia regulam antedictam ad litteram
 vt præfertur strictè cupiunt & aspirant obtinere
 ex vna parte, & ministrorum prouincialium cultum
 & aliorum fratrum sibi adhærentium ornamenta
 prælibati ex altera. qui per contrarium in Ecclesiis
 suis in capis truncis & alias oblationes pecuniarias
 recipiunt: in prædicationibus suis quæstus pecuni-
 les iugiter faciunt in confessionibus & aliis ser-
 uitiis per se vel per famulos & burfarios suos de-
 narios & pecunias vbique recipiunt de die in diem
 cum secularibus prætio denariorum vel pecuniarum
 emendo, vèdendo & cambiendo aut aliàs negoti-
 antur: ciphos aureos & argenteos & alia ioculorum
 brosus lectos pannos, & cætera mobilia particu-
 lariter qui possunt sibi appropriant: denarios & re-
 thesaurifant: in plerisque conuentibus tales & in
 tas cõgregationes in horreis & celariis faciunt: quod
 sæpius eorũ maiores partes exponunt venales: & in
 cõtate mendicitate quotidiana sprete penitus de-
 missa qui argèto muniti sunt cibaria delicata de-
 interdum pellicatoria solícite perquirunt, aut per
 familiares & burfarios suos perquirere & emere
 unt: & quod impudentius est dicere (multis eorũ
 fratribus fame vel infirmitate in communitate
 uentus interdum grauius languentibus) in ca-
 ris suis ab aliis separati prodigaliter & gulose
 vorant & deglutiunt: habitus in colore & præ-
 præciosos in lōgitudine latitudine & numero

suos qui possibilitatem habent publice induunt
 velur seculares caligas & sotulares præciosos & cu-
 riosos fere omnes iugiter portant: equos & mulos
 militaribus phaleris & frenis insignes ministri & a-
 lij in prærogatiuis & officiis fastigiati & alij qui eos
 habere possunt equitare non formidant: in choro,
 claustro & aliis locis silentium frangere non dubi-
 tant: de inclinationibus & aliis cerimoniais sibi indi-
 ctis nichil vel saltem modicum curant: fœminas in
 choro, claustro & aliis suis officinis vulgariter in-
 trare permittunt, & cum eis balbutire palam vel in
 occulto non verecundantur: & alia plurima regulæ
 suæ & eius statutis non modicum repugnantia iu-
 giter & publice facere nõ verentur: sicut per euidẽ-
 tiam facti cunctis patere potest prout ibidẽ à pluri-
 bus dicebatur. Quibus & aliis ex vtraque parte hu-
 iusmodi fratrum actis obseruatis visitatis animad-
 uersis & cõsideratis, matura prius & consulta super
 hæc deliberatione habita per rectorem, magistros
 & doctores prædictos, relationibusq; decanorũ fa-
 cultatũ videlicet Theologiæ decretorum & medici-
 nę & procuratorum quatuor nationũ, scilicet Fran-
 ciæ Picardiæ Normanniæ & Angliæ, facultatẽ artiũ
 facientiũ & repræsentantiũ per dominum recto-
 rem in vnum collectis: idem dominus rector con-
 cludit quod dicta mater nostra vniuersitas vitam &
 modos viuendi prædictos præfati fratris Thomę de
 curia & fratrum sibi adhærentium tanquam veram
 & puram obseruantiam regulæ b. Francisci per sedẽ
 Apostolicam & Ecclesiam Romanam approbatę &
 confirmatę collaudabat: & quantum in ea erat ap-
 probabat & sustinere intendebat. Et vt omnes fra-

P A R S T E R T I A

tres huiusmodi vitam & obseruatiam deducere vel-
 lentes tutius & melius perseverare valeant, prædi-
 cto fratri Thomæ & sibi tunc & in futurum in
 extunc in antea in sui protectione & saluagardia
 omnibus iuribus & priuilegiis cõsuetis suscipiendi
 & retinendo. Et insuper ad eorum maiorem tuen-
 nem deliberavit rogare & supplicare regi, & aliis
 principibus: vt eosdẽ fratres & sibi subditos in
 protectionibus & saluagardiis suscipere vellent.
 Cõclisit etiam idem dominus rector quia præfata
 sanctissimo domino nostro Papæ Alexandro qua-
 nto certa priuilegia dudum per. P. de lima tempo-
 quo tolerabatur eisdem fratribus regulam suam
 præferrur) ad litteram obseruare cupientibus con-
 cessa & indulta, & per ministrum generalem
 ordini prælibato minorum præsidẽtem approbata
 & executã, vt præfati fratres in suis propositis & ob-
 iis obseruantis perseverare, & purius deo vota
 reddere valeant (licet iam per eundẽ sanctissimum
 dominum nostrum Alexandrum sacro approbato
 concilio Pisano confirmata dici possent & appro-
 bata) ea confirmare saltem ad cautelam (vel
 aut meliori modo super hæc providere dignaten-
 scribere & supplicare, & ad idẽ agendum præ-
 ctos regem & principes pro posse induceret de
 super quibus omnibus, & singulis dictus dominus
 rector præfata matris vniuersitatis per nos sub-
 ptos notarios vnum vel plura instrumẽtum seu
 strumenta petiit sibi dari, & concedi. Acta fuerunt
 hæc sub anno, indictione, mense, die, loco, & p-
 catu prædictis, præsentibus venerabilibus, & sc-
 tificis viris dominis & magistris, Egidio asperato

te sacrae Theologiae professore, Richardo de fonte, Simone Abbate monasterij S. Ioannis Remensis decretorum Doctoribus, Yuone dicto leuis magistro in medicina, Gaufrido de sancto tinto de Michaële de Riuo, Ioanne Baligan, in artibus magistris, cum pluribus aliis testibus ad praemissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Ioannes Perrini diaconus Remen. diocesis publicus Apostolica & imperiali auctoritate, almaeque matris vniuersitatis Parisiensis notarius iuratus: quia praemissis omnibus dum sic vt praemittitur per praefatum magistrum Guillelmum de Vandello rectorem antedictum concluderentur: vna cum notariis sub, & testibus supra scriptis praesens fui. Ideo huic praesenti publico instrumento manu aliena scripto (me aliis occupato negociis) signum meum solitum apposui requisitus & rogatus, sic signatum I. Perrini. Et sub illa subscriptione erat alia subscriptio: cuius tenor sequitur.

Et ego Bartholomeus de kdyo Clericus Bellouacensis diocesis publicus Apostolica & imperiali auctoritate praefateque vniuersitatis studij Parisiensis notarius iuratus, quia dum requesta seu supplicatio praedicta legerentur aliaque dicerentur, ac per praefatum dominum rectorem post deliberationes magistrorum in dicta congregatione existentium modo praetacto praemissa concluderentur, vna cum testibus & notariis supra & infra scriptis praesens interfui. Ideo huic praesenti publico instrumento manu propria scripto signum meum solitum apposui: hicque me subscripsi in testimonium praemissorum

requisitus. Sic signatum. B. kdyo. Et sub illa subscriptione erat altera subscriptio: cuius tenor sequitur.

Et ego Guillelmus Martini Clericus Cenomaniensis diocesis publicus Apostolica auctoritate notarius: dum præmissa omnia & singula sicut præscribuntur per prædictum dominum Rectorem concluderentur vna cum notariis & testibus supra scriptis præsens fui: eaque fieri vidi & audiui. Idcirco hic me subscripsi signūq; meum solitum & cõsuetū vna cum signis & subscriptionibus notariorum publicorum subscriptorum requisitus apposui: & præmissorum vocatus testimonium. Sic signatus S. Martini.

L I B E R I N S V R G E N T E S : P E R

æquissimæ Parisiorum academiæ asyllum euulsisse insulsus: & omnem ab æmulis detractamentis causam abstulisse per sacræ Theologicæ facultatis approbationem:

Lectoribus commemorans inquit.

Flumina transiui, rapidos propulsus & ignes:
 Nunc placido faciles sidere pergo vias.
 Obuius est temere furor excandescere nisus:
 Me quamuis veri, Zelus amorque regat.
 Inchyta Parisii suscepit turba senatus:
 Subsidiūque michi iussit adesse suum.
 Nec mora me clari: bibrandum: gloria certus
 Theologis misit sedulitate choris.
 Sedulitate choris, discussus comprobor, omnes
 Vt stabili terras, magistri fretus eam.



*FRATER CHRISTOPHORVS DE CA-
pitate fontium, totius ordinis Minorum regularis obseruan-
tia olim Generalis minister, & Seruus, nunc vero Dei et
sanctæ sedis Apostolica gratia Archiepiscopus Casariën-
sis, Charissimis suis in Christo fratribus S. P. D.*

Vm nostro infœlici seculo complures,
status atque professionis nostræ contem-
ptores & oppugnatores comperiantur,
qui velut Reipublicæ Christianæ inutile
institutum vitamq; nostram superstitionem potius
quàm religionem vocandam existimēt, ex summo-
rum pontificum præiudiciis, qui quantos fructus re-
ligio nostra Ecclesiæ Dei afferat attentius conside-
rantes, innumeris eam priuilegiis confirmarunt, ro-
borarunt, ornatunt, munierunt, opprimendos cõfu-
tandõsque eos esse existimauit. Quis enim tot sum-
morum, sanctissimorum atque doctissimorum pon-
tificum, qui plusquam à 300. annis suis fauoribus
nostram amplexi sunt religionē iudicia reicere, (nisi
iudicij mētisq; prorsus exors,) ausit, aut præsumpse-
rit; Hi enim Christum, primum Ecclesiæ Christianæ
pontificem summum, imitati, eos qui ordinem ar-
ctioris vitæ & religionis à Christo magistro suo in-
stitutum professi sunt, & tenerius dilexere semper, &
magis concessis illis priuilegiis, velut quibusdam
propositis præmiis, ad eum amplectendum quantos

P A R S Q V A R T A

plurimos potuere allexerunt & inuitarūt: Christus dico eos in hoc imitari, qui primus magnis propolis præmiis ad huiusmodi vitā & religionem, quam nos profitemur, omnes inuitauit. Nam cum semel diuus Petrus Apostolorum princeps, Christi que summo pontificatu visibili successor, illi dixisset: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quæ ergo erit nobis? interposito iuramento asseruit, eos in regeneratione sessuros esse super 12. sedes, 12. tribus Israël iudicatos. Et subiunxit: Et quisquis, qui reliquerit domum, fratres aut sorores, aut uxorem, aut filios, aut agros, & patrem, aut matrem propter nomen meum, cētuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Quod est dictum. Omnes, qui vestro exemplo omnia reliquerint, vt mihi sequeantur, vt me sequantur, & imitentur, me (inquā) quæ sic omnia propter vos reliqui, vt licet vulpes foveas habent, & aues cæli nidos vbi reponāt pullos suos, ego tamē ne quidem vel vbi lassum caput reclinare habeam, centuplum accipient, id est centies meliora atque præstantiora bona, & beata scælicique vitæ æternum fruuntur. Ex quibus verbis diuus Augustinus infert votum Apostolos paupertatis emisisse. Eadem autem, qua & ipse ratione motus, asserit, ego votum quoque castitatis eos emisisse uxores relictis, quandoquidem istud relinquere omnia, Christo dicto in loco expositum, non solum agros & possessiones terrenas, sed & uxores comprehendat. Illud autem & sequuti sumus te, votum continentie obedientiæ, quam aliis verbis alibi Christus exigit, dum neminem ait suum discipulum esse potuisse, qui non abnegauerit semetipsum, quod per

Etæ obedientiæ votum exactissimè completur,
 quam virtutem in Christo cœlibe, atque virgine, ex-
 cellenter præluxissè testis est Apostolus Paulus dum
 eum vsque ad mortem, mortem autem crucis obe-
 dientem fuisse testatur. ob idque summam sui exal-
 tationem meruisse. Christus cuidam adolescētī, qua
 ratione vitam adipisci posset æternam percunctanti,
 qui omnia Dei præcepta ab adolescentia sua seruaf-
 se se assererat, respondit vnum illi deesse si volebat
 perfectus esse, scilicet omnia sua vèdere, iisque pau-
 peribus datis, ipsum sequi, atque sic faciendo thesau-
 rû haberet in cœlis copiosum. Quibus verbis haud
 dubie paupertatis propter Christû vouedę institutû
 approbatur ab eo, cum omnia propter nomē suum
 diaëndendo, thesaurû ait acquiri in cœlo copiosum.
 Qui tâta promittit, huiusmodi institutû amplectē-
 tib' præmia, rē eos facere sibi gratissimâ luce clarius
 ostēdit. Qui ergo tale institutû amplectētes condē-
 nant, reprobāt, reiiciūt, vt superstitionē, cultûmque
 Deo displicentem, in Christum profecto blasphemi
 sunt. Christusne, viri boni, ad cultû sui offensiuû, aut
 Ecclesiæ suę dānosum, vllis propositis præmiis quē-
 piã inuitauerit vnquã? Vosne velut inutile è medio
 tollendû statum illum asseretis, ad quem profitendû
 tâto proposito brauiio omnes Christus incitat? Quæ
 hæc audacia, ne dicã infania demētiane fuerit? Inuti-
 liane, vel vana homines amplecti Dei filius & sapiē-
 tia Christ' aliquãdo docuit? Qui si ego vos inutiles,
 & imperfectos Dei seruos, ex eius verbis esse demō-
 straro, religiosos autem, si secundum suam vocatio-
 nem vixerint, vtiles atque perfectos? Omnes enim
 Christianos seculares, qui nisi ad Dei seruanda mã-

P A R S Q V A R T A

data obstringere se volunt, & nihil ad Dei cultum præter mandatorum eius obseruantiam afferunt. Seruos inutiles dici debere, ex Christi verbis inferre facile est, vt & vtilis eos esse, qui præter præcepta ad consilia quoque Euangelica seruanda sponte, atque propria deuinciunt voluntate. Cuius enim parabolam semel discipulis de seruo redempte ex agro, atque simul vt redierat cœnare cupente, iussu à domino suo, vt sibi prius cœnam appareret, proposuisset, deinde subintulit. Num (inquit) iusmodi seruo gratiam vllam habiturus est dominus eius? Et respondit. Non puto. Ac si diceret, certè me scio quod non. Et quare hoc? Quia seruus ille nihil fecerat, nisi quod iussus erat, tenebatur autem conditione sua vel vapulari, vel domini mandata complere. Nihil ergo faciebat, nisi id, ad quod eius conditionis ratione, obligatus deuinctusque erat. Sed si præterea, quæ dominus iusserat alia, quæque illi sibi nosset, ex ardenti erga illum amore obsequii illi exhibuisset, profecto gratiam illi dominus habiturum fore Christus dixisset. Seruo non facti nisi quæ iussa sunt, Christus nullam illi de gratia suam gratiam habiturum, vel habere teneri petenti verba declarat. Et tandem conclusit, Sic (inquit) vos cum feceritis quæ præcepta sunt vobis dicta, serui inutiles sumus, quia quæ præcepta sunt non fecimus. Quasi diceret, cum natura Dei seruus etiam si feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis non illi exprobare iure potestis, quicquam enim vobis propterea debere, nam serui eius estis, & nihil nisi quod præceptum est fecistis. Quasi diceret si faceretis non solum quæ præcepta sunt, sed etiam

alia seruitia, quæ illi grata esse nostis, quæ tamen
 vi præcepti à vobis non exigit, tunc & gratiam vo-
 bis dominus vester haberet, & serui diceremini, &
 essetis vtilis. Super quæ verba diuus ait Hieronymus.
 Debitoris enim (inquit) est facere quæ iubentur,
 & nisi paruerit, damnatur: si autem fecerit non ha-
 bet gloriam, quia inutilis adhuc seruus dicitur, qui
 nihil amplius quam præceptum est, operatur. Hæc
 Hieronymus, & ratio est. Nam qui nõ facit nisi quæ
 præcepta sunt, ostēdit velut inuitum domino se suo
 seruire, & timore tantum non amore illi obsequi.
 Qui autem præterea, quæ præcepta sunt alia domi-
 no suo grata seruitia facit, ostendit hilaritatem atq;
 alacritatem animi sui, & propensionem voluntatis
 suæ erga eum, & quod diligit non solum timeat do-
 minum suum Christus dominus noster quædam per
 se, & suos Apostolos nobis sub æternæ pænæ com-
 minatione præcepit, & eorum impletionem seuerè
 admodum exigit, quædam verò consulit, non præci-
 pit, atque ad ea implenda non minis, sed propo-
 sitis præmiis nos inuitat, sicut est illud, relinquere om-
 nia, & sequi Christum, & illud, quod de Euruchis se
 castrantibus propter regnū cælorum dixit, per quos
 sine dubio per votum se castitatis domino cōsecran-
 tes, & castrantes intellexit, de quibus ait Apostolus,
 de virginibus præceptum domini non habeo, consi-
 lium autem do, quoniam bonum est homini sic esse.
 Hos enim ait ex integro non diuiso corde Deo suo
 & domino seruire. De his, qui hæc, quæ sibi à Chri-
 sto & Apostolis eius consuluntur, non præcipiuntur,
 faciunt, dicimus quod serui Dei sint vtilis, & quod
 his dominus gratiam sit habiturus, de aliis autem

P A R S Q V A R T A

qui nihil nisi quæ præcepta sunt à Deo facere volentibus inferimus quod serui sint inutiles, & quod illis minus nõ teneatur vllam habere gratiam, quia cum nihil præterea faciunt, non satis alacriter dominum se suo seruire coniiciendum relinquunt. Dico vltimius, seruos illos esse imperfectos. Sic enim ait Christus adolescenti dicenti se omnia Dei præcepta seruasse, vnum tibi deest, si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, & da pauperibus, & veniens sequere me. Quibus verbis innuit imperfectum illum seruum fuisse, licet omnia Dei mandata seruasset. Et cum perfectus dicatur, ex verbis elicimus Apostolus dicit de iis, qui vxores ducunt, quod diuisi sint, sicut scilicet cordis partem Deo, partem vxoribus dedicant, dum conantur Deo & suis vxoribus placere. Virgo autem ait & viduas, quæ voto se castitatis Dei deuote seruitio, non cogitare nisi vt placeant Deo, & sanctitatẽ corporis & spiritus, & ideo integras & perfectas eas esse, & post Christum ait meliorem illas habere partem. Quod diuisum est, imperfectum est: quod perfectum est, diuisum non est; recte ergo Christus ad Deo seruire volentes, seruos vocat imperfectos, & vnum illis deesse asserit, quod est omnibus deditis & relictis, Christum solũ sequi, & Christi cultum se totos dedicare. En ergo quomodo ex Christi & Apostoli verbis probatur Christianos seculares inutiles & imperfectos Dei seruos esse, etiam si omnia Dei mandata seruent, religiosos autem, qui præter præcepta, Dei quoque consilia seruaturus se solent accipiant voto seruos, vtilis & perfectos dici debere, & tales verè esse, si promissam Deo fidem non fellerint. Si dixerint se Christi saltem ita atque

discipulos esse, respondebo quod non. Nam Christus excelsè dixit, neminem suum esse posse discipulum, qui nò renunciauerit omnibus, quæ possidet. Quæ dixerim non vt nos de nostra professione iactemus, sed vt seculares statum religiosorum caninodente rodentes, veritatis sententiis perstringamus, & quoad eius fieri potest eorum insolentiam comprimamus. Nam si verè Christo credunt, quæ ex Christi verbis in consequentia hîc necessaria intulimus, vera esse fateantur oportet. Optimum autem foret si seipsum vnusquisque nosset, & quæ in Christi regno gradum & locum tenet, serio cogitaret, vt suo se quisque pede metiretur. Redeunti semel ex Neapoli Romam, comitem se iunxit itineris sacerdos quidam secularis, quem cum quidam ex nostris, ad religionis nostræ vitam amplectendam exhortaretur: respōdit se ex Diui Petri religione esse, quæ cūctis aliis antecelleret. Cui tùm ego, Nihil minus quàm Petri religionis es. Is enim omnia reliquerat mundi huius bona vt Christum sequeretur, tu autem nò sic, ipse argentum & aurum non habebat, tu autem sic, fratres, qui sub eius disciplina & religione Hierosolymis viuebant, nihil proprium habebant, nemo eorum quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Videto ergo vt potiùs nos quam tu ex diui Petri, imò ex Christi religione simus, qui primus huiusmodi viuēdi institutor fuit, cum verbis & exemplis omnes ad egenæ & cælibis vitæ arctam viam vocaret. Cum non haberet quod his obiceret, victum se professus fuit, & quod in marsupio aurū & argentum habebat, ad soluendum pro prandio nostro hospiti liberaliter obtulit. Hæc di-

P A R S Q V A R T A

xerim ob sacerdotes aliquos seculares qui in Ecclesiastica Hierarchia nullum nobis locum relicti dicere audent & prædicare, quasi vero veri discipuli Christi, serui eius perfecti & vtilis, ad eius domum pertineant & Ecclesiam, & membra corporis nobiliora, de eius corpore non sint, & eo deterior conditionis simus, quo arctius & proprius Christus per religionem colligamur. Et quia consilia eius cum mandatis obseruare nitimur, minus ad illum pertineamus. Certum est nos Prophetarum, atque Doctorum locum obtinere, atque idem quod Christus officium in eo exercere, quod ut ipse semper docebat in Templo & loco, quo omnes Iudæi conuenerunt, ita & nos palam in Templis omnes Christiani vtriusque sexus doceamus senes & iuuenes. Quod ideo dictum sit, ne qui officium pædagogorum quod scholis pueros docet, & in doctrina Christiana instituant, nostro præferendum esse falso asserant. Christum nunquam legant aut Apostolos secuti fuisse, sed omnes simul; tum iuuenes, tum senes fidei & morum doctrina instituendos suscipiunt. Plus enim est omnes, quam aliquos tantum docere. Doctrina autem Christiana à nostris, ceterisque Religiosis mendicantibus, ex Dei verbo magnificè sententiarum (qui ex veteribus Ecclesiæ Doctrinarum summam Christianæ doctrinæ collegit) ab impietate strarum religionum incunabulis cum verbi Dei predicatione, populo semper proponi consuevit. Licet eorum institutum, qui iustituendæ iuuentutis partem sibi desumpserunt. Opus enim hoc est maxime præcipuum magna laude dignum, & præmio, atque reipublicæ Christianæ reformandæ maxime necessarium. At non

pium opus est omnes simul iuvenes & senes, quæ salutis æternæ sunt docere, & ad bona opera orationis viribus mouere. Duo hæc familiaria Christo erant, orare & prædicare. Rerumque ordinis nostri fundator sanctus pater Franciscus amplexus in regula sua est. Quondam anxius animo per aliquot menses dictus noster pater fuit, cum nõ posset apud se certo statuere an deberet ipse, & sui fratres tantum contemplationi & orationi in solitudinibus & desertis locis vacare, an verò etiam & prædicationi verbi Dei interrupta ad tempus contemplationis quiete insistere. At ipse quidem tantum consolationis ex continua oratione & contemplatione carpebat, vt magis in hanc partem, quam in illam inclinasset, si Christo grarius id fore nosset, verùm reuelatum diuo Siluestro viro maximæ contemplationis, diuæque Claræ fuit, postquam instantibus precibus diuo Francisco iubente dominum rogassent, ostendere dignaretur, vtrum è duobus grarius illi foret: Franciscum suòsque fratres non ad hoc vocatos, vt sibi soli viuerent, sed etiam vt aliis quoque suis prædicationibus proficerent: Quod diuinum oraculum adeo lætanter amplexus est, & feruenter executus, vt singulare etiam de prædicando, modòque prædicandi mandatum fratribus suis in sua regula dederit. Prædicare autem sine litterarum studio velle, tentare Deum esset. Quare neque simplicium aliquot fratrum sequèda opinio est, qui literis operam dare, regulæ Diui Francisci puritati contrarium esse asserunt. Consequenter quoque sequitur libros habendos esse, & pro illis emendis recursum ad amicos spirituales habendum, cum

dono vix haberi queant, quemadmodum ex respo-
 sionibus Diui Bonauenturæ ad quæstiones, quæ
 quidam contra fratrum obseruantium viuendi mo-
 dum proponere etiam hodie solent, quas in huius
 libri finem reperire est, satis superque constat. Sed
 enim nonnulli, qui quia regulam, vt est à Diuo Bo-
 nauentura, immò vt est à summis pontificibus Cle-
 mente & Nicolao quinto resoluentibus difficul-
 tes, quas scrupulosi fratres super sincera regulæ ob-
 seruantia proponebāt declarata atque exposita be-
 uare professi sumus, non Diui Francisci, sed Diui Bo-
 nauenturæ religionis esse falso asserunt, quasi vt
 Diuus Bonauentura suo tempore qui erat generalis
 totius ordinis Minorum minister, & ab Ecclesia
 sanctorum numerum relatus est, verus non fuit
 regulæ Diui Francisci, quam professus erat, ob-
 seruator, & quasi priuata simplicium & illiteratorum
 quot fratrum opinio & expositio Ecclesiæ sit pro-
 ferenda iudicio, & interpretationi, qua regulam
 ista in Concilio Viennense sub Clemente quarto
 interpretata est, quasi etiam vsque ad con-
 uentum, nullus fuerit in Christiano orbe
 Franciscanus, & Ecclesiæ, quæ sub Leone decimo
 fratres de obseruantia alias de familia verus
 regulæ Diui Francisci obseruatores, atque idem
 ordinis sigillum eorum congregationi dedit, de-
 facto, ne quis nisi ex obseruantium familia in ge-
 neralem ordinem Minorum ministrum deinceps
 retur, errauerit. Vocauit autem eos Ecclesia de ob-
 seruantia, eo quod purè & rectè Diui Francisci
 regulam seruarent. Est hæresis dicere eos, qui

Francisci regulam, iuxta Ecclesiæ interpretationem per summos p̄tōfices factam obseruāt, in statu esse damnationis, nam ex hoc Ecclesiam errare sequeretur, & in iis, quæ animæ salutem, & conscientiarum tranquillitatem atque securitatem spectant, nō Ecclesiæ & summorū pontificū, sed priuatorū aliquot iudicio standum esse. Quare & sancta inquisitio talia dogmatizantes, vt veros hæreticos castigare debet. Quod & in Hispania de quodam factum intelligo, qui libro ædito fratres de obseruantia, iuxta summorū p̄tōficum regulæ Diui Francisci declarationes viuentes, in statu esse damnationis asserbat, neque veros esse dictæ regulæ obseruatores. Ex hoc enim ouo blasphemix in Ecclesiā quamplures excludūtur pulli. Non eos dānamus, immò laudamus, qui arctiorem quam nos vitam ducere voluerint. Laudamus, qui toto tempore vitæ suæ in pane & aqua ieiunant, qui repetitis vestibis ex humilitate vestiūtur, saccisque atque cilicio induuntur, qui medicitate quotidiana delectati in diem viuere malūt, modo ne eos, qui ita atque ij non viuunt, non contemnant neque diiudicent, quod facere exerte Diui Francisci regula prohibet. Modò ne etiam fraternæ charitatis vinculum, alios superbe contemnentes & pharisaico supercilio condēnantes, temere rūpant, sine quo nec omnia in pauperes bona distribuisse, nec pro Christo Martyrium sustinuisse, quicquam apud Deum prodest ad salutem. Laudo omnia religiosorum instituta ab Ecclesia approbata, eos non laudo, qui sibi solis vitæ sanctitatem arrogātes, alios omnes contemnunt vt peccatores. Hic causam ago status obseruantīū, non eorum, qui nomine tantum

P A R S Q V A R T A

sunt obseruantes, hic nota bene dicta, quia non vituperamus obseruantes facta isto in nostro codice. Licet enim multi inter obseruantes reperiantur, qui malè viuunt, non ob hoc tamen contemnenda obseruantia est. Sicut licet in Ecclesia multi sint peccatores, nihilominus tamen Ecclesia sancta est, & sine macula atque ruga. Cur? quia certè neque peruersos filiorum mores, neque vllos approbat errores. Sic mater sancta & casta esse potest, licet filias habeat impudicas quando in earum impudicitiam ipsa non cõsentit, immò eas corrigere atque emendare, quoad eius fieri potest laborat & nititur. Ita de religione nostra dixero, eam scilicet sanctam & sine macula, & ruga esse velut quæ nullos malos filiorum suorum mores, nullos approbet errores. Si qui enim in religione nostra malè viuunt: idè malè viuunt, quia obseruantia regularis disciplina prætergrediuntur. Si autem idè malè viuunt, quia obseruantia suæ instituta non seruant, profecto sancta sit institutio illa oportet, quam non obseruasse malum peccatumque est. Atque hæc quidem paucis in eos Capucinos, excalciatos, reformatos, ac recollectos dicta sint, qui se solos sanctos exilimantes, & solum suum institutum approbantes, reliquos temerè, ne quidem grauiùs dicam, contemnant & fastuose contemnunt, eorum instituta ab Ecclesia approbata malignè reprobantes. Sed his relictis ad suam oratio nostra redeat institutum. Dicere enim inceperamus nos in Prophetarum, & Doctorum sedes successisse, immò idè quod Christus & Apostoli exercuere, officium gerere, quod ad verbi Dei prædicationem spectat: Quod officium

ita Apostolus Paulus commendatum habebat vt diceret, se missum Euangelizare, non baptizare, præferens scilicet Euangelizandi opus Sacramentorum administrationi. Neque hîc multum ero, vt quàm grauitè & strenuè opus hoc fratres nostri semper exercuerint exponam. Res antè omnium oculos posita est, ipse testatur orbis, vix vllos præter religiosos circiter à 300. annis prædicâdi verbi Dei laborem sumpsisse, & in hodiernum vsque diem etiamnum paucos reperiri pastores aut sacerdotes seculares, (si cum prædicatorum religiosorum, qui ex mendicantium ordinibus prodeunt multitudine conferantur) qui verbi Dei panem Christi frangunt ouibus aut distribuunt. Peragraui præcipuas quasque orbis Christiani prouincias, oculatus huius rei testis sum. Non habet Italia, non Hispania, non Gallia, non ipsa orbis caput Roma vllos nisi paucissimos alicuius nominis prædicatores præter religiosos. Hi enim in vinea Domini strenuè laborant. Hi populum Christianum in officio retinent. Hi vt magistratibus ac principibus regni Christi dicto obediens sit efficiunt. Hi in regum, imperatorum ac cæterorum principum huius mundi obedientia eorum subditos verbis Dei gladio continēt. Dispeream si non inter ciuiles Regni Franciæ tumultus ad regni monarchiam subuertendum nostro excitatos tempore ad contuendum in regum & Ecclesiæ obedientia Gallicum populum plus religiosi profuerint, quam vlli eorum milites aut exercitus, qui populum prædæ loco habentes, ad seditionem & rebellionem illum magis prouocabant, quàm in officio continerent: Immo per eos non

stetit quin irritatus tot malis populus, totus à regū
 suorum obedientia deficeret. At dum cum ferreis
 veræ religionis, Catholicæ scilicet, vinculis alligato
 timoris Dei freno in officio retinent, fit vt non
 solum timore pœnæ, sed & timentes ne Deum, ne
 conscientiam offendant regibus suis, & sublimio-
 ribus potestatibus obediētes sint. Atque in hoc ca-
 tholicos ab hæreticis discernere est. Hi enim omni
 timoris Dei excusso per falsam religionē iugo om-
 nem debitam obedientiam abiicere eorumque cō-
 temnunt edicta & leges: illi autem Deum offende-
 re timentes regibus suis, vti Deus præcepit, etiam
 in rebus difficillimis facilè promptèque parent.
 Abeant ergo nescio qui seditiosi viri, & inutilis
 ciuili reipub. religiosos esse dicant. Nam vt inge-
 nuè dicam nullos neque quoad Deum neque quo-
 ad mundum illis vtiliores habere respub. possunt.
 Plus vnus Moses reipub. Israëliticæ solus super mō-
 tem orando profuit, quàm pugnantium militum
 sexcenta millia. Illo orante aduersaria prosterne-
 batur acies, illo ab oratione cessante Israëliticus
 vincebatur exercitus: Multū enim valet oratio iusti
 assidua (vt Apostolus Iacobus ait.) Quare dicendum
 est etiam si nulli alteri rei, quā orationi religiosi in-
 cumberent, vtillissimos tamen adhuc illos reipub.
 fore, multo autem magis vtiles dicendos, quando
 quidem & gladio spiritus, quod est verbū Dei, pu-
 gnantes: diuisique per arces, vrbes, vicos, & oppida
 populum Christianum etiā sub ciuiliū magistratū
 iugo retinent. Errant qui rempublicam vllam
 benè regi sine vero Dei timore (qui ex sola vera re-
 ligione nascitur) posse existimāt. Nisi enim hoc fre-

no insanas hominum passiones compresseris, nisi mentem ipsam, ex qua vitia omnia, quæ respublicas perturbant, procedunt, hoc timore in officio continueris, nulla speranda pax, nulla tranquillitas, nulla communis & pacifica societas, vlla in repub. fuerit. Quare nullos magis amplecti, magis fouere & diligere rerumpublicarū Rectores debent, quàm eiusmodi homines quorum opera & diligentia sit, vt dum populi Dei timoris alligantur iugo, magistratum quoque ciuiliū legūmque suarum iugū patienter ferant. Audacter dicam, Vix vlllos haberet hodie Christianissimus rex subditos sibi per Galliam populos, si suorum maiorum pietas tot religiosorum ordines suo in regno nutrire, fouere, habere non procurasset. Quod astuti & fraudulēti regni hostes animaduertentes dum monarchiā Gallicam subuersam cuperent, & ad eam conterendam, cōiurassent in religiosos viros, statim ab initio antè omnia grassandum sibi esse & sc̄iendum existimarent. Hos enim omnes si è medio sustulissent, facile se peruenturos quo eorum conatus tendebant, certum apud illos erat. Idè etiam in hoc toti sunt vt quos exterminare non potuerint, saltem irridendos & contemnendos toti (quoad possunt) propinent orbi. Hos enim cane & angue peius oderunt, vti econtra, veri regni & reip. Gallicanæ amatores eos venerantur, amant, colunt, fouent, nutriunt, suaque liberalitate sustentāt. Magnus ille Ferdinandus Cortesius, qui in India occidentali vastissima regna innumerósque populos Christi & Regis sui imperio subiecit, ad Barbaros illos populos in obedientia continendos, religiosos nostros, qui primi po-

P A R S Q U A R T A

pulo illi fidei lucem intulere coram. Indis summo cum honore ad se venientes recipiebat, nunquam nisi genu flexo in terram & capite discoperto illos alloquebatur, quæ peteret siue pro se, siue pro Indis facile omnia concedebat. Immo narrabat mihi religiosus quidam, qui illis in partibus per multos vixerat annos, quod cum semel Indi de fratribus nostris apud dictum Cortesium, eo quod flagellis illos cæcidissent, conquereretur, abiisse tùm eum in secretius suum cubiculum, atque ibi nudatis humeris seipsum ad sanguinis vsque flagellasse effusionem, & tùm ad prædictos Indos rediisse, illisque dixisse non mirum illis videri debere, si ab istis religiosis vapulassent, quandoquidem & ipsum quâcumque magnus dux & Imperator esset, errantem correctionis ergo flagellare solerent, & nudatis spatulis verberum illis vibices ostendit quibus eum (vt aiebat) eo die affecerant, subinde inferens, eos, quia Dei magni & veri serui essent, ab omnibus metuendos esse, & se ne sibi Deus eorum irascatur dicto illis obedientem semper esse, & quæcunque iuberent facere. Quod cum Indi vidissent de cetero adeò nostros venerabantur ac timebant fratres vt promptissimè ab illis imperata quæque efficeret, & faciliùs religionis Christianæ iugum subirent. Intelligebat enim prudentissimus ille imperator, quâcumque re sua esset ad Barbaros illos in officio continendum eos per quos vera illis religio inferebatur in honore atque reuerentia ab omnibus haberi, atque ideo suo eos exemplo ad religiosos nostros honorandos & timendos prouocabat & alliciebat. Hoc etiam cõsiderantes Monarchiæ Gallicæ aduersarij,

roti in hoc sunt, vt religiosos veræ religionis propu-
 gnatores, contemptibiles quoad eius fieri potest,
 omnibus reddant, magnum se ad subuertendum
 regis statum fundamentum iecisse scientes, hoc vbi
 adepti forent. Econtrà falsæ religionis ministros,
 qui contra innumera expressa Dei verba soli Deo
 obediendum esse docent, amplexantur, honorant,
 colunt, venerantur. Hoc enim iacto fundamento,
 quia regem nostrum hominem esse, probare facil-
 limum est ad inobedientiam & seditionem velut
 seruos ad pileum, falsa sua religione omnes regis
 subditos vocant, sed de his nunc pluribus agere,
 angusti Epistolæ limites non permittunt. Hoc au-
 tem dictum cupio sapientissimos quosque reges &
 rerum publicarum rectores, veræ religionis Prædi-
 catores summo semper in honore habendos esse
 existimasse, indèque factum esse, vt summi pontifi-
 ces, ac Christianissimi nostri reges maximis ordinè
 nostrum priuilegiis fauoribusque coornarint, at-
 que fratres nostros suis semper subditis obnixius
 commendarint: Sapienter quidem illi, etiam si
 nullam ex ista sua potestate nisi præsentem expe-
 ctassent vtilitatem, sed pientissimi viri & religio-
 sissimi principes in futurum etiam remunerationè
 respiciebant, illis Christi verbis fidentes. Quod vni
 ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Quæ verba
 haud dubiè de iis intelligenda sunt, qui mundo re-
 licto, Christi seruitio se dedidere, & sacrae eius mi-
 litia Sacramento, se illi obstrinxere. In regno enim
 Christi, quod est Ecclesia voluntariorum militum
 locum obtinemus, qui sponte nostra diuisi per ar-
 ces, vrbes, & prouincias, in principum ac magi-

P A R S Q V A R T A

stratum eius obedientia, subditos populos continemus. Voluntarios dico, velut qui sine vllis stipendiis imperatori nostro militamus. Vbi enim prædicando, legendo, scribendo, disputando, & aliis pijs operibus ad aliorum vtilitatem incumbendo habendi, saltem ab iis ciuibus, & pro quibus laborauimus victum & vestitum diuinum nobis ius acquisiuimus adhuc & ista, quæ diuino & naturali nobis iure debentur, charissime comparamus. Verissima enim est vetus illa paræmia, Nihil charius quam quod præcibus emitur. Nos autem pugnando in sacro Christi bello fessi, & laborando in Christi vinea lassii, non nisi præcarium & emendicatum panem edimus, non nisi præcario & emendicato panno vestimur. Et quod quæso militum genus magis innocuum vel minus subditis regis nostri onerosum de regum huius mundi militibus poeta canit? Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur. Quod si vnquam aliàs, nunc certè de regni huius militibus verissimum est. Summa enim cum humilitate, quæ verbi cælestis panem populis frangendo, & spiritalia seminando cibum lucrati sunt, præcibus ab eis emunt, qui diuino illis iure eum dare tenentur, & tamen siue detur siue non detur, patienter ferunt, deuinxæ imperatoris sui Christi prouidentix fidentes, qui pijs aliquibus semper inspirat sua eos liberalitate foueant, atque elemosynis sustentent, & metriant. Conquiri itaque de nobis nemo iure potest quod onerosi rei publicæ simus, aut cuiquã graues, quoniam nisi quod sponte nobis offertur accipere à quoquam solemus, neminem interim cõcutientes, aut armata vllis præcibus vexantes. Et diuina certè prouidentia

tia factum est, vt frigescendi mundo prædicatores Deus mitteret paupertatem amplexos, vt nullam iustam vllus occasionem haberet, ventris aut auaritiæ causa Catholicam propugnare nos religionem dicendi, vti de iis sed falso dicere solent, qui opima in Dei Ecclesia sacerdotia, velut militiæ suæ stipendia habent, de quibus quod ventris causa veritatem occultam Euangelij dicunt. Quis enim de homine vel sanam mentem habente crediderit, quod mendicando, ieiunando, vigilando, laborando miserèque secundum mundum viuendo, pergere velit ad tartara? cum nunc libertate cunctis vt velint viuèdi hoc in regno concessa omnibus liberum sit, qua via maluerint ad domum proficisci diaboli, cum tot sint hodie ministri ad latam omnes viam inuitâtes, tot principes latam perditionis viam eligentibus amplissima stipendia offerentes? De nullis ergo minus quam de nobis dici potest, quod auaritiæ vel ventris causa catholicam religionem propugnemus. Si experiri hæreticorum principes & protectores ministrorum suorum patientiam vellent, ad frequentia illos ieiunia & mendicitatem nostræ similem cogentes, quamprimum euidentius, lucèque meridiana clarius viderent, vtri nostrum ventris aut auaritiæ causa suam profiteatur religionem. Dispeream equidem si infra paucos dies vllus apud eos prætensæ religionis suæ reperiatur minister. Diuino ergo consilio, vti dicere incæperam, super mēdicitate & xerophagia, nostra fundata professio est. Et certè mira res est cum ad vitam hanc egenam amplectendam nullus sit qui cogat, tot tamen, & tantos, & tam præclaros per tot secula

P A R S Q V A R T A

habuerit professores. Digitus profecto Dei hinc sese manifestè exerit, qui etiam vsque ad undecimam horam in suam vineam operarios, & agricolas misurus est. Et quis quæso, quantos in Ecclesia Dei fructus nostri faciant fratres, vlla satis oratione explicaritur? Nam nõ solum quæ Christo parata sunt suo labore tuentur, verumetiam noua quotidie regna nouas prouincias eius imperio subiiciunt & acquirunt. A nonaginta enim citra annis vastissimum Peruleorum in Indiis occidentalibus regnum quod 2200. leucas in longitudine, & 1000. in latitudine patere ferunt, Christo partum est. Et inter primos prædicatores, qui in illud traicere regnum, duodecim nostri numerantur fratres qui duodecim Apostolorum prouinciam condidere (qui erant filii prouinciæ sancti Gabrielis fratrum exalceatorum) quam propter illius vastitatem in capitulo generali Vallisoletano in quinque prouincias, aliquotque custodias diuisam oportuit. Iam sunt sex anni fratres 18. in prouinciã missi Thecumanam cum primo (qui ex ordine nostro assumptus erat) illius prouinciæ Episcopo fidei lucem barbaris populis, qui eam inhabitant illaturos. Est autem prouincia illa ultra tropicum Capricorni polum antarcticum versus sita, multum (vt ferunt) hominum habitariõis commoda. In eam Indiæ Occidentalis partem quã nouam Hispaniam vocant, anno 1524. quidam nostri ordinis magnæ pietatis & doctrinæ vir nomine Martinus de Valentia filius dictæ prouinciæ sancti Gabrielis cum duodecim fratribus traiecit, & regni Mexicanum quod iam armis Regis Hispaniarum imperio Fernandus Cortesius subiecerat, ipse cum

fuis fociis Christo acquirere cœpit, & iacta per eos femina aded̄ profecere vt iam illud regnū cum circum adiacentibus regnis quam plurimis & prouinciis, suaue Christi iugum subierit. Mexicana testatur historia (& Chronica nostri instituti quæ fuere in idiomate Gallicano posita per reuerendum patrem magistri excerptorem huiusce libri) istos nostros primos fuisse religiosos, qui in eas partes prædicandæ fidei gratia traicere, atque per eos quàm plurima ad infidelium conuersionem edidisse Deū miracula, erat autem dictus Martinus Papæ in illis partibus vicarius. Tanta autem ibi fuit animarum seges in Christi horrea congreganda, vt de vno ferant Franciscano, quod in paucis aliquot annis 40000. hominum millia baptizarit. Patet Mexicanum regnum (vt aiunt) in longitudine 600. leucas & in latitudine 400. Ad reducos ad Christi fidem Chichimecas nulli aptiores quā nostri reperti sunt religiosi. Sunt enim Chichimecæ homines siluestres in montibus & siluis nudi, sine vllis vrbibus aut domibus palabundi degentes. Non seminant, non metunt, non congregant in horrea. Aurum & argentum nihili faciunt, viri sunt bellicosissimi, adeo vt armis subigi hætenus nequierint. Crudelissime in victos Hispanos desæuiunt. Ad fratres nostros nudis ad eos pedibus, & vestimētis vilibus indutos proficiscentes, cicures & mites accedere solent, cum cæteros omnes Christianos, tum religiosos, tum seculares fugiant & oderint. Multos ex illis mansuefecere nostri, Christique iugum ferre docuere, vtque templa & domos ad vicatim habitandum ædificarēt effecere. Iam sunt tres anni dum

P A R S Q V A R T A

Romæ agerem, ad me illis ex partibus quidam nostri venere fratres ad conquerendum de secularibus quibusdam sacerdotibus, qui vsurpantes ædificata à fratribus nostris Ecclesias & monasteriola, auaræque nimis, à neophytis illis pecunias exigentes in causa fuere, vt abnegata fide, relictisque domibus & vicis, rursus ad montes & suas multi ex illis redirent siluas, idque ita se habere per instrumenta publica testabantur. Simul enim atque non se sua quæri sentiunt, scandalizantur & Christianos eorumque fidem oderunt. Nostri autem fratres cum nihil præter eorum salutem quærant, ab illis diliguntur & libenter audiuntur. Iam sex sunt anni, ex quo ad Mexicanas nostras prouincias (quas vastissimas numero quinque illis in partibus habemus, quarum vna, Mexicana scilicet, quinquaginta quatuor cœnobia habet) centum misi fratres vt selecti præstantiores quique ex illis, ad Chichimecarum & aliarum gentium circumuicinarum, quæ nondum Christo nomina dedere cōuersionem mitterentur, nonaginta ex eis, eo salui peruenire, decem in insula, quam Hispaniolam vocant, & in qua aliquot fratrum & sororum monasteria habemus hæserunt. Nam & ibidem eorum opera opus erat. Inoumeræ quasi in quodam maris meridionalis Archipelago repertæ insulæ sunt quas vndecim milium numerum excedere aiunt, viris bellicosissimis inhabitatæ, quos armis subigere difficilimum fuerunt, eo duodecim nostros fratres tres iam sunt anni cum vno nostro Commissario misi. Sed quid facio? Ingens enim scribendus liber esset, qui ea quæ per fratres nostros ab 80. annis in conuerten-

dis
In
Re
&
Ioh
con
nast
uin
que
ligi
con
nos
bita
per
qua
nost
per
feci
qua
bus
fiat
gen
vel
par
stol
enir
aliqu
uan
sub
argo
nis
totu

dis illis gentibus adeo facta sunt describere velim. In Indias etenim etiam orientales, quæ olim erant Regi Portugalliæ, nunc autem Regi Hispaniæ primi & ipsi prædicandæ fidei causa longissima & periculosissima navigatione traiecere, ubi multis ad fidem conuersis populis, ædificatisque Ecclesiis & monasteriis quamplurimis, multa regna oppida prouincias & vrbes Christi imperio subiugarunt. Idque antequam sodalium nominis Iesu instituta religio foret, quibus si primam illarum gentium conuersionem quisquam attribuere vellet, summa nostros aliosque mendicantes religiosos iniuria debitam illis suffragando laudem affecerit. Iam enim per quadraginta ad minus annos antequam quisquam illuc peruenisset Iesuita gentes illas Christo, nostri verbi, Dei falce metebant. Qui si quanta per eos Deus ad illarum gentium conuersionem fecit non scripserunt, non minus tamen vera sunt quæ dico. Dolet certè mihi quod nullus ex fratribus nostris conuersionis vtriusque Indiæ Ecclesiasticam scripserit historiam. Multi siquidem ingentisque scribendi libri forent non Epistolæ, si vel simplici stilo rerum à fratribus nostris illis in partibus gestarum veritas describeretur. Sed Epistolam me scribere non historiam memini. Vix enim vllus est orbis Christiani angulus, in quo non aliqui ex nostris reperiatur fratres, vel fidei conseruandæ, vel plantandæ causa eò profecti. Habemus sub imperio Turcarum vastam admodum Bosuæ argentiniæ prouinciam quæ à centum triginta annis graue illorum iugum ferre coacta est, nulli per totum illud regnum Ecclesiastici viri reperiuntur,

P A R S Q V A R T A

qui cum subiugatis à tam crudeli tyranno Christianis remanserint, præter solos fratres nostros, qui multa ibi monasteria multaque oratoria habent, in quibus Christianos illos verbi Dei pabulo pascent, Sacramentaque illis administrant. Idem est de Albania siue Macedonia, in qua septem adhuc monasteria religio nostra habet. Hierosolymis hodie nulli Latini religiosi præter fratres nostros reperiuntur qui inde Alexandriam Carum Cyprum tripolim suriæ mittuntur prædicandi & audiendi confessiones Christianorum ergo, qui illis in partibus sub Turcarum imperio degunt & versantur. Dies immò multi me anni narrantem deficerent, si quætos religiosi nostri fructus in Ecclesia Dei faciant & afferant exponere voluero. Sed multo fratrum nostrorum sanguine ab initio constitit, constatque etiamnum in hodiernum vsq; diem vel fidem vtrique Indiæ inuexisse, vel versantes inter Hæreticorum & Turcarum gladios, in fidei & Ecclesiæ Catholicæ obedientia tot populos continuisse, vel ab hæreticorum erroribus conuertisse. Sed hæc gloria nostra est & corona quod tot martyrum purpura ornata religio nostra sit, dum cõstanter, vel in promouenda, vel in propugnanda fide Catholica, fratres nostri imminetia quæque pericula subeunt. Sed quoniam de his Chronica reuerendi patris Y. Magistri auctoris præsentis libri ample tractabit, finem dabo. Hæc autem dicta sint, vt ex his paucis dum quanta dicenda restant lector attendat quam sint Ecclesiæ Dei totique reipub. Christiana fratres nostri vtilis, conuicere & iudicare possit. Videbit quoque quæta cum ratione asseruerim, fratres nostros

nostros si secundum suam professionem vixerint,
 (quæ professio doctissime ac sanctissime est exposi-
 ta isto in præsentî manipulo) seruos Dei vtilis, per-
 fectos, verosque Christi discipulos dicendos esse.
 Summi itaque pontifices Christi vicarij & regni
 eius proreges, hæc omnia considerantes, vix quic-
 quam magis commendatum habuere quam vt fra-
 tres nostros tam Ecclesiæ Dei vtilis & necessarios,
 summis fauoribus prosequerentur, vt omnes Chri-
 stianos ad eos honorandos, amandos, venerandos,
 sustentandos suo exemplo animarent & excitarent.
 Hinc tot priuilegiorû origo, quibus ab ordinariorû
 iurisdictione eximimur. Animaduertent enim eo-
 rum maxime seruandum esse honorê, qui fidelibus
 Dei verbum exponere habet, ne si eorum vita con-
 temptui esset, eorum quoque doctrina vilesceret.
 Quare prudenter sanxerunt vt si quæ essent inter re-
 ligiosos peccata per ordinum suorum prælaros cor-
 rigerentur, ne si palam & publice eos puniri aliorû
 more contingeret, infames apud eos redderentur,
 quibus erant prædicaturi. Quod magno certè impe-
 dimento foret ne eorum prædicatio optatos in Ec-
 clesia fructus afferret. Eadê ratione moti multas iis
 indulgentias concessere, qui fratrum nostrorû præ-
 dicationibus adessent, vel qui Ecclesias nostras re-
 ligionis ergo visitarent & diuinis per nos celebratis
 officiis interessent. Et cum animaduertent omnia
 nos propter Christum reliquisse, egere tamen victu
 ac vestitu, suis nos elemosynis iuuantes, vel hõspi-
 tio recipientes, vel quauis ratione nobis benefaci-
 entes, multis quoque donarunt indulgentiis, & pecca-
 torû remissionibus, vt in hoc videre priuilegiorum

P A R S Q V A R T A

nostri ordinis compendio est, quod recognitum & correctum, nunc prælo dari hac in vrbe fecimus, cū noua omnium nostri ordinis priuilegiorum confirmatione à Gregorio 13. Papa, qui nunc fœliciter ac summa cum prudentia Dei Ecclesiam regit, facta, qui omnia prædecessorum suorum priuilegia rari esse voluit nisi ea sola, quæ Concilij Tridentini decretis contraria essent, quæ certè paucissima comperiantur. Hæc autem ideò prælato dati fecimus, quod quosdam in nostra Gallia esse audirem, quos omnia nostra priuilegia reuocata esse falso prædicarent. Immò reperti sunt, qui eo audaciæ promouerunt vt ne summum quidem Pontificem audiendarum Christi fidelium confessionum, eosque absoluedi potestatem fratribus nostris concedere posse assererent. Quod docere hæresim esse à summis declaratum est pontificibus, vt in hoc priuilegiorum compendio reperire est. Hic liber cuique religioso nostri instituti necessarius est, non solum vt sciat quibus priuilegiis vti potest, sed etiam vt quousque illis vti illi liceat: addiscat Bullam carissimi Martini alpnicete, quia maximè necessarium est vt omnes sciant, à quibus casibus absolueri, vel absolueri pœnitentes possint. Nam cum casuum reseruandorum potestas diuinitus summis concessa sit pontificibus, qui de reseruatis ab eis casibus quam absolueri tentat, certè laterem (vt aiunt) lauat & pœnitentem decipit, quia quæ ab iis reseruata & ligata sunt in terris, absq; dubio in cœlis quoque ligata retentaque sunt. Nullum vult dicere pontifex confessionum audiendarum officium h

bere aut exercere, qui prius non fuerit receptus & approbatus ab Episcopo seu suo vicario & casus in dicta Bulla reseruos integrè & perfectè non scierit, ideo omnes dicta diligenter legat oportet, nisi voluerint suas & pœnitentium conscientias decipere. Et maximè in Galliis cauere debent, ne vel ipsi hæreticorum libros habeant, vel eos habentes & retinentes absoluere audeant, quandoquidem neque id facere sine speciali summi pontificis facultate possint. Multa hoc in libro religiosarum S. Claræ statuta atque priuilegia, item de Tertiariarum vel Tertiariarū priuilegijs viuēdiq̄ue ratione comperientur iis, qui eorum curam habent scitu maximè necessaria. Atque de his quidem hac Epistola admonitos vos volui, in qua fusius de nostri status excellentia disserui, quatenus præ manibus vnusquisque vestrum, quod status nostri detractoribus respondeat, haberet. Atque hic forsitan dicturus es reliquos grauius religiosos laturos esse, quod non etiam & in eorum laudes hac in Epistola excurrerim. Quibus responsum sit, quæ in genere de religiosis disserui ad mendicantes omnes pertinere quoque præter pauca quædam. Præterea me hic religionem nostram tantum propugnandam suscepisse, habere autem vnumquemque mendicantiū ordinē eloquentissimos viros, quibus scribendi in laudem suorum occasionem præreptam nolui. Dictum etiam & istud illis sit. Qui Paulum laudat, nō vituperat Petrum, & vnus laudes alterius vituperiū nō esse. Illud quoque forsitan mihi obieceris, nō patiēter audituros seculares christianos quod inutiles illos & perfectos dei seruos vocaueri. His respōdeo

P A R S Q V A R T A

veritatem doctrinæ Christi etiam cum aliorum scandalum constanter asserendam esse & cunctis ingerendam. Si qui ex hoc scandalum patiantur, ex me illud Christi audient. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum. Quod ad veros catholicos spectat, ipsi certe credent rem ita esse & se habere, & humiliter serui Dei inutiles esse confitebuntur, rationemque docent, qua & ipsi vtilis esse serui possunt. Id ex Diuo Paulo, diuoque Chrysofomo discere habent. Paulus enim in Epistola ad Timotheum ait, diuitibus huius seculi præcipe sublime non sapere, ne sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo vivo, qui præstat omnibus abundè ad fruendum, diuites esse in bonis operibus facillè communicare, tribuere, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendat bonam & veram vitam. Et alibi de eleemosynas pro pauperibus religiosis, qui Hierosolymis sub Apostolorum disciplina viuiebant, Corinthiis peteret consulebat illis eiusmodi eleemosynas libenter facerent, quatenus dictorum religiosorum abundantia eorum inopiam suppleret, & sic fieret æqualitas. Quibus verbis manifestè indicat Corinthios (qui diuites erant, & mundo non renunciarant cunctis diuitiis, vt & Hierosolymitani illi religiosi) inopes & pauperes apud Deum fuisse, alios autem diuites, in bonorum scilicet operum meritis, Corinthios autem diuites quoque quoad Deum effici posse, per eleemosynas dictorum religiosorum communicando meritis. Diuus Chrysofomus idem (pulchra admodum similitudine) docet. Ait enim. Quemadmodum (inquit) vltimis infructuosa ex se & inutilis arbor est: tamet

dum suis viribus vitem propè se plantatam vt fructum ferre possit, sustinet, utilis & fructuosa efficitur: ita inquit & seculares diuites, dum pauperes Dei seruos suis opibus sustentant & eleemolynis, vt in Dei vinea fructus ferre possint, efficiuntur & ipsi vtiles, fructuosique in Dei Ecclesia, neque vt infructuosa ficus, velut frustra terram occupantes, vt in ignem mittantur, abscinduntur. En quomodo & ipsi vtiles & fructuosi, Dei serui effici possint. Sed dicet forsitan aliquis quod hæc ego (quæstus gratia) doceam. Cui dictum sit, me Christi & Apostolorum doctrinam proponere, quæ qualicumque tandem causa proferatur, nunquam vera esse desinit. Quilibet autem pius doctrinæ & Apostolorum eius veritatem discere gestit, & auditam ambabus (quod aiunt vlnis) amplexatur, qui verò eam nostri odio acti recipere noluerint, eorum periculo sit. Veritas enim tandem omnia vincet & superabit. Quod vt quam citius fiat Deum Opt. Max. obnixius præcetur, quatenus in vna fide & charitate Ecclesiæ omnes vnanimiter viuentes, fidei quoque finem animarum nostrarum salutem reportare possimus. Amen.

QVoniam in cap. 22. sponendi versus finem apponere priuilegia spiritualia nostro ordini concessa vltra nolui differre promissum quin illa venirent in lucem quibus sana conscientia fratres minores vti possunt eo quod non contraueniant nostro statui (qui secundum sacra decreta Concilij Tridentini vna cum omnibus debet reformari) Quæ s. Synodus, ideo cassauit cætera priuilegia contraria reformationi, quæ confirmata fuere à

summis Pótificibus vt patebit inferius post præfens
compendium in Bullis fœlicis recordationis Pij.
& D. D. n. Greg. 13.

Caput primum.

2. **I**Mprimis Innocentius 4. Alex. 4. Benedictus
11. Martinus 5. vt patet in compendio priuile-
giorum titulo Abbas 5. par. 1. 2. 3. 4. & par. 14. titulo
apostatę, decreuerūt & præceperūt vt sub pœna ex-
com. ipso facto incurrendæ: ne prætextu quarum-
cunque litterarum à sede Apostolica generaliter
obtentarum seu obtinendarum quę de præsentibus
litteris non facerent mentionem plenam & ex-
pressam: non recipiant fratres professos ordinis
Minorum, cæteri ordines, dempto Cartusianorum
& hoc de licentia in scriptis superiorum prouincia-
lium seu generalis. vide sup. paragr. 24. titulo præ-
dicto.

Secundo sorores S. Clarę & tertij ordinis S. Fran-
cisci nil penitus possunt agere circa bona spiritua-
lia & temporalia nisi de licentia ministrorum prou-
incialium seu generalis ministri: scilicet abbatissę
eligere: nec deponere seu ministras: nisi maior pars
ad minus mediata conuenerit: nec aliquam ad re-
ligionem nec professionem: nec aliquem in capel-
lanum recipere, aut receptum retinere, seu recepti,
nisi de consensu prædictorum, nec abbatissa ultra
suum tempus potest retinere officium, nisi de licen-
tia superiorum prædictorum sub pœna excom. &
aliis pœnis ad arbitrium prædictorū: nec bona tem-
poralia alienare: vendere: commutare possunt, nisi
de consensu dictorum, & duarum patrium soro-

rum conuentuum seu domorum, nec etiam locare; vt patet in dicto cōpendio, titulo abbatissa, parag. 1. vsque ad 10.

3. Tertio concessum est generali ministro, & prouincialibus posse absoluere suos fratres qui incurrun excom. maiorem: nisi merito essent ad sedem Apostolicam destinandi propter casus siue excessus enormitatem: vtpote de hæresi notoria vide absol. ordinariam, parag. 1. 2.

4. Gardiani & cæteri prælati superiores habent iurisdictionem ordinariam super suos fratres: ipsosque ligare & soluere possunt iuxta statuta ordinis: vt patet in titulo absol. ordinaria, par. 3. & post, par. 27.

5. Generalis & prouinciales ministri eorumque vices gerentes possunt absoluere nouitios ab excōm. & cū illis dispensare de suspensione & irregularitate: etiam si post professionē se recoluerint talibus in seculo fuisse sentētiis innodatos: & hoc cum forma canonica: in quas tamen sententias pristinas relabuntur ipsi nouitij nisi perseuerauerint in ordine. vide vbi supra, parag. 4.

6. Generalis & singuli prouinciales ministri, & eorum vicarij ac etiam custodes in custodiis sibi cōmissis, fratribus ibidem constitutis necnō fratribus alijs eiusdem ordinis interdum ad eos declinātibz vndecumque absolute & dispēsatione indigentibus: siue ante ingressum religionis siue post in casibus excefferint: pro quibus excom. vel interdicti, aut suspensionis incurrerint sententias à iure vel à iudice generaliter promulgatas: valeant impartiri beneficium absolute & dispēsationis: ac similiter quod fratres quos generalis & prouinciales mi-

nistri & custodes elegerint in proprios confessores possint eis dicta impertiri. nisi adeo fuerit grauis & enormis excessus quod merito sint ad sedem Apostolicam destinandi: vide supra, in parag. 20. tituli prædicti, & inuenies casus Apostolicæ sedi reſeruatōs: etiam vide vbi supra, parag. 6.

7. Prælati regni castellæ possunt suos perpetuo donatos seu oblatos præſentes & futuros: & quoscunque pro tempore famulos ab omnibus & singulis casibus: præterquam sedi Apostolicæ destinatis: necnon ab omnibus singulis huiusmodi celsuris supradictis quas ex ignorantia vel inaduertentia incurrerint absoluere: eisque Eucharistiæ Sacramentum ac extremæ vnctionis: & alia Sacramenta ministrare toties quoties necessarium fuerit: & subditi de licentia prælatorum suorum possunt eadem ministrare illis, vt patet vbi supra, parag. 7.

8. Confessores Monialium seu fratres eiusdem ordinis ad hoc per prouincialem deputatus pro tempore: possunt absoluere sorores & earum seruitrices ab omnibus casibus: præterquam sanctæ sedi reſeruatōis quoties fuerit opportunum, & Sacramenta Ecclesiæ eis ministrare minime requisita diocesano- rum Episcoporum & cuiuscunque alterius licentia vide vbi supra, parag. 8.

9. Hic notandum est nos non posse vti supradictis gratiis: nisi generalis seu procurator curiæ aut commissarius transacta die Iouis cœnæ Domini. (Scilicet post promulgationem censurarum) obtineant facultatem absoluendi ab illis casibus se suosque fratres, Moniales: tertiarios vtriusque sexus oblatos famulos & domesticos.

10. In partibus Hispaniarum vbi à pontificibus max. datur bulla cruciare possunt fratres si ui omnibus gratiis & indulgentiis illius: dū intentione abutendi ea, non acceperint: Ideo vnusquisque videat qua de causa: siue quo spiritu illā susceperit: in hac materia legere poteris summistas necnon compendium priuilegiorum.

11. Alexander 6. qui fuit frater minor: declarauit & (quod magis est) decreuit quod Generalis: & prouinciales: ac Gardiani possint reseruare casus de occultis inter religiosos & quod absoluentes à talibus post huiusmodi reseruationem: nihil agunt, & incidunt in pœnam absoluentium à casibus non concessis taxatam pœnas absoluentium: casusque reseruatos dictis prælatis inuenies, in parag. dicti tituli. hæc in parag. 13. vbi supra.

12. Prælati fratrum non tenentur in scriptis proferre sententiã excom. in apostatas vt habetur in iure: nec etiam coguntur fratrem apostatã manu propria percutere, etiam si necessitas vrgeat ob grauitatem delicti: vide vbi supra, parag. 16. & 22.

13. Quum fratres fuerint extra conuentum: & habere non potuerint confessorẽ lociũ poterunt tunc confiteri cuilibet presbytero religioso teu seculari, & hoc dummodo fiat sine fraude & dicant prælato suo postea vide vbi supra, parag. 19. & magis dico quod tenentur ad hoc ad euadendũ scandalum seculariũ qui viderent fratrem celebrantẽ quotidie (maxime si per aliquos dies est extra conuentum vt sunt patres predicatorum ac terminarij) & nõ confiteri.

14. Cũ sæpe boni religiosi ex charitate vel prælatorum obedientia cogantur ad confessiones audian-

P A R S Q V A R T A

das : & sint multiplices & inexplicabiles sententia
 excom.in corpore iuris: quorum nonnulla etiam
 peritissimis ignoratur, quorum absolutio superior
 referuatur: si praedicti fratres inaduerteter incur-
 rint irregularitatem, conceditur illis vt possint per
 idoneos sacerdotes cofessores: auctoritate Aposto-
 lica absolui & dispensari cum oportuerit: nisi casuali
 & supina ignorantia censuram incurrerint, vel irre-
 gularitatem, vide parag. 2.

15. Gardiani caeterique fratres quibus prouincie
 les committunt auctoritatem absoluendi a casibus
 sibi referuatis committere huiusmodi auctoritatem
 non possunt aliis fratribus: sed oportet vt per semet-
 ipsos exercent id munus: nisi quando essent Com-
 missarij prouincialium cum potestatis plenitudine
 ratio huius est: quia secundum iura delegatus ad
 inferiore a principe non potest subdelegare: nisi
 sit delegatus ad vniuersitatem causarum: vel nisi
 hoc sibi specialiter concedatur: secundum Ioan-
 Andream per cap. 15. cui de officio delegatorum,
 libro 6.

16. Concessum est praelatis regni Castellae prouin-
 ciarum vt semel in vita suos fratres tam nouitios
 quam professos & oblatos, & per consequens fra-
 tres & sorores tertij ordinis necnon sanctae Clarae
 possint absolvere a quibuscunque peccatis, & vni-
 cum eis dispensare ab omni irregularitate quocun-
 que modo contracta etiam sanctae sedis referuata (be-
 gamiae, homicidij voluntarij, mutilationis membra-
 casibus duntaxat exceptis) & eos semel similiter ho-
 bilitare vt non promoti ad omnes sacros ordines &
 Missarum celebrationem promoueri possint: & ipi

promoti in eisdem ministrare valeāt etiam in mortis articulo dare eis possunt indulgentiam plenariā: hac conditione tamen, vt per vnum annum à tempore quo cōcessione huiusmodi gaudere voluerint singulis septimanis impedimēto cessante legitimo) semel, 7. psalmos pœnitētiales cum latania recitēt: & qui eos ignorauerint dicāt alias orationes ad arbitrium confessorum. vide absolutionem extraordinariam, parag. 2. 3. & 4.

17. Nota bene quod cōcessum est fratribus: sororibus: necnō donatis: seu ancillis: vt quater in anno de licentia prælatorum prouincialium possint se facere absolui ab omnibus suis peccatis qualitercūque commissis: ac similiter dispensari ab omnibus & singulis votis (exceptis essentialibus emisis in professione) quę solent emitti pro qualibet necessitate aut leuitate: & tantę virtutis est hęc absolutio ac si ab ipso summo Pōtifice daretur: & magis sanctitas sua vult, vt omnibus & singulis cōfessores dēt sanctam benedictionē nomine suę sanctitatis: hoc tamen cū forma sequenti: auctoritate tibi concessa, & mihi commissa ego te absoluo sic plenarie: & illi statui innocentię restituo quomodo sanctitas domini nostri faceret: si ipsemet in cōfessione tua peccata auscultaret: & eadem auctoritate Apostolica tibi sanctam benedictionem papalem impartior, in nomine Patris † & Filij † & Spiritus † sancti, Amen. Vide vbi supra, parag. 6.

18. Item concessum est supradictis vt in omnibus solemnitatibus: Domini sabaoth. Beatę Virginis Marię ac omnium sanctorum: sanctorum Apostolorū Petri & Pauli: sancti Seraphici patris Francisci:

P A R S Q V A R T A

Sanctæ Claræ atque per totam hebdomadam maiorem: possint in absolutionibus suarum confessionum plenarie absolui & pœnitentiâ salutarem recipere & hoc semper intelligendum est de licentiâ prælatorum quo ad fratres non autem sorores tamen non oportet uti forma ad libitum: Immo sequenti videlicet: auctoritate tibi concessa & mihi commissa ego te absoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis in quantum prædicta auctoritas se extendere potest vide supra, parag. 7. & 8.

19. Item concessum est fratribus & sororibus ceterisque gaudentibus nostris priuilegiis quod semel in quolibet anno (vltia alias indulgentias quas a Sede Apostolica habent) possint plenarie absolui & indulgentiam plenariam consequi in festo sanctæ Catharinæ virginis & martyris: hac tamen seruata forma sequenti: quæ differt ab omnibus supradictis: quæ est auctoritate tibi, & mihi commissa ego te absoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis in quantum possum, & valeo, & huiusmodi auctoritas se extendere potest: & concedo tibi indulgentiam plenariam omnium tuorum peccatorum: in nomine patris, &c. vide vbi supra, parag. 9.

20. Insuper circa prædictas absolutiones plenarias à Leone decimo concessas est aduertendum quod huiusmodi absolutiones non se extendunt ad censuras excommunicationum vel irregularitatum nec casuum reseruatorum Papæ: nec etiam ad pœnitentiam debitam in purgatorio pro peccatis: exceptis tantum 4. indeterminatis supra positis, in parag. 17. ac etiam excepta illa pro die sanctæ Catharinæ: quia ista habet expressam indulgentiam plenariam quæ refertur

ad p
fert
æqu
opi
21.
cess
fact
illa,
pro
ten
abs
22.
bus
& t
bus
sem
aud
iung
cess
eis i
trax
bri f
omn
iden
sequ
salu
cton
quo
pœn
omn
ris p
posi

ad pœnam vltra absolutionem plenariam, quæ refertur ad culpam: alia autem 4. habent verba quæ æquipollent indulgentiæ plenariæ. Vide vbi supra opinionem collectoris.

21. Vltimo notandum est quod circa omnes concessionem pro absolutionibus plenariis suprascriptis factas, melior & copiosior omnium ipsarum est illa, quam facit Sixtus 4. & habetur infra: ideo & tã pro ipsa quam pro alia quacumque quæ sub simili tenore concessa fuerit hic ponitur quædam forma absolutionis valde utilis & copiosa.

22. Sixtus 4. concessit omnibus fratribus minoribus de obseruantia necnon sanctæ Claræ sororibus & tertiariis vtriusque sexus & famulis & seruitoribus prædictorum omnium vt quilibet eorum possit semel eligere confessorẽ de huiusmodi familia: qui audita eius confessione pœnitentiam salutarem iniungendo: absoluat eos ab omnibus criminibus: excessibus & censuris Ecclesiasticis: & dispenset cum eis in omnibus irregularitatibus: si quas forte contraxerint (homicidio volũtario: & mutilatione mēbri semper exceptis) & ei remissionem plenariam omnium peccatorum impartiri valeat: & quod hoc idem possit in mortis articulo: seruãdo hãc formam sequentem: videlicet post iniunctam pœnitentiam salutarem pœnitenti dicat sacerdos confessor, auctoritate mihi tradita & ex officio meo: ac eo modo quo melius possum dispenso tecum super residuum pœnitentiæ si maior erat tibi imponēda: & volo vt omnia bona quæ feceris & mala quæ perpeſsus fueris propter Deũ sint meritoria: velut pœnitētia imposita ad remissionem pœnæ debitæ pro tuis pec-

PARS QUARTA

catis: pro quibus etiam satisfiat ex meritis passionis Christi & omnium sanctorum. & postea subiungat confessor misereatur tui: & indulgentiam, & dominus noster Iesus Christus qui est verus summus pontifex: & qui pro te natus & passus est: ipse te absoluat: & ego auctoritate ipsius & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius: & sanctæ Romanæ Ecclesiæ: ac potestate mihi commissa & tibi tradita concessa pro hac vice à Domino Papa cuius vice in hac parte gero: te absoluo ab omni sententia excommunicationis generalis vel specialis: à iure non ab homine promulgata: & ab alio quocunque vinculo excommunicationis: & dispenso tecum super quibuscunque irregularitatibus: ex quibuscunque causis eas contraxeris (homicidij voluntarij, & mutilationis membrorum: ac bigamia duntaxat exceptis) & in his, & in omnibus aliis quibus indigeas: restituoque te ad statum pristinum in quo eras antequam huiusmodi incurreres, & finaliter ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis plenarie, & concedo tibi indulgentiam plenariam omnium pœnarum in præsentia vita vel in purgatorio pro peccatis tuis debitam quantum possum & valeo, & auctoritas tibi concessa est, & mihi commissa se extendere potest. In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Sequitur absolutio quoad seculares.

Capitulum 2.

1. **P**Rimo notandum est nullum fratrum posse ad dire confessiones secularium nisi fuerit ad hoc deputatus per generalem ministrum: siue per cap-

tulum prouinciale : & postea vna cum licentia in scriptis se repræsentauerit Domino Episcopo diocesano: à quo habere debet auctoritatem suas oues audiendi. Concilium Tridentinū, & ideo sciant fratres qui audierint cōfessiones secularium teneri ad supradicta nisi voluerint incurrere peccatum mortale toties quoties id præsumperint facere : quare hæc diligenter notare siue animaduertere debent, si noluerint errare, & prouinciales ministri animaduertant se non posse prædicatores seu confessores instituere nisi in suis congregationibus capitularibus vna cum diffinitoribus, nisi essent cum plenitudine potestatis, vbi supra.

2. Fratres qui secundum Concilium tridentinum sunt approbati ab ordinario : seu secundum capitulū dudū, parag. statuimus extra de sepulturis in Clem. sunt præsentati, tanquam proprii sacerdotes habentur: & tanta auctoritate gaudent, quanta curati seu rectores parochiales : secundum ius ordinarium & ante Conciliū Tridentinū maiori potiebātur auctoritate: eo quod indifferenter poterant seculares absolueri ab omnibus casibus Episcopalibus: demptis solummodo 4. videlicet : de peccato pro quo est pœnitentia solemnisi in die cinerū imponenda: quia eius minister proprius est Episcopus. 2. de peccato pro quo quis est excom. 3. de incendiariis. 4. vbiunque inveniunt irregularitatem contractam: puta quia maritus qui cognouit sibi affinem: aut vxor: maritus efficitur affinis proprię vxorij, & econuerso: ideo est inhabilis ad perendum debitum vxori, seu ecōtrario: ex quo patet quod casus Episcopales sunt duplices in absoluēdo & dispēlando : & ideo si quis

frater habuerit auctoritatem absoluendi à casibus
 Episcopi: non tamen sequitur eum habere auctori-
 tatē dispensandi vt verbi gratia cū sacerdote qui ce-
 lebrauit excō. & de cōmutatione votorū, de disper-
 satione cū iuramentis & huiusmodi. & finaliter nō
 quam debent absoluere à casibus in quibus lata est
 sententia, nec de homicidio nec finaliter de casibus
 reseruatis dominis Episcopis, & si hoc attentauerint
 facere peccāt mortaliter & nulla est absolutio ergo
 pœnitentē qui sciuerit confessorē suū non posse ac-
 potuisse eū absoluere. vide alpicuetā in hac materia.

3. Clem. 4. concessit vt quando Episcopi vel alij
 Ecclesiarum prælati dederint fratribus minoribus
 facultatem audiendi confessions subditorum suo-
 rum & vota commutandi: seu in irregularitatibus
 contradictis dispensandi, possint prædicti fratres
 ea auctoritate libere etiam Episcopo decedēte do-
 nec prouisum fuerit de pastore, vide ca. supradictā.
 parag. 2. & Eugenius 4. declarauit & cōcessit quod
 quando fratres semel se præsentauerint Episcopo
 & obtinuerint casus suos: licet alibi postea ad habi-
 tandū se transferant ad tempus: & postea reuertan-
 tur ad easdem dioceses: nō sit eis necessariū iterum
 se præsentare Episcopis eisdem, vel casus de nouo
 obtinere: & idē summus pontifex declarauit, quod
 quādo quis se repererit tempore Paschali in aliena
 diocesi: semper ibi intelligitur adeptus incolatam
 vt ibi confiteri & cōmunicare valeat: quantum con-
 que ibi paruo tempore steterit, vide vbi sup. par. 3.
 4. & 5. & etiam dum fratres confessores sunt in itin-
 nere, & requiruntur possunt audire confessions
 sicut parochiani. Sixtus 4. parag. 10. vbi supra.

4.
 rint
 cio
 Epi
 ecc
 etor
 rum
 ses a
 loc
 put
 fata
 firm
 8.9.
 ab E
 si, vi
 5. S
 liere
 rant
 dam
 que
 nefic
 quib
 uert
 foro
 lutio
 6.
 fessi
 doti
 conf
 men
 supe
 hic d

4. Idem Eugenius 4. cōcessit quod vbiunque fuerint fratres et si Episcopi sint simoniaci etiam in officio & beneficio . possint vti suis casibus , ac si tales Episcopi non essent suspensi, ex quo tolerantur ab eccle. & Nicola. 5. concessit fratribus minoribus auctoritatem audiendi in confessionibus omnes quarumcunque diocesum & in illis extraneos ac forenses absoluendi eos, etiam à casibus quos diocesani locorū possunt in quibus fratres ad hoc fuerint deputati: duxerint committendos: & Sixtus 4. bis præfatam cōcessit gratiam, & Leo 10. etiā hoc idem cōfirmavit & de nouo concessit: vide vbi sup. par. 6. 7. 8. 9. tamen intellige vt edo ea auctoritate quā habet ab Episcopo in cuius diocesi existunt & sunt admisi, vide compendium vbi supra, para. 9.

5. Sixtus 4. concessit quod omnes tam viri quā mulieres intrātes cenobia S. Clare ac S. Dominici ignoranter & sine dolo seu qui non maliciose sed ex quadam leuitate aliàs curiositate nec non quarumcunque aliarum religiosarum: possint absolutionis beneficium accipere à confessoribus monialiū S. Clare quibus committit suam auctoritatem: sed animaduertant fratres non teneri obseruationi formæ (in foro conscientie) quæ obseruatur in publicis absolutionibus, vide su. pa. 10. & 9.

6. Bened. 11. statuit declarauitque quod fideles cōfessi fratribus non teneantur eadem peccata sacerdotibus parochialibus confiteri & sacerdotes (ipsis confessis & absolutis) alstricti sint ministrare sacramenta Eucharistiæ, & extremæ vnctionis. & quod super confessione facta fratribus memoratis (cum hic de confitentis solius præiudicio si falsum dicat

P A R S Q V A R T A

agatur) in iudicio animæ : seu pœnitentialem foro
 tur simplici verbo illius qui sacramenta prædica-
 petit, & dicit fratribus prædictis se confessum. In
 hoc duobus casibus exceptis, scilicet si sacerdos asserit
 rat illum esse excommunicatum aut notoriè peccato-
 re, vide cap. confessiones & confessores, pa-
 rag. 2.

7. Greg. 9. concessit fratribus euntibus ad partes
 infidelium seu ibidem existentibus vt in terris illis
 sit eis licitum communicare cum excommunicatis
 in his quæ ad salutem animarum pertinent: quibus
 etiam (dummodo sint Latini & Apostolicæ sedi obe-
 diant) fratres prædicti qui fuerint præbyteri vel
 congrua satisfactione præmissa (secundum formam
 Ecclesiæ) absolutionis beneficium impartiri, &
 hæc gratia non solum se extendit ad prædictos, sed
 etiam ad eos qui lapsi sunt in scismate seu hæresi
 vel apostasia dum modo voluerint ad obedientiam
 Ecclesiæ Romanæ redire. vide vbi supra, pa-
 rag. 8. 9.

8. Alexander 4. Clem. 4. Ioan. 22. Calistus 3.
 clarauerunt pœnitentes confessos fratribus super
 etis non teneri iterato eadem peccata proprio
 cerdoti seu rectori parochiali confiteri. & Sixtus
 dat inquisitoribus hæreticæ prauitatis punitores
 illos qui asserunt Christianos seculares iterum
 bere confiteri suis curatis. vide circa absolutionem
 materiam, par. 1. 2. 3. 4. 5.

Sequuntur alia priuilegia non parua utilitati.

Capitulum 3.

1. **P**rimo Sixtus 4. concessit eisdem fratribus vt non solum in oratoriis & locis quibus degūt, sed etiam in quouis alio loco congruenti, & honesto possint super altari portatili Missas celebrare licite & libere. vide altare, parag. 3.

2. Greg. 9. concessit quod fratres minores presbyteri in terris infidelium existentes possint vestes sacerdotales altaris: pallia & corporalia (cum necesse eis fuerit) benedicere vbi Catholicorum episcoporum copia non habetur titulo benedi. parag. 1. vide.

3. Fratres tam generalis quam prouinciales ac Gardiani regularis obseruantiae possunt per concessionem Sixti 4. & Leonis 10. dū sint sacerdotes: benedicere paramenta ecclesiastica altaris: ac sacerdotum alia indumenta: & Missale & cætera alia præter corporalia: & hoc solum pro suis conuentibus non autem pro aliis Ecclesiasticis vt bene dicit Martinus ab alicueta in suo manuali. Ideo vere abutuntur Gardiani seu alij fratres: hac concessione quando pro secularibus præbyteris benedicunt ornamenta Ecclesiastica: & idem de ministris prouincialibus est intelligendum, quando benedicunt corporalia pro prædictis: idcirco de cætero animaduertant.

4. Iulius 2. concessit generali ac prouincialibus, vt possint reconciliare suas Ecclesias sanguinis siue feminis effusione siue alias quomodocumque pollutas: quoties opus fuerit: aqua tamen prius per aliquem Catholicum antistitem (vt moris est) benedicta, & si Episcopus per duas dietas adire non potuerit: patres prælati supradicti poterunt aquam bene-

"P A R S Q V A R T A

dictam conficere & custodes, & Gardiani affluant
eadem auctoritate, vide vbi supra, parag. 12.

5. Si attente perlegeris capitulum de apostatis, inuenies quomodo possint praelati ordinis promulgare sententiam non solum in apostatas: sed etiam in retinentes eos, siue sint clauici, seu clerici, necnon inuenies concessum à Clem. 4. praelatis ordinis licet generali & prouincialibus seu eorum vices gerentibus: vt possint apostatas ordinis excom. capere & ligare seu incarcerare & aliàs subdere rigori disciplinae tam per seipsos quam per alios, & hoc in quocumque habitu eos contigerit reperiri: inuocato autem hoc si opusest auxilio brachij secularis, etiam si in apostata inuenirentur in curia Romana, & fuissent eiectione ab ordine pro suis demeritis. Vel qui egressi fuerint proprio suo motu: non possunt praedicare confessiones audire: seu docere: nisi ad alium ordinem in quo licite exercentur huiusmodi officia transierint: cum licentia superiorum ordinis: & quod forte contra huiusmodi inhibitionem aliquid super praemissis temere attentare praesumpserint minime & custodes ac eorum vicarij necnon Gardiani possunt promulgare sententiam excomm. in illos qui infra fines suarum prouinciarum repererint, tametsi monitione praemissa: & hoc auctoritate Apostolica.

6. Innocentius 8. & Sixtus 4. statuerunt quod quocumque frater minor regularis obseruantiae, qui obsequioque licentia generalis vel prouincialis sui praesumpserit recedere ab eorum obedientia, seu apostata ipso facto excom. sententia, ligatus sit: quae tamen sententia, non comprehendit fratres, qui zelo suae professionis petunt Capuc. quia habent indulgentiam

Apostolicum hac in materia à Cle. 7. datum, sed videant siue caueant sibi ne sit eorum transitus ob leuitatem seu tristitiam.

7. Fratres possunt baptizare paganos & Sarracenos illos, qui ad fidem (sua industria) volunt conuertere semitas de cætero suas: & hoc dum fratres existent in terris infidelium: etiam in extrema necessitate possunt dare sacramentum baptismatis, dummodo non adsit alius sacerdos: etiam in præsentia virorum secularium. vide c. bap. pa. 1. & 2. & in finem vsque 8. Alex. 6. concessit, quod de bonis male acquisitis & in certis relictis, possint fratres minores recipere quæcunque eis data fuerint, etiam concessit vniuersis exequutoribus testamentorum vt de male ablatiis & illicite acquisitis quæ testatores nescientes quibus talium restitutio fieri debeat: necnon de his quæ iidem testatores indistincte non expressis personis vel locis eorundem testamentorum exequutoribus arbitrio: in pios vsus eroganda commiserint: possint indigentis fratrum minorum prouidere non obstante cõtradictione prælati, Ecclesiastici & aliquorum aliorum: & Cle. 4. concessit vt quando assument habitum fratrum minorum fuerint obligati ad restitutionem aliquorum bonorum diuersis personis quæ sciri & inueniri non possunt: ministri & custodes & eorum vicarij singuli in locis sibi commissis bona huiusmodi in pios vsus conuertere posse prout secundum Deum viderint expedire. vide cap. bona, paragra. 1. 2. 3. 4.

9. Clem. 4. concessit fratribus vt cum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt possint tam omnem ædificiorum materiam locorum quæ dimitunt (de-

dicatis Eccle. dumtaxat exceptis) quam libros: calices: paramenta: secum ad alia loca transferre; ac edificia ipsa cum solo & aliis ad eadem loca pertinentiis (præter Eccl.) per personas ad hoc à sede Apostolica deputatas vendere ipsorumque præciū in alios locorum ad quæ dicti fratres se transferunt ædificationē: seu alias in eorum vtilitatē cōvertere secundum quod eis melius videbitur expedire. vbi sup. par. 5. 10. Sixtus 4. statuit vt si cōrigerit monasteria montium S. Clare monialibus destitui: adeo vt de illorum reformatione spes nulla supersit: illa quæ sic destituta existunt & destitui contigerit in futurum, cum eorum bonis omnibus perpetuis vsibus fratrum domus dicti ordinis eisdem destitutis monasteriis propinquioribus applicentur, ita vt fratres ipsi possint de illis & eorundem monasteriorum structuris & edificiis pro eorum vtilitate disponere, prouiso tamen quod illorum Ecclesiæ & oratoria ad prophanum vsus nō redigantur, sed in illis quandoque diuina celebrentur officia, vide vbi supra. para. 6.

II. Iul. 2. concessit ministro gene. posse applicare bona monialium S. Clare nolentium reformari, monasteriis ordinis minorum, saltem cōuentibus quorum Papa præcepit omnibus Christi fidelibus vt nemo ipsorum bona ordinis occupare vel damnificare audeat: & quod si contrarium facient admoniti à fratribus prædicti ordinis non restituerint omnia integre: aut vexare destiterint infra tridui spacium excommunicationis sententiam incurrant: à qua nisi per summum pontificem absolui possint, vbi sup. parag. 10. Leo 10. concessit vt quodocunque acciderit

quod fratres minores extra obedientiam euagantes fuerint capti, aut sponte redierint ad ordinem qui aliqua bona habuerint quæ tempore apostasiæ diuersis viis acquisierint, possint prælati ordinis & alij fratres quibus ipsi commiserint accipere talia bona & ea exigere à quibuscunque personis ea detinētibus: & illis uti si talia sint quorum vsum liceat fratribus habere: vel si huiusmodi nō sint quibus in propria specie fratribus uti non liceat, ut sunt pecunia: vestes seculares & similia: quod fiat de talibus rebus: sicut fieri mandatur in declarationibus suæ regulæ de similibus quando sibi ab aliquibus dantur vel in testamentis legantur: & concessit quod si oportuerit huiusmodi bona in iudicio petere: possit hoc facere procurator seu syndicus ordini deputatus auctoritate sedis Apostolicæ: vel alius amicus spiritualis fratrum, qui ab aliquo prælato ordinis ad hoc fuerit nominatus, vide bona vbi sup. parag. 12.

13. Sixtus 4. & Nicolaus 5. exemptos fecerunt fratres à solutione cuiuscunque canonicæ portionis: etiam à retributione oblationum funeralium similiter de his quæ absolute eis legantur aut quomodo-cunque largiuntur, non obstante Clem. dudum de sepulturis: & aliis quibuscunque incontrarium facientibus & cum decreto irritanti, cap. cano. port. parag. 8. & Alex. 6. eos exempti à solutione quartæ debitæ locorum ordinariis seu rectoribus, & Iulius 2. concessit ut de hortis & virgultis, & aliis quibuscunque bonis eiusdem ordinis domibus, & earum Ecclesiis soluere minime teneantur, vbi vide sup. parag. 9. 10. 11. 12.

1. **C**lemens 4. prohibuit ne quis in Ecclesiis fra-
trum minorum, Missarum solemnias vel pro-
animabus eorum qui ad loca eorum tumultandi fe-
runtur ibidem exequias celebrare sine eorūdem as-
sensu & voluntate præsumat, loco dicto. para. 2.

Sixtus quartus concessit quod fratres minores de
obser. causa necessitatis possint ante & post horam
statutam ab Ecclesia celebrare: & Innocen. 8. idem
concessit: ita vt non solum in oratorijs & locis qui-
bus degunt: sed etiam in quouis loco honesto pos-
sint super altari portatili, missas libere & licite ce-
lebrare, & hoc dato quod non videantur loca inho-
nesta: quia in cameris dormiunt coniugati & in pla-
teis sunt multa prophana. Alex. 6. vbi l. par. 9. & ab
8. ad 4. vsque.

2. Alex. 4. concessit vna cum Innocen. 6. & Clem.
4. quod si quando in personas vel terras vbi resident
fratres: excō. seu interdicti sentētia contigerit pro-
mulgari famuli seu procuratores fratrum iurati pos-
sint interesse diuinis officijs cum prædictis fratribus
& sacramenta recipere libere valeant & ipsos cum
decesserint in suis cemeterijs sepelire: dummodo ipsi
non dederint causam interdicto: nec sint specialiter
interdicti. & Sixtus 4. concessit quod fratres & for-
res 3. ordinis sancti Francisci ac suos & illorū pro-
curatores ac similiter sanctæ Claræ negotia geren-
tes vtriusque sexus possint gaudere supradictis. vi-
de interdicta para. 1. vsque ad 7.

3. Leo 10. concessit fratribus minoribus obser-

uan
tare
bor
tinu
vbi
So
rale
citu
ticu
supr
in c
cles
toti
lio p
lare
nes
nis a
telli
nota
fed h
tis v
tunc
min
ac fi
etian
fula
ligio
vale
& po
poss
fratr
sunt

uantie quod tempore interdicti non teneantur eu-
tare laborantes in suis domibus: diebus quibus la-
borant etiam si non sint familiares & seruitores cō-
tinui commēsales fratrum & eis soluatur salarium?
vbi supra paragr. 8.

Sciendum est quod duplex est interdictum gene-
rale & peculiare: generale vero est quando interdi-
citur regnum diocesis: ciuitas: oppidum seu rus, par-
ticulare autem est quādo non interdicitur aliquod
supradictorum sed solum eccles. aut aliquid aliud
in ciuitate seu loco etiam si interdīcatur omnes ec-
cles. ciuitatis diocesis prouinciæ aut regni ac etiam
totius mundi: quia ex quo extra illos in quolibet a-
lio potest celebrari censetur interdictum particu-
lare. Ideo notādum & mente tenendum quod om-
nes constitutiones seu concessionēs iuris commu-
nis ac etiam priuilegiorum particularium factæ: in-
telliguntur de huiusmodi generali interdicto: etiam
notandum est quod quando non interdicitur locus
sed homines, videlicet communitas alicuius ciuita-
tis vel oppidi: aut homines siue populus talis loci
tunc cum loca nō sint interdicta eiectis talibus ho-
minibus interdictis celebrari poterit ianuis apertis
ac si non esset interdictum. Item notādum est quod
etiam si apponeretur interdictū cum sequenti clau-
sula non obstantibus priuilegiis quibuscunque re-
ligionis prohibemus quod nulla sacramenta eccles.
valeant ministrari exceptis baptisate paruulorum
& pœnitentia morientium: & quod nullū officium
possit dici: nihilominus omnia supradicta possunt
fratres facere exclusis omnibus personis quæ non
sunt de ordine nostro: nisi de huiusmodi indulgētia

fieret expressa mentio: & demptis semper prædictis personis: nisi nos aut præfati dedissemus causâ inter dicto: tamen in festiuitatibus conceptionis beate Mariæ virginis & ordinis nostri sanctorum publicè ac solenniter possumus diuina officia celebrare nisi id nobis fuerit specialiter prohibitum: quod est intelligendum etiam per eorum octauas. vide interdictum paragr. 8. ad finem vsque ad finem vsque totius tituli & concep. virginis paragr. 10.

5. Sixtus 4. Innocentius 8. Iulius 2. & finaliter Leo decimus proprio motu concesserunt mutuan communicationem priuilegiorum omnium medicantium prædictis fratribus & sororibus, ita quod quæ sunt vni, sunt & alteri. vide capitulum communicationis à principio ad finem vsque.

6. Calixtus 3. concessit quod fratres minores laici possint tangere calices & corporalia: eaque lauari vna cum aliis ornamentis eccles. cum expediere. Sixtus 4. concessit omnibus monialibus S. Claræ & sororibus tertij ordinis curæ fratrum minorum commissis quod possint tangere & lauare sacros panos modo prius corporalia & purificatoria sint locati fratribus. & hæc concessio intelligitur solum de sororibus quæ vitam degunt in cõgregatione & clausura: vide corporalia & ornamenta, in paragr. 1. & 2.

7. Clem. 4. cõcessit fratribus minoribus vt de hereticis & virgultis suis nulli deci. teneatur exhibere: & districte inhiuit nequis ab eis de præmissis aliqui exigere vel extorquere valeat seu præsumat. & Eugen. 4. Bonif. 8. Sixtus 4. idẽ cõcesserunt monialibus nostris tã S. Claræ quã 3. ordinis: & Leo 10. vna cum dictis eas exemit à solutione decimarum seu tã

vel
eiu
pes
alio
con
uis
pel
feru
cur
sol
per
co
lig
tul
8.
scr
nib
con
cui
6.
ad
par
9.
trib
lar
Ap
fide
bus
ter
cre
sec
10.

vel collectæ aut exactionis per sedē Apostolicā vel eius legatos seu nuntios: aliās per reges seu principes aut quauis auctoritate fungentes quosunque alios, etiam si sit pro fidei tuitione seu expeditione contra infideles: vel recuperatione terræ S. aut quauis alia vrgentissima causa impositæ, ita quod compelli aut cogi nequeant: & hoc voluit districtè obseruari subpœna excom. quam contra facientes incurrant & à qua nisi per Romanum pontificem absolui possint ac decreuit inane & irritum si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel contingerit ignoranter attentari, & hoc idem intelligitur de gabellis, pedagiis & teloneis, vt patet in titulo decimæ: vide totum.

8. Leo 10. concessit quod fratres qui sunt nimis scrupulosi (qui iam raro inueniuntur) possint in omnibusdubiis suam conscientiam tangentibus secunda conscientia stare determinationi sui Gardiani vel cuiuscunque alterius prælati titulo declarare, para.

6. quod est intelligendum de illis probis gardianis ad nostrum statum bene affectis, vide gardianus, paragr. 5.

9. Gregorius 9. & Nicolaus 4. concesserunt fratribus minoribus vt possint dispensare: cum irregularibus in illis casibus in quibus solent legati sedis Apostolicę dispensare: existentibus verò in terris infidelium, ac etiam cum Clericis illarum partiū patiētibz defectum natalium: dummodo nō sint de adulterio vel incestu aut de regularibus nati siue procreati. Vide dispensationem paragrapho primo & secundo.

10. Clemens 4. voluit quod illi qui ausu temera-

P A R S Q V A R T A

rio præsumperint infringere loca seu Ecclesias fratrum aut in illis damnabilem violentiam exercere: ipso facto sententiam excom. incurrant: à qua non possint absolui nisi per sedem Apostolicam: seu per conseruatores ordini deputatos, vide titulum ecclesie fratrum, paragr. 3.

11. Leo 10. statuit quod fratres ab alieno Episcopo consecrationem Ecclesie vel altaris aut ceterorum benedictionem petere nequeant: nec in Ecclesia per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum Episcopum poni facere: nisi ubi ordinarius bis aut ter cum debitis reuerentia & instantia requisitus sine legitima causa id recusauerit. vide ibi sup. paragr. 7.

13. Clem. 4. prohibuit fratribus aliorum ordinum in paupertate fundatorum tam mulierum quam uirorum ne aliquod monasterium seu Ecclesiam aut oratorium edificare seu construere præsumant infra spatium trecentarum cannarum ab Ecclesiis fratrum minorum mensurandarum per aerem: ubi alias etiam recte mensurandi ratio loci non permittit & quantumlibet istarum cannarum uoluit 8. palmarum longitudinem continere, non obstante varia locorum consuetudine siue priuilegiis à sede apostolica sub quacunque forma concessis seu etiam concedendis exinde præsentibus specialem & expressam non fecerit mentionem. vide ædificare, paragr. 1.

14. Sixtus 4. concessit generali fratrum minorum obseruantie licentiam & facultatem ea loca que fratribus suis minus commoda esse cognouerit demittendi in manibus ordinariorum locorum: & illis licite deferendi prout ei uisum fuerit expedire: &

per quo eiusdem generalis conscientiam onerat & hoc voluit nonobstante constitutione Bonifacij 8. & aliis Apostolicis constitutionibus cæterisque cõtrariis quibuscunque. vide ædificare, paragr. 7. & Iulius 2. concessit fratribus minoribus vt quando requisiti fuerint à quodam domino, duce, seu comite, aut marchione, vt aliquam domum pro vsu & habitatione fratrum perpetuis cum licentia generalis dicti ordinis ædificent: valeant & possint eam recipere vbi sup. §. 9. & Iulius idem statuit quod fratres minores qui in vnam prouinciam secūdum morem dicti ordinis viuunt, nequeunt edificare domos seu edificatas recipere in alia prouincia sine licentia generalis ministri, vbi sup. paragr. 11. 12. & Leo 10. concessit quod ministri prouinciales possint loca minus commoda tenere sine fratribus illa inhabitantibus: ita tamen quod aliquando ea visitent cum tempus opportunum fuerit & in eorum eccles. aliquando celebrent vbi sup. paragr. 14. 15. Alexand. 6. concessit facultatem generalibus ordinis minorum vt per semetipfos duntaxat & prouincialibus vt per eos cum consensu maioris partis c. prouinciales fratres dicti ordinis quos incorrigibiles repererint habitu expoliare valeant & ab ordine eiicere: & Leo 10. concessit supradictis posse etiam professos eiicere qui grauissimis & scandalosis delictis notati & diffamati fuerint quæ fraudulenter & dolose in eorum receptione & professionis emissionem tacuerūt mentione super his per prædictos prælatos præmissa. vide titulum eiicere. paragr. 7.

1. **C**lemens 4. concessit fratribus minoribus in terris excommunicatorum possint libere commorari & ab eis tunc & quando per huiusmodi terras ipsos transire contigerit necessaria vitæ deponere ac recipere videretur, paragr. 4.
2. Sixtus 4. voluit quod ordinarij seu quicumque alij prohibentes ne fratribus eleemosynæ fieri ipsi facto sint excommunicati, & quod contra tales possint protectores ordinum mendicantium & auditor camerae Apostolicæ ac inquisitores hæreticæ pravitatis sicut contra hæreticos procedere. vide vbi supra paragr. octavo nono. & duodecimo à Leone 10. conditum.
3. Fratres qui assumpti fuerint ad dignitatem Episcopalem submota qualibet dilatione, tenentur liberos & alia quæ ipsos promotionis suæ tempore habuisse seu habere constiterit resignare generali vel provincialibus ministris, nisi forsan prædicti Prælati ordinis usum huiusmodi rerum ad tempus concesserint de gratia speciali. vide Episcopi, paragr. 2.
4. Eugenius 4. concessit fratribus quod non teneantur euitare excommunicatos nisi nominatim sint à iudice denunciati & euitentur à Clero & populo: aut quando in communi euitantur: & quod eadem sit de interdicto & de obseruatione cuiuslibet censure Ecclesiasticæ. vide excom. paragr. 4.
5. Calixtus 3. statuit & ordinauit quod nullus fratrum beneficia secularia seu etiam regularia quocumque modo in titulum vel commedam pro tempore ha-

bentium possint capitulis generalibus vel prouincialibus aut congregationibus seu negotiis vel officiis aut aliis administrationibus ordinis (nisi generalis pro tempore consensu interueniente) quomodo admitti sub excommunicationis pœna quam admissi & admittentes incurrant ipso facto vide exempti, paragr. 3.

6. Iulius 3. commisit vniuersis prælatis & aliis personis in dignitate ecclesiastica constitutis vt requisiti à prælatis ordinis & commissariis Romanæ curiæ aut aliis fratribus ad hoc per eosdem deputatis examinent litteras Apostolicas quas fratres dicti ordinis super exemptionibus & habitus mutationibus & dimissionibus & aliis extorsionibus impetratas repererint: & quod causas per eosdem fratres in illis allegatas diiudicent: & si veras eas non repererint reuocent & annullēt ac eisdem fratribus minime suffragari debere declarant, & Leo 10. statuit quod nullus frater minor obtinere possit aliquam exemptionem aut indultum Apostolicum sub quavis forma expressionēque verborum nisi generalium commissariorum (seu generalis) in Romana curia existentium ad hoc expressus accedat assensus. vide vbi supra paragr. 7. 8. 9.

7. Nicol. 4. concessit totalem ordini exemptionem decernens ordinem prædictum & fratres eiusdem immediate sedi Apostolicæ subiacere ac Ecclesias & oratoria, domos: loca, libros: utensilia: & alia mobilia & immobilia quorum vsum habent fratres prædicti in ius & proprietatem sedis Apostolicæ suscipit, vide exemptio, para. 10. & idem est de sororibus nostri ordinis: & Bened. 11. exemit ordinem fratrum

simili modo addens quod nec etiam possint coram ordinariis vel aliis Prælatiis Ecclesiasticis conuenti seu quomodolibet molestari etiam ratione delicti commissi vel initi contractus aut rei sitæ vel possessionis seu existentis extra loca eorundem fratrum exempta: quod est intelligendum nunc vt decreuit concilium Tridentinum & Nicolaus 5. præcipit sub excommunicationis pœna ne in contrarium præsumpserint quicquam attentare vbi sup. parag. 18. vide totum titulum.

8. Clemens 4. concessit fratribus vt his qui in eorum obsequiis morantur cuncta libere ministrare possint Ecclesiastica sacramenta: & ipsos cum decesserint in suis cemeteriis sepelire & Sixtus 4. concessit illis indulgentiam plenariam in morte ac bonum mel in vita de reueruatis: & hoc idem intellige de illis qui inseruiunt fororibus sanctæ Clare & regularis ordinis vide sup. paragr. 6. in titulo familiares.

9. Urbanus quintus concessit generali ministro posse dare de toto ordine suffragia indulgentiarum & orationum ac beneficiorum spiritualium quibuscunque personis deuotis & benefactoribus ordinis nostri & prouinciabus ministris de sua prouincia vide indul. Eugenius 4. concessit generali ministro posse tollere à conuentibus sibi subiectis superflua ac in aliis conuentibus reponere aut commutare vide generalis minister, paragr. 5.

10. Leo concessit quod generalis minister possit visitare & corrigere moniales seu sorores qualescunque per prouinciales vel visitatores solitæ sunt visitari præcipiens monialibus & fororibus huiusmodi in virtute S. obedientiæ ac sub excommunicationis late factæ

latae sententiae poena quatenus praefato generali pro tempore humiliter obediant, & ipsum ad visitationis officium admittant seque & earum domos ac monasteria & loca visitari in c. & in membris & corrigi ac puniri libere permittant. vide vbi supra paragr. 23.

*Sequuntur indulgentiae plenariae quoad fratres
& non plenariae. Caput 6.*

1. **P**rimo est indulgentia plenaria in articulo mortis: & quod si occurrerit casus quod non possint eligere seu habere confessorem: tunc etiam indulgentia plenaria, si sint in statu gratiae. vide paragr. 1. indulgentiarum.
2. In susceptione habitus cuiuslibet trium ordinum sancti patris Francisci est etiam indulgentia plenaria & similiter in die obitus. vide, paragraphum secundum.
3. Fratres celebrantes in diebus dominicis & solemnitatibus domini & beatae Mariae & sanctorum nostri ordinis habeant indulgentiam plenariam ac etiam fratres non sacerdotes communicantes: & sorores toties quoties communicant consequuntur dictam indulgentiam. vide vbi supra, paragrapho 5. & 6. & 10.
4. Toties quoties fratres & sorores dixerint coronam beatę virginis lucentur indulgentiam plenariam, quę continet 73. Ave Maria & 8. Pater noster & idem consequuntur recitando coronam domini quę continet 33. Pater noster: in memoriam suorum annorum. vide paragraphum septimum &

octauum nonumque.

5. Fratres infirmi ac senes constituti dicendo vnum psalmum vel hymnum virginis seu domini nostri lucrentur prædictas indulgentias concessas coronæ domini & matris suæ: quia huiusmodi personæ non possunt tot dicere, paragr. 13.

6. Fratres & sorores qui recitauerint 7. psalmos cum lætania: vel quinquies Pater noster: & Ave Maria: ante sacramentum altaris & coronam vnam beatæ virginis pro sanctitate Leonis decimi concedentis possunt liberare animam vnam à purgatorio: & hoc solum in sabbato ramis palmarum ac in festo sancti Ioannis ante portam latinam loco dicto paragr. 14.

7. Toties quoties fratres & sorores recitauerint septem psalmos pœnitentiales cum lætania vel canticum graduum seu officium defunctorum pro viuis seu pro defunctis consequuntur indulgentiam plenariam, hæc Leo 10. paragr. 16.

8. Idem concessit quod omnes visitatores fratrum aut sororum S. Claræ aut tertiariarum in congregatione viuentium, habeant facultatem concedendi (tempore visitationis) visitatis indulgentiam plenariam. vbi supra paragr. 17.

9. Idem Leo concessit quod toties quoties fratres dixerint missam de conceptione, ac orare intenderint pro sua sanctitate & vniuersali Ecclesia, haberent indulgentiam plenariam, paragr. 18.

10. Idem Leo 10. declarauit & concessit fratribus & sororibusque, vt indulgentias quæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices, possint prædicti omnes huiusmodi indulgentias promereri

dicendo quinque Pater & Aue , pro fœlici statu
Papæ & sanctæ Romanæ Ecclesiæ. vinde indulgen-
tiam non plenariam quoad fratres parag. 14.

11. Fratres persoluentes diuinum officium per librū,
consequuntur remissionem tertiæ partis suorū pec-
catorum commissorum in illa die. vbi sup. parag. 9.

12. Omnes indulgentiæ quæ sunt concessæ pro vi-
uis, possunt & applicari defunctis recitando quæ
iubentur. vide vbi supra, parag. 7.

13. Omnes fratres & seculares qui dixerint quin-
decim Pater noster & Aue Maria totidem pro exi-
stentibus in peccato mortali in qualibet vice con-
sequuntur remissionem tertiæ partis suorum pecca-
torum, cum hoc opus sit maximæ charitatis, hæc
Leo 10. vbi supra parag. 8.

14. Idem Leo concessit quod fratres trium ordi-
num sancti Francisci dicentes semel Pater noster, &
Aue Maria & ter nomen Iesus post, & semel in die
lucrentur tria milia annorum de indulgentia.

15. Pius 2. & Leo 10. concesserunt fratribus & so-
roribus dicentibus septem psalmos pœnitentiales
cum lataniis, seu viginti Pater noster, & totidem
Aue Maria, si nescierint legere omnes indulgentias
quæ sunt concessæ in Ecclesiis almæ vrbis, & hoc ea
lege quod recitent dictas præces coram titulis se-
ptem assignatis à Prælato. vide indulgētias stationū
parag. primo, decimo ac duodecimo.

16. Sixtus quartus concessit fratribus ac monia-
libus Sanctæ Claræ ac tertiariis vtriusque sexus (qui
viuunt sub ferula nostra) indulgentias, Stationum
Romæ portiunculæ tam generales: quam non ge-
nerales nostri ordinis seu plenarias, dicendo quin-

que Pater noster, cum totidem Ave Maria in suis Ecclesiis: ac si visitarent loca personaliter ubi sunt istæ indulgentiæ diebus suis & Leo 10. confirmavit dictam indulgentiam ea lege quod dicant vnum Pater noster, & vnum Ave Maria pro sanctitate sua in finemque cuiuslibet, Pater noster, Gloria patri & versu: & addidit Hierusalem & cōpostellam ubi quæscit sanctum corpus diui Jacobi declarando quod fratres possent dictos Pater noster & Ave, recitare etiam in claustris, oratoriis ac cellis, & eas lucrari vide indulgentias stationum quoad fratres, paragra. 4. 7. 10. 12. Hic debent fratres & sorores aduertere quod hæc cōcessio est melior & latior reliquis omnibus præcedentibus in hac materia.

17. Amantissime lector eo quod sint tantæ indulgentiæ concessæ à summis pontificibus Romanis, ego illas non hoc in loco apposui, quia nemo nisi solus Deus eas enumerare potest, ideo si partem illarum volueris perlegere, videto compendium privilegiorum, in quo continentur omnes quæ fuerint concessæ in Ecclesiis Romanis, Hierosolymitanis, cōpostellæ & asisij, montis aluernæ & aliorum locorum.

18. Concesserunt diuersi summi pontifices mille trecetos quadraginta annos & quadringentas quadraginta & sex quadragesimas atque triginta indulgentiarum secularibus visitantibus nostris Ecclesias in festiuitatibus domini nostri, domus nostre, beati Ioannis Baptiste, Apostolorum omnium & sancti Francisci ceterisque sanctorum ordinum nostri, vide indulgentias quoad seculares.

19. Notandum quod conceduntur (vt reperitur

in dicto loco) tria milia & octingenta ac quadraginta septem anni ducenti & septem dies indulgentiarum secularibus visitantibus Ecclesias nostras tempore quadragesimali.

20. Item summi pontifices Romani concesserunt secularibus visitantibus Ecclesias & audientibus missas seu conciones fratrum minorum indulgentiam centum dierum. vide vbi supra paragrapho 3. 6. & 2.

21 Conceduntur secularibus visitantibus Ecclesias fratrum minorum qualibet die & hora (causa deuotionis) 40. anni & trecenti dies indulgentiarum. vide vbi supra paragrapho 1. tertio de indulgentiis secularium.

22. Innocentius 4. Alexander 4. Clemens 4. Nicolaus 3. concesserunt omnibus porrigentibus manus adiutrices fratribus minoribus cum necessitas eorum expostulauerit, indulgentiam ducentorum annorum. vide vbi supra indulgentiam quarto paragr. 11. & 13.

23. Martinus quartus concessit tam procuratoribus quam aduocatis qui in curiis Ecclesiasticis & ciuilibus laborauerint pro defensione ordinis fratrum minorum seu conuentuum illorum, singulis annis indulgentiam centum annorum vbi supra paragr. 3. & Innocentius octauus concessit dictis & eorum familiis etiã fratribus & sororibus, patribus ac matribus, & nostris sindicis ac medicis omnes indulgentias concessas fratribus, dicendo in Ecclesiis fratrum minorum quinque Pater noster & quinque Ave Maria pro fœlici statu Ecclesiæ Romanæ prædicta confirmauit Alexander 6. & Vrba-

P A R S Q V A R T A

nus quintus concessit vt generalis & prouinciales totius ordinis possint communicare suffragia, indulgentias, orationes, & bona spiritualia benefactoribus ordinis. vide indulgentias concessas exhibentibus fratribus minoribus aliqua opera pietatis

25. Porrigentibus manus adiutrices ad fabricam ecclesiarum & cōuentuum fratrum minorum iuxta possibilitatem suam, concessa est in articulo mortis remissio omnium peccatorum, vbi supra paragr. decimo.

26. Dantibus eleemosynas prædictas fratribus victum & vestitum & alias necessitates graues ordinis conceduntur à Clemente quarto, Bonifacio octauo, Alexandro tertio, Gregorio nono, Urbano quinto ab aliisque 79. anni. vide indulgentias quoad seculares, paragr. 13.

27. Facientibus missas & alia diuina officia celebrare à dictis fratribus in eorum Ecclesijs conceduntur ab Honorio tertio, Bonifacio octauo, Clemente quinto, Alexandro quarto & ab aliis, anni 10. & totidem quadragen. vide locum prædictum in paragr. 14. & 15.

28. Ioannes vigesimus secundus concessit quæ animæ defunctorum pro quibus eleemosyna fuerit collata fratribus admitterentur ad omnia beneficia & fratrum suffragia, ad omnesque gratias totius ordinis: & remittit eisdem benefactoribus septimam partem suorum peccatorum. vide vbi supra paragr. 17. hic nota quod sunt multæ aliæ gratiæ concessæ secularibus porrigentibus manus adiutrices medicantibus, quare videto indulgentias quoad seculares.

29. Toties quoties fratres proponunt sacrum verbum Dei secularibus, eis datur facultas à multis summis pōtificibus vt possint suis auditoribus dare tres annos & dies duos indulgentiarum, & si concio fuerit facta in suis Ecclesiis decem & octo annos, 3 22. dies. vide indulgentias quas lucrantur seculares audientes verbum Dei à fratribus minoribus & prædicatoribus, paragrapho primo secundo tertio quarto quinto sexto.

20. Leo decimus concessit secularibus morientibus cum habitu nostri ordinis aut ad minus habentibus super se in articulo mortis & post mortem induentibus vt cum eo cadauera sepeliantur, indulgentiam plenariam omnium suorum peccatorum, ea lege quod illum postulauerint ante eorum decessum, & eadem indulgentia concessa est omnibus mulieribus seu virginibus vtentibus habitu sanctæ Claræ aut sororum tertij ordinis, vt dictum restat de fratrum habitu. vide indulgentias quas possunt lucrari seculares ratione habitus fratrum & sororum nostri ordinis, paragraf. secundo 3. 4. 5. 6. 7. 8.

21. Ioannes 22. osculantibus habitus ordinis mendicantium quinque annos & quinque quadragenas de iniunctis pœnitentiis relaxauit. vide vbi supra paragr. 9.

22. Calixtus tertius concessit plenariam indulgentiam pro patribus & maribus omnium fratrum minorum præsentium & futurorum etiam defunctorum in purgatorio existentibus, vide indulgentias octauo, paragr. 1.

P A R S Q V A R T A

*Infirmi fratres etiam habent singulares
indulgentias. Caput 7.*

1. **M**artinus quintus, Eugenius quartus, Nicolaus quintus, Calixtus tertius, Pius secundus, Sixtus quartus, concesserunt indulgentiam plenariam omnibus fratribus minoribus in articulo mortis quem confirmauerunt Pius quintus, & Gregorius 13. & quod si occurrerit casus quod non possint confiteri etiam tunc consequentur dictam indulgentiam si sunt in statu gratiæ. vide vbi supra, paragr. 1.

2. Innocentius 8. concessit fratribus & sororibus minoribus, quod valeant promereri indulgentias omnes, dicendo quinque Pater noster & 5. Ave Maria in suis cellis seu infirmariis aut lectulis, quando non possunt aliter commode dicere ob infirmitatem. & Leo 10. concessit prædictis infirmis ac senibus quod possint lucrari indulgentias concessas dicentibus coronas domini & dominæ, dicendum psalmum vel hymnum domini seu de beata virgine matre sua. vbi supra, paragr. 5.

3. Leo decimus concessit fratribus & sororibus nostri ordinis quod siue propter febrem aut dolorem intensiuum fuerint grauati satisfaciant voto, dicendo pro horis canonicis, psal. aut hymnos, Pater noster aut Ave maria seu alia iudicio prælati loci assignanda: & hoc quando medicus corporalis (si commode haberi possit) dixerit esse nocium infirmo. vbi supra, paragr. 6. & 7.

Itinerantes fratres. Caput 8.

1. **A**lexand. 4. concessit omnibus recipientibus fratres minores viatores in domibus suis, & ministrantibus alimenta, solventibus naua, passalia & alia pietatis obsequia dictis fratribus ministrantibus indulgentiam 40. annorū. vide vbi sup. parag. 1.

2. Calixtus 3. statuit quod omnes & singuli fratres minores ad ciuitates seu oppida in quibus conuentus fuerint dicti ordinis, pro tempore accedentes, teneantur & debeant eorundem locorum prælatis suis respectiue se præsentare, in qua quidem terra seu ciuitate etiam si vnus fuerit tantum conuentus dicti instituti, ad ipsum se debeant conferre & prælato se præsentare humiliter sub excom. pœna, vide vbi supra, parag. 3.

3. Innocentius 8. concessit fratribus itinerantibus vt possint (quando sunt extra conuentum per obedientiam) lucrari indulgentias stationum & alias concessas in Ecclesiis fratrum dicendo quinque pater noster, & totidem Aue Maria in quacumque Ecclesia seu loco ea dixerint pro intentione & proposito illius indulgentiæ, vbi sup. parag. 4.

Leo decimus concessit quod fratres itinerantes possint transferre ieiunium diei itineris ad alium diem, vbi sup. parag. 5.

De Missis sequitur. Caput 9.

1. **E**vgenius 4. concessit quod puellæ nobiles non audientes Missam in diebus dominicis

excusantur si sunt in potestate alterius, paragra. 1. de Missis.

2. Leo 10. statuit, concessit ac declarauit quod fratres qui inuenerint in aliquo conuentu aliquos redditus seu prouentus aut paramenta Ecclesiastica ex lege data ut Missas aut alia seruitia annuatim celebrarentur à fratribus qui nō sunt per votum earum rerum capaces, non fuisse necesse eos obligatos ad talia suffragia adimplenda, dum ipsi fratres reformati secundum mentem eorum regulæ euangelicæ quæ vetat omnino tales redditus & obligationes, & hoc dummodo tam in communibus officiis quæ quotidie celebrantur in dictis Ecclesiis, quam in eorum priuatis orationibus & in extraordinariis Missis & suffragiis quæ in toto ordine pro singularibus benefactoribus fieri statutum est: illorum qui prædictos redditus seu ornamenta reliquerunt memoriam similiter faciant. & hæc eadem concessio annuit fororibus sanctæ Claræ quod similiter velint reformari ad instar primæ regulæ sanctæ Claræ, hoc etiam facto quod dictum est pro fratribus, videlicet ut faciant memoriam de eis speciale in suis priuatis & communibus suffragiis, vide vbi sup. paragra. 4. 5. & in paragra. 6. prædictus Leo 10. inhibuit districte ministris prouinciabus ac eorundem subditis ne huiusmodi Missarum aut aliorum seruitiorum onera perpetua vllatenus recipiant de cætero aut acceptent. vide locum prædictum.

1. **A**lexander 4. concessit fratribus minoribus quod non teneantur suscipere curam quarumcūque monialium prætenu quarumcunque litterarum Apostolicarum quæ de præsentibus plenam & expressam mentionem non fecerint, nisi Romanæ Ecclesiæ immediate essent subiectæ, paragr. 1. de monialibus, & Clemens 4. concessit ut ad visitandum aliqua monasteria illarum aut ad audiendum confessiones earum nequeant compelli etiam virtute litterarum Apostolicarum, nisi fuerit facta specialis mentio de huiusmodi indulto, nec magis per legatos aut delegatos eiusdem sedis aut per quoscunque alios, vbi supra, paragr. 2. & si aliqua moniales recipiantur nostræ gubernationi virtute alicuius indulti, Bonifacius 8. & Innocentius 4. declarauerunt quod non propterea intelligantur esse ordinis prædictorum fratrum: nisi tantum quoad priuilegia concessa & concedenda quibus potiuntur dictæ moniales receptæ sub nostra ferula, vbi supra, paragr. 3.

2. Eugenius 4. concessit monialibus sanctæ Claræ primæ regulæ ut possint de cætero deferre calceamenta & sandalia, sed secundum meum arbitrium nõ indigent prædictæ sorores tali dispensatione: quia non plus tenetur nudis pedibus incedere quam fratres minores qui possunt tuta conscientia extra necessitatem deferre prædicta ut dictum restat in manipulo.

3. Eugenius 4. concessit quod generalis & prouinciales fratrum minorum obseruantia habeant

P A R S Q V A R T A

(cum discretorum consilio) facultatem dispensandi cum præfatis fororibus tam in cibis, quam in silentio & quibuscumque aliis perpetuis quæ in regula earum continentur. & declarauit prædictus Papa quod in nullius præceptorum primæ regulæ, Sanctæ Clare transgressione (præterquam eorum quæ concernunt principalia vota, scilicet castitatis, paupertatis, obedientiæ, clausuræ ac super electione abbatissæ & eius depositione) peccatum mortale præfatæ moniales incurrant. & idem Papa concessit quod nostri ordinis moniales, necnon & aliorum ordinum sub gubernatione fratrum existentes minorum, solummodo teneantur ad illa ieiunia ad quæ fratres minores De obseruantia tenentur: & etiam eodem modo seruent in cibis quadragesimalibus earum ieiunium ieiunii tempore, parag. 5. 6. 7. 8. vbi supra.

4. Nicolaus 5. statuit quod moniales sanctæ Clare nisi de generalis seu provincialis earum expressa licentia aliquam ad religionem aut professionem recipere valeant: etiam quod nullum in earum capellanum recipere valeant, aut receptum retinere presumant nisi de licentia prædictorum. vide, parag. loci prædicti.

5. Sixtus 4. concessit fororibus nostri ordinis possint absolui à suis visitoribus & confessoribus ab omnibus peccatis, criminibus, pœnis & censuris etiam sedi Apostolicæ reseruatis, & hoc toties quoties opus fuerit, vt patet in parag. 11. & tanta affluunt auctoritate ministri provinciales super: eas, quâta exuberat protector earum vt voluit Iulius 2. qui præcepit sub anathematis pœna ipso facto incurrenda nisi fratres recipiant moniales ad eorum obedientiam,

nisi de licentia protectoris & generalis ordinis, vide 19. & 20. loci prædicti.

6. Leo 10. concessit monialibus sanctæ Claræ ac conceptionis beatæ Marię & tertij ordinis nostri, vt præcepto regulę de percipiendo sanctissimum sacramentum satisfaciant per aliquos dies anteponendo, vel postponendo, dum tamen illud non faciant in fraudem, par. 21.

7. Idem Leo 10. motu proprio exque certa scientia & plenitudine potestatis sub pœna excom. præcepit monialibus omnibus quæ degunt sub ferula nostra, vt teneantur parere omnibus constitutionibus factis ab earum superioribus, vide par. 23. & sub eadem pœna anathematis prædictis sororibus præcipit idem Papa vt teneantur recipere eorum visitationem & sua salubria monita & correctiones, & sub eadem pœna præcepit confessoribus earum ne eas absoluant nisi realiter & cum effectu paruerint prædictis, vide parag. 28. prædicti loci.

Novitius. Caput II.

1. **I**nnoentius 4. Alexander 4. præcipiunt in virtute sanctæ obedientiæatribus minoribus & prædicatoribus & sub excommun. pœna ipso facto incurrenda, à qua nequeant absolui nisi per sedem Apostolicam quatenus nõ recipiant fratres suorum ordinum in suos ordines, seu habitus aut professionem, aut eos qui voto vel iuramento eisdem ordinibus fuerint obligati, nisi prius habuerint in scriptis copiam prælati ordinis ad quem erant astricti voto priuato vel iuramento. quod est intelligendum de

secularibus, vide vbi supra. parag. 2.

2. Clemens 4. concessit quod si aliqui seculares fratrum minorum assumptis habitum, & diuersis personis quæ sciri non possunt, nec minus inueniri aliqua bona restituere teneantur, possint ministri & custodes, vicariique eorum singuli in locis sibi commissis: bona ipsa in pios vsus conueterere prout secundum Deum viderint expedire. vbi supra, paragra. 10. & concessit Xistus 4. parag. 15. quod non solū ministri & custodes, verum etiam Gardiani ac priores ordinum mendicantium, vide vbi supra.

3. Leo 10. fecit quandam concessionem & statutum, scilicet quod excommunicati volentes profiteri aliquem ordinem mendicantium vbi de interesse tertij agitur, absolui non possint nisi præuia satisfactione, vbi sup. parag. 19.

Officium diuinum. Caput 12.

1. **S**ixtus 4. concessit fratribus minoribus non valentibus persolvere diuinum officium bene ac diligenter in choro pro vt tenentur propter defectum visus, vel auditus, quod non teneantur illud reiterare si aliquid prætermiserint: sed loco illius dicant vnum psalmum in fine horarum & sufficiat eis, parag. 1. & idem concessit Innocent. 8. parag. 2. & similiter Leo 10. in parag. 16. concessit amplum indultum quoad officium diuinum siue dicatur extra chorum siue in choro. vide.

2. Idem Leo 10. concessit quod quando fratres minores habent aliquas occupationes, etiam non

multum necessarias possint anteponeere siue postponere officium diuinum : vt puta ante mediam noctem quacumque hora voluerint & alias horas de mane vsque ad vesperam exclusiue. vbi supra paragr. 21.

3. Leo 10. concessit religiosis dicentibus officium diuinum per librum tertiam partem suorum peccatorum commissorum illa die.

Pro Procuratoribus & Syndicis. Caput 13.

1. **M**artinus quartus & quintus Eugenius, & Sixtus quartus (vt patet in paragra. 3. 7. 9. & 10.) concesserunt generali & prouincialibus ac custodibus tantum non vero Gardianis (ideo nota) ordinis fratrum minorum quod possint nominare aliquas personas quæ non sint de prædicto ordine, vt habeant administrationem legitimam & generalem ac liberam circa res concernentes dictos fratres. Et decreuit quod tales personæ sint veri & legitimi administratores & æconomi seu syndici: actoresque qui res prædictas & rerum prædictarum pretium nomine Romanæ Ecclesiæ recipiant & in fratrum utilitates conuertant (prout eis licet ex regula vel regulæ declaratione) & hoc toties quoties requisiti fuerint à prædictis ministris vel à fratribus subditis de assensu dictorum ministrorum. Dictæque personæ generaliter habet auctoritatem (à prædictis 4. pontificibus) procurandi in omnibus causis pro rebus & locis ad Ecclesiam Romanam spectantibus & ipsorum vsui fratrum concessis, necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus ac priuilegiis

eorundem fratrum & suorum conuentuum seu domorum, vide vbi supra.

2. Hic animaduertant fratres omnes quod taliter vti sindaco non est contra regulam, imo secundum regulam & eam pure obseruare, & talem non habere est periculosum: quia vix reperitur cōuentus aliquis seu locus fratrum minorum qui aliquando non indigeat vt aliquid vendatur aut renouetur.

3. Et si aliquis dixerit quod illud aliquid potest vendi & pecunia illa recipi & expendi per aliquem amicum spiritualem qui non sit sindaco Papa, ad hoc respondeo quod hoc nequit fieri sine transgressione regulæ quæ nullam proprietatem admittit quæ proprietatem inueniretur in illa venditione, quia tunc ille amicus spiritualis faceret prædicta auctoritate fratrum, & sic esset interposita persona, in quo Papa (vt patet in Clem. 6.) pro huiusmodi rebus quarum dominium ad ipsum pertinet & sedem Apostolicam, ordinauit suum sindicum, & non reliquit hoc voluntati fratrum, sed tantum denominationem.

4. Dico etiam quod talis sindaco (quem vocat amicum spiritualem fratres) in supradicto casu committeret furtum contrectando rem alienam, in domino scilicet Papa, qui hoc non ita intelligit eum facturum, nec minus fratres, vt constat in clemētina quam sicut suam regulam fratres debēt seruare. Et cōtra tales fratres qui talia agunt, factum est statutum vnum in capitulo generali cismontano in conuentu Laualensi prouinciæ Turoniæ Pictauiensis celebrato, anno domini 1503. sub forma sequentium. Deponantur omnes Gardiani & pœna proprietatis

punitio

puniantur qui ratione debiti cuiuscumque seu aliorum bonorum temporalium fecerint excommunicari seu detineri vel vexari per curias quoscumque seculares. subditi vero qui talia procurauerint pœna proprietarij puniatur & de conuentu illo (vbi talia egerunt) eiiciantur seu expellantur.

5. Sed quoniam maxima est pietas voluntatem illius adimplere qui nec se iuuare nec loqui potest, idcirco voluntati defunctorum ita consultum iri oportet, videlicet monere iudicem vt compellat hæredem seu illum qui ad hoc tenetur ex testamēto. vel alias quatenus relicta monasterio bona vel fratribus exoluat & adimpleat. vide Baldum in lege multi, capitulo de Episcopis & Clericis, & Bar. in lege nequicquam, para. finali ff. de officio proconsulum, aliósque multos. hoc modo sequenti possunt etiam tuta conscientia progredi. quia cuilibet de populo competit actio, & quilibet de populo potest & debet agere vt legata & relicta ad pias causas (puta monasterio, hospitali, pauperibus seu Ecclesijs parochialibus & similibus) adimpleantur per illū qui grauatus est à testatore vel alias ad hoc tenetur, ergo infertur ex supradictis (vt constat in citatis) fratres posse accedere bonum aduocatum, id est p̄r & expertū qui petat prædicta in iudicio, motus solum ex mera caritate & non ex bono peculiari. vide Barto. in dicta lege nequicquam. & l. hæreditas ff. de pœna hæredum. & lege de annuis legatis. aliósque quamplures iuriconsultos poteris perlegere: sicut optime auctorem speculi fratrum minorū, qui optime discuit & elucidat hanc materiã prope finē, art. 5. declarationis Nicol. 3. & in additionibus articuli

P A R S Q V A R T A

II. quos nota bene: sicque in hac materia nō errabis
& de cætero non petes tantum curias ea de re.

*Sequitur forma literæ quæ datur sindicis. Iesu Maria
Franciscus. Caput 14.*

IN Christo plurimum dilect. N. Frater. N. mi-
nister & seruus, salutem in domino sempiternam
Quia iuxta Apostolicam sententiam nulli Deo mi-
litantes & præsertim Euangelicæ paupertatis secta-
tores, cuiusmodi Seraphicus noster pater Fran-
ciscus, se & suos fratres esse voluit, cunctarum re-
rum dominium, possessionem, proprietatemque
pœnitens interdicens (simplici dumtaxat vsu ta-
rum permissio) secularibus negotiis occupari de-
bent: ita vt nec contra detinentes bona ipsis ele-
gata, & quomodolibet in vltimis voluntariis
legata, in iudicio, vel extra iudicium agere pos-
sint, cum tamen piis vitæ subsidiis carere non de-
beant. Idcirco sacrosancta Romana Ecclesia, seu
eiusdem sanctissimæ sedis pontifices plurimi po-
terno affectu, fratrum conscientis & necessitati-
bus consulentes, omnium earum rerum temporari-
um, quæ humanæ vitæ sunt opportunæ, domi-
nium & proprietatem in sese recipientes, ipsarum
vero vsu religioni, & fratribus tantummodo re-
linquentes, vt possint commode hisce vti proce-
ratores suos, penes quos proprietates, ius, & au-
ctoritas huiusmodi bonorum sit, institui debet
declararunt, & eorum institutionem, seu nomi-
nationem, ordini seu prælatis ipsius ordinis pro tem-
pore curam habentibus concessere. Nos vero, quæ

Seraphicæ religionis, ministerij, & seruitutis pondus in præfenti sustinemus, quibusque procuratorum cura, œconomorum, seu sindicorum, localium fratribus meis & etiam prouincialium, prouidere Dei gratia iniunctum est, dominum. N. quem ordini sine prouinciæ nostræ officij plurimum scimus additum, nomine vicèq; & auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nobis in hac parte cõmissa. Iuxta summorum pontificum declarationes, instituta, concessiones, indulta, & priuilegia, maxime autem secundum cõcessiones & statuta D.D. Martini quarti & quinti, Nicolai quarti, Eugenij quarti, Sixti 4. & Innocentij 8. verum & legitimum procuratorem œconomum siue sindicum ordinis nostri institui-
 mus, & nominamus, & per præfentes nominatum & institutum declaramus, ad agendum, defendendum, exigendum, paciscendum, proponendum, excipiendum, compromittendum, emendum, vendendum, dandum & recipiendum & generaliter ad alia omnia dicendum & faciendum quæ veri & legitimi procuratores, œconomi, siue syndici de iure vel vsu dicere & facere consueuerunt, & prout in præfatis eorum literis amplius continetur. Ne autem in præmissis, vel circa præmissa, labor, & studium Domi. N. absque præmij solatio reputetur, & si altissimam paupertatem professi, nulla temporalium mercede compensare possimus spiritualibus tamen muneribus pro modo gratiæ Dei, quo poterimus affectum prosequemur. ideo præfata Domi. N. nec-non & totam tuam familiam in confraternitatem nostram recipientes, in vita pariter, & in morte, omnibus priuilegiis, & indultis Apostolicis,

P A R S Q V A R T A

pro huiusmodi procurationibus iam pridem impetratis, aut in posterum impetrandis, vti, frui, & gaudere volumus, & plenam vobis participationem omnium spiritualium bonorum, Missarum videlicet, orationum, suffragiorum diuinorum officiorum, ieiuniorum, abstinentiarum pœnitentiarum, peregrinationum, prædicationum, lectionum, meditationum, obseruantiarum, deuotionum, vt multiplici suffragiorum adiuti præsidio, & in præsentem diuinarum gratiarum incrementa, & in futuro æternæ gloriæ præmium possidere mereamini. in quorum omnium & singulorum fidem ac robur hac nostras fieri iussimus, & manu propria, ac maiori officij nostri sigillo munus dedimus. valere. Datum. N. hac die N. & c.

Sequitur forma Epistolæ pro confratribus ordinis. Caput 15.

IN Christo plurimum dilectis. N. frater. N. minister salutem in domino sempiternam. Quamuis ex charitatis debito omnibus teneamur, illis tamen longe amplius noscitur obligari, quorum dilectionem certis beneficiorum indiciis frequentius experimur: proinde vestræ intendentes dilectioni, quam ad nostrum geritis ordinem, veluti certa relatione cognouimus, dignum ac diuinæ acceptabile voluntati fore putauimus, vt ab ordine aliquam gratiarum spiritualium prærogatiuam sentiat, rerum quia ob omnium rerum temporalium priuationem, nullam maximis charitatis vestræ subsidiis dignam rependere vicem temporaliter valeamus, spiritualibus saltem beneficiis ea recompensare alio-

Etiamus. Quapropter, nos qui (licet indigni.) ad hoc sumus instituti per summos pontifices quam plurimos, vt vos prænominatos omnes ad confraternitatem nostram & ad omnia vniuersa & singula nostri ordinis præfati suffragia admittā & recipiā: ideo nunc vos admitto, & pariter in vita & in morte plenam vobis participationem omnium charismatum spiritualium bonorum. videlicet Missarū, orationum, suffragiorum, diuinorum officiorum, ieiuniorum, abstinentiarum, pœnitentiarum, peregrinationum, inspirationum, prædicationum, lectionum, meditationum, obseruantiarum, deuotionum, & omnium aliorum spiritualium bonorum tenore præsentium liberaliter confero. Quæ per prædictos ordinis operari & acceptare dignabitur Clementia saluatoris, vt multiplici suffragiorum adiuti præsidio, & in præsentem augmentum diuinæ gratiæ, & in futuro gloriæ æternæ præmium mereamini possidere. Dat. N. hac die.

Sequuntur diuersa priuilegia. Caput 16.

I. INNocentius quartus, Clemens quartus alique multi cōcesserunt vt in Ecclesiis fratrum minorum libere quis possit sibi eligere sepulturam & ibi sepeliri cum licentia fratrum non autem aliāst & iidem prædicti declararunt nullos Ecclesiasticos in Ecclesiis fratrum (ipsis inuitis) posse Missas aliāque seruicia seu exequias celebrare defunctorum aut causa certæ festiuitatis. vide parag. sepelire & sepultura 1. 2. 3. & 4.

2. Gregor. 9. Alexander 4. Sixtus 4. Nicolaus

P A R S Q V A R T A

3. approbauerunt sacra stigmata sancti Francisci, & promulgauerunt vnum anathema contra illos qui aliter sentiunt seu prædicant à quo nequeunt absolui nisi accesserint sedem Apostolicam, & si tales fuerint lectores, doctores, prælati, prædicatores aut confessores statim incurrunt priuationem dictorum officiorum: idem est de illis qui fatentur seu depingunt sanctam Catharinam de senis cum stigmatibus. vide bullam siue canonisationē à Pio 2. factam & prædicta loca scilicet de stigmatibus à par. 1. ad 10. vsque.

3. Gregor. 9. concessit quod terciarij beati Francisci qui in propriis domibus viuunt nequeant compelli ad aliquod iuramentum nisi pacis, ac fidei & calumniæ aut testimonij: & statuit quod non grauentur amplius impositione onerum quam sui conciuies. vide paragr. 1. de terciariis.

4. Sixtus quartus statuit ac decreuit quod votum obedientiæ paupertatis ac castitatis emissum à terciariis beati Francisci habeat vim & valitudinē voti solemnem, ac inducit effectum quem inducit votum solemnem factum cuicumque de religionibus à sede Apostolica approbatis. quare si matrimonium contraxerint excommu. & est inualidum. vide paragra. 7. de terciariis, & dictus papa omnes terciarios posuit sub obedientia & iurisdictione fratrum minorum, qui eos corrigere, reformare, visitare & Ecclesiastica sacramenta ministrare debent, vide vbi supra paragr. 8. & dicti terciarij pollent nostris priuilegiis si sunt sic degentes, vbi supra paragra. 9. & si nō emiserint 3. vota omnibus gratiis spiritualibus tantummodo pollent, Innocen. 8. & dictus Inno-

centius 8. concessit prædictis sororibus tertiariis vt possint libere & licite sumere velum nigrum, & sub perpetua clausura manere quodcumque eis ac ministris prouincialibus visum fuerit expedire, vbi supra, parag. 13.

5. Hic notandum est quod si ministri prouinciales non possunt dare fratrem confessarium prædictis sororibus, tunc posse eos capellanium secularem instituere seu deputare eis. Alexand. 6 vbi supra para. 14. & hoc tantummodo in locis in quibus fratres minores nõ possunt commode haberi. & dictus Capellanus potitur priuilegiis nostris, & per locorũ ordinarios nõ potest impediri in præmissis quandiu officium prædictũ exercuerit. Leo 10. par. 20. & 21. vbi sup. & idẽ Leo statuit in concilio Lateranensi quod fratres & sorores tertij ordinis in propriis domibus habitantes valeant sibi sepulturam eligere vbi voluerint, & quod die paschalis, tantum Eucharistiam necnon extremam vnctionem ceteraque sacramenta Ecclesiastica (pœnitentiæ sacramento dumtaxat excepto) à proprio sacerdote parochiali recipere debeant, si vero sint aliqui homines virginalem seu cœlibem, aut castam vidualem vitam ducentes expresso voto, & subdito habitu, gaudeant omnibus priuilegiis quibus fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum gestant, potiuntur & gaudent, vide vbi supra, paragra. 20.

6. In capit. generali cõuentus Laualensis (vbi suscepti habitũ huiusce instituti professionemq; feci) decreuerunt patres vocales (auctoritate summi pontificis) quod Gardiani & eorum vicarij habeant auctori-

P A R S Q V A R T A

tatem prouincialium in foro conscientiae, quae sic debet intelligi, videlicet quod illa praedicta auctoritas per patrem prouincialem concessa Gardianis, remaneat semper penes eorum vicarios, seu viciorum vicarios, ipsis Gardianis suum conuentum pro suis negotiis exeuntibus. vide fol. 229. tract. 3. & ff. 248. tractatu 2. & paragra. 1. de vicariis in compendio nostrorum priuilegiorum: vbi haec omnia cepti siue excerpti in consolationem proborum fratrum qui cupiunt vti tantummodo priuilegiis non relaxatiuis.

Sequuntur quadam notanda obseruandaque post obitum fortuitum R. P. ministri generalis.

Caput 17.

ORdinatur auctoritate summi pontificis quod superueniente morte ministri generalis si moriatur in partibus de quibus assumptus est, minister in cuius prouincia mortuus est teneatur conuocare patres omnes diffinitotes illarum partium in quibus moritur minister generalis quamprimū fieri poterit ad locum commodiorem pro electione vicarij ordinis, in qua electione dictus minister praesideat & habeat vocem actiuam & passiuam sicut ipsi diffinitotes, & ille in quo maior pars illorum consenserit, sit vicarius totius ordinis. Si vero moriatur in partibus quibus praest commissarius generalis electus secundum formam bullae vnionis: defuncto generali ministro, minister in cuius prouincia moritur: quamprimū fieri poterit teneatur portare: vel legitime impeditus mittere sigillum ordinis patri co-

missario generali illarum partium, registro ordinis bene clauso, & sigillato sig illis ministri prouincia lis & conuentus in quo moritur apud scribam ordinis curam eiusdem registri habere solitum remanente, quiquidem commissarius generalis teneatur quam primum fieri poterit, dictam congregationē diffinitorum ad locum commodum facere, in qua congregatione tam commissarius præfatus, quam minister in cuius prouincia est defunctus, vocem actiuam sicut & diffinitores habeant. Semper enim eligendus sit de eisdem partibus ex quibus generalis minister erat assumptus. Si autem prouincia in qua moritur generalis minister esset ministro prouinciali orbata: commissarius illius prouinciæ in prædictis suppleat vicem ministri prouincialis eiusdem. Et si aliquis diffinitorum prædictorum morte fuerit præuentus: minister prouincialis suæ prouinciæ vel ipso ministro defuncto commissarius illius prouinciæ ad prædicta supplebit. Quod si minister generalis moriatur in terminis duabus prouinciis communibus, minister prouincialis prouinciæ prioris in ordine prouinciarum teneatur (vt prædictum est) prouidere. Et si in terminis aliquibus prouinciis indifferentibus, vel in mari moriatur huiusmodi prouiso ad propinquiorem prouinciã pertinebit. hæc supradicta omnia fuere decreta auctoritate summi pontificis in capitulo generali Burgensi, vt patet in libris siue codicibus iam citatis.



*BVLLA CONFIRMATIONIS ET NO-
ua concessionis privilegiorum omnium ordinum Mendicantium.*

CVM CERTIS DECLARATIO-
NIBVS, DECRETIS ET INHIBI-
tionibus S. D. N. D. Pij
Papæ V. Motu
proprio.

*PIVS EPISCOPVS SERVVS SER-
uorum Dei. Ad perpetuam Rei memoriam.*

ETSI mendicantium ordines, qui seculo-
lum in vinea Domini quoties exhiberi
non cessant famulatum, summo semper
studio, etiam dum in minoribus esse
amplexi sumus: ad summi tamen Apostolatus ap-
pæcæ (meritis licet imparibus) diuina fauente de-
mentia assumpti: dum id mente recolimus, factum
non possumus, quin eos propèriori charitate, & pa-
terno affectu amplectamur: ac exinde pro suis
studiiis, honestisque laboribus, proque salutari-
nimarum, ab Apostolica sede, cuius continue pacis
& dignitatem ordines ipsi fortiter tutati sunt
spiritualia, quam temporalia subsidia, ornamenta
que acceperint, & accipiant, quibus & sancta sua

ficia, ac vitam suam regularē facilius, atque expedi-
tius exequi & trāsire possint : & ceteræ religiosæ
personæ, ordinēsque alij, exemplo ipsorum prōptio-
res alacriorēsque ad sua officia persoluenda reddātur.

Hinc est quod nos attēdentes plerosque ex vene-
rabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episco-
pis, qui eosdem ordines præcipuè tanquam fructife-
ros in agro domini palmites, & colere & adiuuare
deberent, non solum id exequi negligere, verum et-
iam Cōcilij Tridentini decretis in prauum sensum
retortis eos & eorum quemlibet variis afficere in-
commodis, & perturbationibus eorumque priuile-
giis nō modicum afferre grauamen conantur. Qui-
dam enim Episcopi (vt accepimus) nolunt admitte-
re quosdam regulares ad prædicationem, etiam in
suis Ecclesiis faciendam quanuis de eorū habilitate
ad huiusmodi opus exercendum, habeant bonum
testimonium à suis superioribus. Alij verò volunt,
vt nedum semel, sed etiam pluries in anno coram
ipsis, vel eorum Vicariis prædicatores præsentētur,
ac pro licentia prædicandi, quam non nisi in scri-
ptis dare volūt, aliquid quādoque exigunt. Alij etiā
Episcopi, maximā regularibus iniuriam irrogare vi-
dentur dum præter ordinem, & veterem consuetu-
dinem absque vlla ratione quosdā reiciunt, & quos-
dam pro eorum libito, admittūt ad prædicationem
huiusmodi habendam in locis suæ diœcesis. Quo-
rum etiam locorum Ordinarij quosdam Religiosos
probos viros, & idoneos, etiam à suis superioribus
approbatos, ad confessiones audiendas admittere
nullo modo volunt. Quidam ex eis volunt non so-
lūm singulis annis, sed etiam pluries in anno, in

P A R S Q V A R T A

aliquibus partibus eosdem confessores sibi preferari. In aliquibus verò oppidis, tam Episcopi seu eorum Vicarij, quam presbyteri Curati nolunt, ut tres mendicantes vocati ad audiendas confessiones infirmorum (maximè si infirmitas est grauis) aut etiam sanorum in priuatis illorum domibus, vel alibi, præterquam in suis Ecclesijs aut Monasterijs possint accedere. Nonnulli etiam audent Confessores Monialium (qui pleno iure subsunt regularibus) examinare, cum tamen id minimè per concilia decernatur, sicut & de fratribus, qui sunt audire confessiones aliorum fratrum. Qui etiam in aliquibus partibus nituntur asserere, seu facere, nequam infra annum possit sacram Eucharistiam in Ecclesijs mendicantium recipere, neque etiam moniales tertiarias nuncupatas suorum ordinum (et alij asserunt) in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate (quoad seculares duntaxat) iuxta priuilegia summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem ordinibus concessa id obseruari debeat. Alij vero Episcopi, seu eorum Vicarij audent ad eorum libitum dare licentiam quibuscumque quecunque Monasteria Monialium etiam sanctæ Clare ingrediendi, etiam si regularium subditæ sint. Quidam verò sub prætextu exquirendi voluntates puellarum, ante professionem extrahere eas extrahere à monasterijs, & per longum tempus alibi detinere, ipsasque puellas seu nonnullas de plerisque rebus interrogant, neque necessitas neque in decreto Concilij Tridentini desuper contentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali. Alij verò plerique noluerunt, quod

regulares aliarum diœcesum sacris ordinibus initiare ac etiam à sui ordinis Prælatiſ approbatos, admittere nolunt. Aliqui verò ſingulis dominicis diebus in ſuos Parrochianos ad ſonum campanę excommunicationem promulgant, vt non poſſint intereſſe miſſis, concionibus, & diuinis officiis, niſi in propria parrochia. Alij vero iſiſ prohibent, vt omnino in aliis Eccleſiis (etiam requiſiti) non celebrēt. Alij vero in aliquibus partibus in eorum Eccleſiis conciones ſacrę ſcripturę, & ſermones pro mortuis haberi nolunt: & ſi aliquid iſiſ relictū fuerit, vt ab iſiſ miſſę dicātur, vel alia officia pro mortuis celebrentur iſiſ ſibi ea uſurpant, dicentes, quod iſiſ ea exequi nō poſſunt, quia iſiſ ſunt paſtores. Alij vero ſub excommunicationis latę ſententię, & exilij per decennium à diœceſi pœna, inhibuerunt ne miſſę in eorum Eccleſiis celebrentur in diebus feſtiuis, antequam rector Parrochialis Eccleſię celebrauerit. Alij etiam nolunt vt dum prædicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prædicetur. Ac inſuper in quibuſdam locis omnem ordinem & quietem perturbant, dum controuerſias iam diu ſopitas & extinctas ſuper præcedentia excitant, & ubi nullę erant pepererunt pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt. Quidam etiam Episcopopi volunt regulares à cura animarum excludi, & ſolis præbyteris ſecularibus committi. Quidam verò quartam funeralium extendere volunt etiam ad miſſas, legata & alia quęcunque, quę domibus regularium relinquuntur. Alij autem volunt quartam partem omnium eorum etiam pro ornamento Eccleſię, palliorum, planetarum, cortinarum,

P A R S Q V A R T A

pannorum, & eorum etiam quæ pro victu fratrum
 relinquuntur. Aliqui etiam in quibusdam partibus
 volunt, vt non solum ius sepulturæ solui con-
 suetum (quod semper soluitur, neque denegatur)
 sed etiam omne illud, quod Ecclesiis ordinum
 eorum libitum patresdant, quando sepeliuntur
 eorum defunctorum corpora, id totum curatis etiam
 de nouo soluatur instanter conantur impediunt
 ne aliter corpora defunctorum ad Monasteria fra-
 trum deferantur: vnde in hoc maximè tam patet
 quam ipsos fratres grauati contigit. Aliqui verò
 etiam ex locis mendicantium, qui curam habent an-
 imarum, volunt pro seminario decimas exigere, et
 in casu renitentia etiam pignus exigunt. Alij autem
 præfatos fratres ac moniales sub eorum cura dege-
 ntes subsidium regium persoluere cogunt cum mul-
 titudine earundem monialium vix habeant pro eorum
 victu & vestitu necessaria vitæ. Alij etiam in qu-
 ibusdam partibus pauperes mendicantes elemosinas
 petere prohibent pro eorum duntaxat sustentatione,
 & si inuenerint eos panem vel aliquid aliud
 simile amore Dei sibi collatum portantes, quando-
 que ab eis auferre minantur, afficientes eos graui
 iniuria & contumelia. Nonnulli verò Episcopi et
 capitula canonicorum pauperes mendicantes tam
 fratres quam moniales suorum ordinum, tam de
 redditibus bonorum si quæ habent, quam de pen-
 sionibus, vineis, agris, & aliis suis bonis quibus-
 cunque non solum largitione fidelium sibi concessis,
 sed etiam aliis iustis de causis ab eis acquisitis
 pecunia emptis sibi decimas ac primitias aliis religio-
 sè soluere cogunt. Alij autem ausi sunt inquirere

& processus facere contra aliquos regulares, intra claustra delinquētes, vel de quorum delictis aliqua erat suspicio, non expectata aliorum superiorum regularium censura. Alij vero Episcopi monialium monasteria ingredi & illa ingrediendi licentias suis concedere, & aduersus illas processus formare, ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, præsumunt. Aliqui etiam dominium temporale super moniales habere prætendunt. Nonnulli verò frequentissimè regulares citant, & iurisdictioni suæ subiicere tentant ac eorum conuentum occupant, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionem, vel potestatem exercent. Aliqui verò ipsos carceribus (absque causę cognitione) mancipant, ac manibus, pedibusque laborant vt regulares medicantes suæ ditioni subiiciant, & vsque adeo se intromiserunt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum vt prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iurdictio. Aliqui autem, cōuentuum Priores & Gardianos rationes, & computa facere cum sindicis cōuentuum huiusmodi prohibent. Fratres quoque, qui ad Episcopos huiusmodi recursum habent, à Prioribus & Gardianis præfatis castigari, & puniri interdicitur. Inhibent quoque superioribus ordinum, ne faciant processus contra fratres, ac in ipsos imperium, & brachium seculare exercent.

Alij vero ipsos extra claustra degentes sub eorum protectione recipiūt, eosque sic permanere permittunt, eosque etiam inuitis suis superioribus detinent. Aliqui verò bonorum ipsorum fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spe-

P A R S Q V A R T A

Etantium, possessionem occupare præsumunt, & ad
 habitum religionis reuersis, sua bona consignare
 nolunt. Ac etiam vniones à sede prædicta, aut ali-
 rite factas de beneficiis Ecclesiasticis impediunt, &
 sibi relaxari debere volunt, & contradictores ea
 communicationis gladio feriunt. Alij vero regula-
 res campanas diebus festiuis pulsare, vel eodem te-
 pore quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt.
 Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quæ-
 dam domum regularem, triginta, vel quadraginta
 ducatos exigere non erubuerunt. Alij verò nolunt
 eos mortuorum corpora associare, alij autem illos
 cum Parocho similia munera subire non permit-
 tunt: nisi maior canonicorum pars interueniat.
 Alij verò mortuorum officia in regularium Eccle-
 siis peragi nolunt, nisi cum ipsorum præsentia, & ip-
 sorum moniales, vel aliàs personas etiam si in eorum
 funere parochus interuenire non deberet, sepelire
 prohibent, nisi ipsi Parocho prius certum quid so-
 lutum fuerit, & si aliquem ipsi sciuerint in regula-
 rium Ecclesiis sepulturam elegisse, eam (vt dicunt)
 non ante ad illas deferre sinunt, quam ad Parochum
 Ecclesiam delatum, in ibique officium peractum
 fuerit. Postremo verò, testamenta sine presbytero-
 rum præsentia fieri prohibent, & si quid ipsis regu-
 laribus relictum fuerit, id asserentes contra Concilium
 Tridentini canones esse, reuocare omnino procu-
 rant. Ac propterea volentes præmissis, ac aliis simi-
 libus excessibus, & grauaminibus, ex nostri pasto-
 ralis officij debito prouidere, attendentes etiam il-
 los, qui onus diei, & æstus tam in prædicationibus
 quàm in ceteris spiritualibus muneribus quotidia-
 sustinent,

sustinent, nisi etiam aliquantisper subleuentur, facile fore, vt oppressi à suis officiis omnino desistat ne in posterum eis aliquod inferatur grauamen, Concilij Tridentini huiusmodi decreta, quorum falsa, seu minus vera intelligentia præmissa irrepserunt, quorúmque declaratio nõ nisi ad nos spectat, modo, & forma infra scriptis declarandam censuimus. Nos igitur motu proprio, non ad alicuius instantiam, sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaramus Canonem sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus etiam in suorum ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis officium interdicitur, mendicantium ordinum fratres huiusmodi, quando à suis Generalibus, vel eorum ministris prouincialibus, ad id deputati fuerint non comprehendere, neque eos afficere posse. Imò volumus, quod in suis Ecclesiis quando eis placuerit licitè, & absque vlllo impedimento, vel contradictione, etiam Episcopi (nisi ipse prædicauerit) prædicare possint. Quod verò in sessione 23. c. xv. circa concessionem à regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorũ ordinum fratres à præfatis suis Generalibus, vel Ministris prouincialibus ad audiendas confessiones vtriusque sexus Christi fidelium approbatos (vt præmittitur) minimè cõprehendat ita vt à confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra, minimè prohibeantur, super hoc literas fælucis recordationis Pauli Papæ quartij, etiam prædecessoris nostri cedentes eisdem fratribus mendicantibus regularis obseruantia, posse confessiones secularium persona

ram, etiam infirmarum, etiam extra domos, & mo-
 nasteria sua, & vbiliber audire, approbando, & de mo-
 uo concedendo. Statuimus etiam quod ille qui se-
 mel in vna diocesi admissus per Episcopum fuerit
 semper in eadem diocesi, habeatur pro admissio-
 ne amplius examinari, vel presentari in dicta di-
 ocesi debeat, tam quæ ad prædicationes facien-
 das quam quæ ad confessiones audiendas, nec al-
 quid pro prædictis exigi vel recipi debeat. Confes-
 siones verò monialium quæ degunt sub cura regula-
 riū ab ordinario examinari nolumus, quemadmodum
 neque etiam fratres si debeant audire confessiones
 aliorum fratrum examinari debent. Lectores in super-
 ex eisdem fratribus & in Theologia graduati qui cum
 licentia suorum superiorum ad gradum admissi fue-
 rint eum de ipsorum doctrina ambigendum non est
 tam confessiones audituri quam prædicationis me-
 nus subituri ab Episcopis minimè examinètur. Cuius-
 que inhonestum sit, quemlibet in alienam me-
 sem falcem iniicere, cumque monialium monas-
 teria non nisi de Episcopi vel superioris licentia, & in
 casibus necessariis, aliquis ingredi præsumat, in
 confessione xxy. canone v. prohibetur, hoc tantum
 in illis monasteriis locum habere volumus, quæ or-
 dinariis ipsis pleno iure subsunt, in quibus casibus
 necessariis ipsi dare licentiam possint, & non in aliis
 monasteriis. Ita ut in præfatis monasteriis, quæ
 ordinariis ipsis pleno iure non subsunt, ipsi ordinariis
 illa ingredi non possint, prout in regulis car-
 seu de iure statuitur, & eis aliquos processus
 uersus moniales ipsas, seu fratres huiusmodi, pro-
 pterea seu alias ipsorum ordinum superioribus irro-

fitis, quoquo modo formare, aut facere posse, om-
 nino prohibemus, ita vt aliquam iurisdictionem,
 seu aliud quodcunque dominium, in moniales &
 fratres huiusmodi, respectiue habere, exercere, aut
 exequi nullatenus possint aut debeant, imò illas &
 illos omnes ab eorum superioritate, dominio &
 iurisdictione, & potestate, eximimus & liberamus,
 prout eis concessum est per sua priuilegia, à sede
 præfata obtenta, & ita præfata moniales, ac fratres
 sint exclusi à superioritate, & iurisdictione ordina-
 riorum respectiue huiusmodi, vt etiam in illarum
 vel illorum sindicis, aut procuratoribus deputadis,
 vel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi
 nõ cõpetentia facienda, vllatenus nõ se intromittat
 nec etiam ordinarij ipsi, regulares præfatos citatos
 & iurisdictioni suæ subiicere, ac eorum conuentus
 occupare ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iuris-
 dictionem aliquam & potestatem exercere (vt præ-
 mittitur) aut ipsos carceribus m̃cipare, & cõtra eos
 aliquid aliud facere possint vt suæ ditioni subijci-
 antur, neque etiam se intromittant vlllo pacto, aut
 aliqua ratione in gubernatione conuentuum tam
 fratrum, quàm monialium huiusmodi, & illo-
 rum correctionibus, sed omnia ista & alia necessa-
 ria ad correctionem & gubernationem fratrum
 aut monialium huiusmodi, & eorum Generalibus,
 ac Ministris seu prouincialibus, vel aliis eorum aut
 earum respectiue superioribus, etiam ratione com-
 puta faciendi cum sindicis cõuentuum huiusmodi,
 omnino relinquuntur, nec vlllo modo in præmis-
 sis, & aliis, fratres & moniales huiusmodi tangenti-
 bus ordinarij prædicti per se vel alios se intromit-

tant. Fratres quoque si contigerit eos ad huiusmodi
 ordinarios recursum habere, à præfatis Genera-
 bus, Ministris seu Prouincialibus, Prioribus, Ga-
 dianis, & aliis suis superioribus, castigari & puniri
 posse, & debere, neque ipsos ordinarios præfatis su-
 perioribus ordinum huiusmodi vllatenus inhiberi
 quinimo præfatos superiores processus contra fra-
 tres suos & moniales huiusmodi, quando opus fue-
 rit circa delictorum inquisitionem, vel castigatio-
 nem facere posse: decernimus, inuocato etiã ad hoc
 si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Inhibemus
 etiam ipsis ordinariis, ne fratres extra claustra do-
 gentes, sub eorum protectione recipiant, eosque in-
 uentis suis superioribus detineant. Prohibemus quo-
 que eisdem ordinariis, ne aliquo modo se intromi-
 tant in bonis dictorum fratrum extra claustra sua-
 rum monasteriorum pro tempore degenantium
 decedentium, & quanuis in habitu siue absque ha-
 bitu moriantur, volumus quod eorum bona mobi-
 lia & immobilia, ad ordinem quem professi sunt pe-
 tineant disponenda iuxta constitutiones, seu ordi-
 nationes præfatorum ordinum, neque illa ordina-
 rij præfati occupare præsumant, imò huiusmodi
 ad habitum religionis reuerentiam bona omnia
 monasteriis ipsis, cum ea quæ acquirunt monasteria
 de iure monasterio acquirantur, pertinere etiam
 decernimus. Ac ipsis ordinariis, ne quascunque
 niones etiam perpetuas à sede prædicta vel alius
 præfertur hæcenus factas, & pro tempore factas
 de beneficiis Ecclesiasticis, seu illorum fructibus
 quin suum sortiantur effectum impediant
 omnino etiam prohibemus, & censuras Ecclesiasticas

cas, & alias pœnas per eos in contradictores pro tēpore latas, nullius esse roboris vel momēti, similiter decernimus & declaramus. Insuper volumus quod præfati regulares quib⁹ cura animarū inest, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem aut aliàs Vicarios seu Capellanos seculares ipsorum regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos & ab ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos, præfata curam exercere: neque in eorū deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Capellanis seu Vicariis secularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vlllo pacto se intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinariis, ac aliis quibuscunque personis, ne impediant ipsos fratres quando eis placuerit, tam in diebus dominicis, seu festiuis, aut aliis totius anni temporibus, campanas pulsare: & etiam tēpore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare, nec non mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos quādo in Ecclesiis suis præfatis delata fuerint, etiam absque præsentia rectorū Ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse, necessariamque præsentiam rectorum aut aliorū clericorum quin infirmi libere sua possint condere testaments minime esse, ac ipsos regulares legata, aut quæuis alia sibi in testamentis relicta, exigere & obtinere posse, neque aliquod ius in cōtrarium esse, decernimus & declaramus. Volumus etiam, quod puellarum Deo dicandarum, an scilicet coactæ vel seductæ fuerint, examen faciendum, non nisi infra quindecim dies postquam iuxta concilium Tridentinum, Epi-

scopi, vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere non liceat, cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa monasteriorum ingrediantur, sed stent ante cratem ferream, & interrogationes aliter quam eas quæ præfatum Concilium Tridentinum iubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus, quod puellæ, seu nouitiæ ipsæ ad alias interrogationes respondere minimè teneantur. Sessionis verò xxij. capit. viij. neminem nisi à proprio Episcopo ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos etiam sacros ordines à quolibet Antistite gratiam & communionem Apostolicę sedis habente: (ordinarij loci minimè requisita licentia) in locis, seu domibus fratrum huiusmodi, aut alibi, recipere possint. Et insuper sessionis xxij. decretum per quod populum sæpe ad suas Ecclesias, saltem dominicis & maioribus festiuis diebus, conuenire debere monet insequendo: volumus quod fratribus mendicantibus huiusmodi, non solum prohiberi non possit, ne missas, & alia diuina officia faciant in eorum Ecclesiis, verum etiam in quibuscunque aliis vbi celebrari missas solitum est, etiam ipsis non vocatis, seu ad id requisitis celebrare valeant. Ac etiam quod conciones, & lectiones sacre scripture, & sermones pro mortuis, etiam in Ecclesiis suis facere ac eleemosynas pro celebrandis huiusmodi missis, & aliis diuinis officiis peragendis, si eis illas donari seu relinquere contingat, recipere, necnon missas, & diuina officia huiusmodi etiam in diebus do-

minicis, vel festiuis, etiam antequam rector Parochialis Ecclesiæ celebrauerit, celebrare & facere: & quando eis videbitur, etiam si tunc in Ecclesia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quicumque vtriusque sexus Christi fideles, totius anni tempore illas & illa in Ecclesiis fratrum huiusmodi audire possint, ipsique Christi fideles vlla tenus desuper molestari, aut impediri per locorum ordinarios, seu rectores Parochialium Ecclesiarum, aut alios in quoscunque vlllo pacto causa vel occasione non valeant, seu debeant, sed præfati Christi fideles audiendo missas, & alia diuina officia in Ecclesiis fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, præcepto Ecclesiæ de illis audiendis, satisfecisse censeatur. Ipsique Christi fideles, sacramentum, Eucharistiæ, (resurrectionis Dominicæ festiuitate duntaxat excepta) sumere eisque illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad illud faciendum per locorū ordinarios aut Ecclesiarum rectores præfatos seu alios quoscunque (illorum licentia minimè requisita) etiã sub censuris Ecclesiasticis & aliis pœnis, cogi vel compelli possint, seu debeant, etiam decernimus & declaramus. Et licet in cessione xxv. cap. xij. caueatur, quod censuræ & interdicta Ecclesiastica etiam à locorum ordinariis promulgata mandante Episcopo à regularibus in eorum Ecclesiis publicari debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex festis sanctorum: ordinum eorumdem, ac aliàs in aliis festiuitatibus iuxta eorūdem ordinum priuilegia Apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus & earum octauis suspendimus. Controuer-

P A R S Q V A R T A

fias autem omnes de præcedētia quæ eadem sessio-
 ne xxv. cap. verò xij. per Episcopum terminari
 mandantur, non nisi duranter, per illum dirimi: fi-
 nitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus.
 Cùmque licet cap. xi. sessionis xxv. statuat, quod in
 domibus virorum seu mulierum, quibus animarū
 personarum secularium cura imminet, nulli etiā ad-
 nutū amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarij
 consensu ac præuio examine huiusmodi præcedēte,
 ad curā huiusmodi admitti posse omnino volumus
 præfatos regulares. Quartam autem funeralium de
 qua sess. xxv. ca. xij. nequaquam soluere teneantur
 monasteria, quæ à quadraginta annis citra fundata
 existunt, postquam Conciliū ipsum loquitur tātum
 de monasteriis ante annos quadraginta fūdatis, quæ
 ipsam quartam soluere consueuerunt. Et vt solui
 consueuit, id tantū ceræ, & aliorū quæ in aliquibus
 partibus deferri contigerit, tēpore quo defunctorū
 corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de
 Missis, seu legatis, vel aliis fratribus ipsis seu monia-
 lib^o huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet do-
 natis solui debet. Sicque intelligi Concilij decretū,
 quoad quartam huiusmodi soluendam debere de-
 cernimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi
 quartam huiusmodi de nullo supra scriptorū solui
 debere declaramus. Nec ad quartam seu aliam par-
 tem omnium eorum quæ etiam pro ornamento
 Ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pan-
 norum, & aliorum quæ dictis Ecclesiis relinqui vel
 dari contigerit, etiam si pro victu fratrum, aut alijs
 relinquuntur, aliquid contribuere teneantur. Ac
 etiam ius sepulturæ solui tantum cōsuetum curatis,

& non aliquid aliud eis solui debeat, quãuis partes ad earum libitum Ecclesiis ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quæcunque tribuant, seu elemosynas elargiantur quando sepeliuntur ibidem corpora mortuorum huiusmodi: nec propterea impediri debeant, quin possint defunctorum corpora præfata ad eorum Ecclesias tumultanda deferri facere. Inhonestum quoque esse censentes, Mendicantiũ ordines ad aliquorum onerum contributionẽ teneri, illos, illorumque loca etiam si curam animarum habeant, ac quæcunque beneficia illis vnita, ad contributionem pro seminario, aut decimarum aliquarum solutione, immò illos, & eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quæcũque, & ab illis quomodolibet depẽdẽtia eorũque possessiones, vineas, agros, & prata, ac alia quæcunque, tam ad ipsos, quã ad moniales præfatas etiam largitione fidelium, seu aliàs iustis de causis ab eis acquisita, ac pecuniis empta vel aliàs quomodolibet pertinentia, minimè teneri: illõsque & illas, à quibuscunque decimis, primitiis, quartis, mediis, & aliis fructuum partibus necnon subsidiis charitativis etiam per nos concessis, ad quorumcunque etiam regum, principum, & dominorum temporalium instantiam, quacunque etiam vrgentissima & de necessitate exprimenda causa, ac etiam aliis quibuscunque oneribus tam ordinariis, quã extraordinariis, etiam ratione fructuum, olerum, virgultorum, lignorũ, beneficiorum, & aliarum quarumcũque rerum tam pro victu quã vestitu, aut aliàs sibi necessariarum quomodolibet etiam auctoritate Apostolica nunc & pro tempore impositis, ita vt penitus & omnino ad alicuius rei cõ-

P A R S Q U A R T A

tributionem minimè teneantur, omnino eximimus,
 & liberamus: illòsque & illas, ad illos & illa etiam si
 seculares & aliæ personæ quæcunque in eas exigenti
 possessione fuerint, minimè teneri debere volumus
 nec sup. cap. xii. sessionis xxv. cõprehendi posse, vel
 debere decernimus. Quod verò de vsu quæstorum
 eleemosynarum auferendo loquitur sessionis xxi. ca.
 8. id ad mendicantium ordines nullo modo referri
 posse, vel debere, etiam decernimus: quin potius ei
 ex eleemosynis huiusmodi viuere cogatur, eis id fa-
 cere, liberum omnino esse declaramus. Quoniã ve-
 rò ex nimia Episcoporum sibi irrogata auctoritate
 ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subicere
 omnino student, ac decreto Concilij præfati sessio-
 nis xxv. cap. xiiii. edito, quo cauetur, quod si regula-
 ris intra claustra existens, & extra ea ita notorie de-
 liquerit, vt populo scãdalosus sit, termino ab Episco-
 po præfigendo, à suo superiore omnino puniatur,
 sin minus, ab ordinario delinquens puniri possit, cõ-
 fusi variis indebitis que grauaminibus regulares affi-
 ciant ordinarios præfatos aliquid contra regulares
 in claustris degentes huiusmodi quouis prætextu,
 occasione, vel causa innouare non posse, vel debere:
 nec aliquos processus contra ipsas personas regula-
 res formare, aut facere posse volumus: nisi propter
 manifestum scandalum, & suorum ordinum superi-
 oribus prius consultis, & negligentibus: alioquin,
 omnia, & singula contra præmissa facta, & gesta ac
 facienda in futurum, pro nullis & infectis habeantur.
 Licentia verò pro cõstruendis domibus regularibus,
 quæ 4. cap. xxv. sessionis nisi de ordinarij licentia
 construi prohibentur: gratis omnino dari, & non

nisi legitima subsistente causa (superioribus explicanda) illas recusari posse , necnon fratres præfatos (etiam solos) mortuorum corpora associare. Ac mandatum in die-cenæ Domini fieri solitum, in Ecclesiis, seu domibus fratrum cuiuslibet ordinis prædictorum, solènitè facere, & prædicta die prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorum ordinarios, aut rectores Ecclesiarum, seu alios quoscumque prohiberi posse, etiam decernimus, & declaramus. Mandantes etiã vniuersis locorum ordinariis ne mortuorum officia agere Rectores parochialium in Ecclesiis ipsorum fratrum (contra illorum voluntatè) permittant. Ac moniales dictis fratribus subditas, vel personas sepulturam in eorum Ecclesiis eligentes (nulla soluta Parocho portione) sepelire, vel si fratres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absque fratrum huiusmodi præsentia sepeliri facere audeant, vel præsumant. Cùmque maximè deceat, liberam esse cuiusvis testantis voluntatè, paruum illum usum, paruo adhuc tempore (vt præfertur) introductum, per quem testamenta absque presbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omnino abrogamus. Postremo quod cap. xiiij. sessio. xxv. cautum fuit, quòd omnes scilicet tam clerici, quam regulares quicunque ad publicas processiones vocati accedere compellantur: id quo ad fratres præfatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundum consuetudinem antiquam locorum, soliti sunt accedere: vel quæ pro bono pacis Ecclesiæ, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiam de illis conuentibus, qui collegia nuncupantur, minimè intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori

P A R S Q U A R T A

clausura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant: sed tantum studiis, & lectionibus vacent. Præterea si fortè inter Episcopos, vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas & præfatos fratres, seu moniales, aut eorum aliquos, super præmissis vel aliquo eorum, coram quocumque seu quibuscumque iudicibus etiam causarum palatii Apostolici, Auditoribus, ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tam in Romana Curia quam extra eam, vbilibet lis, seu lites respectiue pendeant: nos litem seu lites, & causam, vel causas huiusmodi ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarum statum, ac nomina & cognomina iudicum, & colligatum præsentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuum silentium desuper imponimus. Ac super, vt facilius præmissa omnia illibata persistant, omnia & singula priuilegia, immunitates, indulgentias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias, quæ decretis Concilij Tridentini aliàs quam vt superius est dictum, concessum & declaratum, non contrariantur, expressè eisdem fratribus, nec non monialibus quibuscumque, & sororibus tertij ordinis prædictorum ordinum respectiue ordinibus, ac illorum Ecclesiis, domibus, & personis etiam viuæ vocis oraculo in genere vel in specie tam per recolendam memoriam Eugenium quartum, Sixtum quartum, Leonem decimū, Paulum tertium, ac dictum Paulum quartum, & Pium etiam quartum, quam alios quoscumque Romanos Pontifices etiam prædecessores nostros, ac nos & sedem eandem quomodolibet concessa, confirmata, & innouata: nec-

non nostras, & prædecessorum nostrorum, ac alias quascunque desuper confectas literas, quarum omnium tenores, ac eorundem prædecessorum nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimenda, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissio, & forma in illis tradita obseruata, inser ti forent: etiã præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus: eaque perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus superioribus, & personis ordinum huiusmodi, necnon aliis quibuscunque quos illa cōcernunt, suffragari debere seu posse volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam spirituales, quam temporales, modo & forma quibus concessa sunt etiam per viam communicationis, & extensionis actiue & passiuæ inter se, & alios quoscunque ordines respectiuè, de nouo concedimus: illaque omnia & singula ad domos, & loca quæcūque dictorum mendicantium ordinum, & monialium quarumcunque, ac fororum de tertio ordine nuncupatarum in congregatione viuentium dictorum ordinum (vt præfertur) hætenus recepta, & impostera excipienda. Necnon eorum personas & bona, etiam si priuilegiorum, & aliarum gratiarum præfatorum autentica originalia, propter temporis antiquitatem, vel varias Urbis ruinas, depredita existant (dummodo de eis alias legitimè cōstet) extendimus & ampliamus. Et sic in præmissis omnibus & singulis per quoscunque iudices & per-

sonas quavis auctoritate fungentes, etiam Cardinales, & Auditores præfatos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & diffiniri debere necnon quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter cõrigerentur, irritum & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis nostro prædicatorum Cardinali Protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum, ac curiæ causarum Camera Apostolicæ etiam Generali Auditori, nunc & pro tẽpore existentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcũque, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, præsentem, & in eis contenta, huiusmodi firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ concernunt, pacificè frui & gaudere, non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper, contra præsentium tenorẽ per quoscuñque (etiam locorum ordinarios) quomodolibet, indebitè molestari, contradicentes quoslibet & rebelles, per cẽsuras & pœnas Ecclesiasticas, aliãq; opportuna iuris remedia (appellatione postposita) compescendo, legitimisq; super his habẽdis, seruatis processibus, cẽsuras & pœnas ipsas (etiam iteratis vicibus) aggrauando, & interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Non-

obstantibus præmissis, & aliis Apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Episcopis, vel quibusuis aliis personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie: etiam motu simili, ac alias quomodolibet concessis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma: ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum (nihil prænitens omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent: presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Necnon omnibus illis quæ in literis confirmationis & innouationis, priuilegiorum eorundem, alias per eisdem Paulum quartum & Pium etiam quartum prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum minorum huiusmodi concessorum, concessum est, non ob stare contrariis quibuscunque. Aut si locorum ordinariis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspē-

di vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, nõ facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Et quia difficile foret, earundem præsentium literarum notitiam ad quascunque personas peruenire, & vbiq; illas præsentare, etiam motu & scientia similibus volumus, & decernimus, quod trãssumptis earundem præsentium literarum, (etiam per impressionem factis) manu alicuius Notarij publici subscriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur præsentibus literis originalibus (si præsentarentur vbiq;) adhibeatur tam in iudicio quàm extra illud, plena & indubitata fides.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, suspensionis, statuti, decreti, mādati, abrogationis, auocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, concessionis, extentionis, ampliationis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, decimo septimo Kal. Julij Pontificatus nostri Anno secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumy.

Registrata apud Casareum Secretarium.

Not



OS Marcus Antonius miseratione diuina
 S. R. F. Presbyter Cardinis tituli S. Siluestri
 Bobba nuncupatus, omnibus, & singulis
 presens litterarum Apostolicarum concessio-
 nis, declarationis, confirmationis, & volun-
 tatis sanctissimi D. Pij diuina providentia Papae quinti, in
 fauorem mendicantium, impressum transumptum visuris,
 lecturis, pariter & audituris, notum facimus, & in ver-
 bo veritatis attestamus, qualiter cum supradictis origina-
 libus Apostolicis litteris, quas non cassas, non abolutas, nec
 in aliqua sui parte suspectas vidimus, & cum praemisso tra-
 sumpto auscultauimus, concordat. In quorum omnium fi-
 dem & testimonium ad instantiam R. P. F. Pompei Ragu-
 sij ordinis Carmelitarum sacrae Theologiae Doctoris, eius-
 demque ordinis procuratoris generalis vices gerentis, has
 presentes nostras attestationis litteras etiam imprimi, &
 nostri soliti sigilli (quo in similibus utimur) impressione
 communiri, & per Notarium infra scriptum subscribi feci-
 mus. Actum & Datum Roma in aedibus nostris, Anno
 à natiuitate Domini 1567. Indictione Decima, Die vero
 28. Iulij. Pontificatus eiusdem Sanctissimi D. N. Pij Papae
 quinti. Anno secundo.

Mra



OMNIVM PRIVILEGIORVM FRAT
TRVM MINORVM DE OB-
servantia,

Quos vocant, monialiumque sanctæ Claræ, necnon
de pœnitentia nuncupatorum ordinibus, per
summos Pontifices concessorum, confirmatio
per S. D. N. Gregorium huius nominis XIII.
nouiter facta fœliciter incipit.

*Gregorius Papa XIII. ad perpetuam
rei memoriam.*

HX benigna Sedis Apostolicæ prouisione
prouenire dignum est, vt persona Dei
deuotæ sub regulari castimonia Domi-
no militantes pia deuotione proficiant,
vnde Romanus Pontifex quando quæ per præde-
cessores suos pro religionis conseruatione, & aug-
mento, ac personarum earundem quiete, & com-
modo concessa approbat, & innouat, ac appro-
bata & innouata Apostolica auctoritate commu-
nit. Sanè pro parte dilecti filij Christophori de ca-
pite fontium moderni Generalis Ministri ordinis
fratrum Minorum de obseruantia nobis nuper ex-
positum fuit, quod cum inter operarios, qui ad ex-
collendam vineam Domini Sabaoth Dei gratia
ordo ipse fratrum Minorum magnos probitatis, &

doctrinæ, ac animarum salutis fructus semper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, & exinde pro suis sanctis studiis, honestisque laboribus, proque salute animarum ab Apostolica sede, cuius continue pacem, & dignitatem ordo idem fortiter tutatus est, tam spiritualia quàm temporalia subsidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus & sua sancta officia, ac vitam suam regularem facilius, atque magis expedite transigere possint, & cætera religiosæ personæ, ordinisque alij exemplo ipsorum promptiores, alacrioresque ad sua officia persoluenda reddantur, cumque etiam ex ipsius sedis prouisione, ac benigna dignatione prouenire dignoscatur, vt Romanus Pontifex quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innouet, ac Apostolica auctoritate innouata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristinum statum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri nonnullas gratias, concessiones, indulgentias, peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia & singula priuilegia, & indulta tam spiritualia, quam temporalia etiam per solam signaturam, aut per oracula viuæ vocis, tam pro foro conscientie, quam foro fori, tam prædictis fratrum Minorum, quàm Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorumque superioribus fratribus, monialibus, & sororibus, ac vtriusque sexus personis, & monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque dictorum ordinum nunc,

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM
& pro tempore existentibus in genere vel specie,
etiam per modum communicationis siue exten-
sionis priuilegiorum inter se, ac etiam cū aliis quibus-
cunque ordinibus mendicantibus & non mendican-
tibus concesserunt, aut iam concessa confirmarunt,
& approbarunt prout in singulis concessionibus, &
litteris eorundem prædecessorum desuper confectis
plenius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem
expositio subiungebat, illa quæ sæpius Apostolica
auctoritate præfata munita existunt, maiorem ob-
tineant roboris firmitatem, dictusque Christopho-
rus Minister Generalis cupiat priuilegia, facultates,
concessiones, indulta, dispensationes, & singulas al-
ias gratias huiusmodi etiam per nos approbati, in-
nouari, & confirmari, pro parte eiusdem Christopho-
ri nobis fuit humiliter supplicatum, vt iisdem priui-
legiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus,
fauoribus, conseruatoriis, declarationibus, facultatibus,
dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis,
& indultis pro illorum obseruantia nostre approbationis
robur adiicere: aliasque in præmissis opportune
prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur,
qui omnium votis, præsertim illis, quibus sub suauis
religionis iugo diuini laudibus, & Christianæ religionis
augmento incumbentium personarum tranquillitati, & com-
moditati consulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus
prosequimur opportunis, huiusmodi supplicationibus
inclinati, præmissa, ac omnia, & singula alia priuilegia,
immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas,
fauores, conseruatorias, declarationes, facultates,
dispensationes, gratias, concessiones, indul-

gentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis ordinibus medicantibus, & non medicantibus, eisdem fratrum Minorum regularis obseruantia, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordinibus etiam in congregatione sub trium votorum substantialium professione, & eorūdem superiorum ordinis Minorum regularis obseruatiæ huiusmodi obedientia de gentibus, ipsorumque superiorum fratribus, monialibus, sororibus, ac vtriusque sexus etiam singularibus personis, necnon monasteriis, domibus, Ecclesiis, & locis quibuscunque, in genere, & in specie, etiam per solam signaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias ram per præfatos, ac quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos & sedē prædictam, quàm Imperatores, Reges, & alios principes sub quacunque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus singulas desuper confectas literas, & in eis cõtenta, & inde secuta quæcunque, illorum omnium tenores, & formas datas, effectus, & decreta in illis apposita ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes dicta auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, quatenus sint in vsu, & sacris canonibus & decretis sacri Concilij Tridentini non aduersentur, approbamus, & confirmamus, & innouamus, perpetuamque roboris firmitatē obtinere & firmiter obseruari, necnon

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM
ordinibus fratrum Minorum regularis obserua-
tiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia nuncupato etiam in congregatione sub obedientia fratrum Minorum de obseruantia huiusmodi de-
gentibus Superioribus, fratribus, monialibus etiam
tertiariis nuncupatis, sororibus, personis, monaste-
riis, Domibus Ecclesia, & locis præfatis, etiam per
modum communicationis, & extensionis huius-
modi suffragari, illisque frui, vti & gaudere quan-
do & quoties opus fuerit posse, & debere in iudicio
& extra, ac etiam in foro conscientie in omnibus,
& per omnia, perinde ac si specialiter, & expresse
eisdem fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio
de pœnitentia nuncupato ordinibus concessa fuis-
sent, decernimus, supplentes omnes, & singulos iu-
ris, & facti ac solemnitatum etiam de iuris necessi-
tate, aut alias quomodolibet requisitarum forsan
omissarum, & alios quoscunque defectus, si qui for-
san interuenerint in eisdem. Quocirca venerabili-
bus fratribus, Corduben. & Leodien. Episcopis, ac
dilecto filio Curie causarum Camere Apostolica
generali Auditori per easdem præsentibus committi-
mus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus
eorum per se, vel alium, seu alios, faciant aucto-
ritate nostra præsentibus litteras, & in eis contenta
quæcunque plenum eorum effectum sortiti, illis-
que omnes, quos concernunt, pacifice frui, &
gaudere. Non permittentes quemquam desuper per
quoscunque quomodolibet indebite molestari, cõ-
tradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascun-
que, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ec-
clesiasticas, ac alia oportuna iuris remedia appella-

tione postposita compescendo, ac legitimis super
 his habendis seruatis processibus, etiam iteratis vi-
 cibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc si opus
 fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præ-
 missis, ac constitutionibus. Super cathedram Boni-
 facij, & Dudum. Viennensis Cōcilij ac Clemētinæ,
 Religiosi de priuilegiis, & Dudum. de sepulturis, ac
 etiam. Ex sequentibus. de sententia excommunica-
 tionis, ac extrauagāte. Ad conditorem. Ioannis vige-
 simi secundī, cum aliis constitutionibus eandem
 prædictæ materiæ extrauagantis tangentibus, seu
 concernentibus, ac regulis cancellariæ Apostolicæ
 editis, & in futurum edendis, ac piæ memoriæ Bo-
 nifacij Papæ 8. etiam prædecessoris nostri de vna, &
 in Concilio generali de duabus dietis editis, dum-
 modo non vltra tres dietas aliquis, præsentiuū vigo-
 re ad iudicium extrahatur, aliisque apostolicis con-
 stitutionibus, ac prouincialibus, capitularibus, ge-
 neralibus, & specialibus, cōstitutionibus, & ordina-
 tionibus etiā in vltimo generali Lateranensi Cōci-
 lio celebrato, aliisque; Conciliis editis, necnō statutis,
 & consuetudinibus, etiā iuramento, confirmatione
 Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, &
 priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiā
 in forma breuis per Leonē decimum, Clementē se-
 ptimū, Paulum tertium, Iulium etiam tertiū, Paulū
 quartum, Pium etiam quartum prædictos, ac etiam
 Pium quintum, & quoscunque alios Romanos Pō-
 nifices prædecessores nostros, ac etiam nos, & sedē
 eandem etiam motu proprio, ac scientia & potesta-
 tis plenitudine similibus, ac cū quibusuis irritatiuis,
 annullatiuis, cassatiuis, etiā priuilegiorum eorundē

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM
reuocatiuis, restrictiuis, reseruatiuis, exceptiuis, re-
stitutiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac dero-
gatoriuarum derogatoriis, aliisque efficacioribus ef-
ficacissimis & insolitis clausulis quomodolibet eorū
pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus
omnibus etiam si pro illorum sufficenti derogatio-
ne de illis eorūque totis tenoribus specialis speci-
fica, expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem importan-
tes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut
aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret,
etiam quod in eis caueatur expresse, quod illis nul-
latenus, aut non nisi sub certis modo & forma de-
rogari possit tenores huiusmodi, ac si de verbo ad
verbum nihil pænitus omissio, & forma in illis tra-
dita obseruata inserti forent, præsentibus pro suffi-
cienter expressis, & insertis habentes, illis etiam in
suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specia-
liter, & expresse derogamus: Aut si aliquibus com-
muniter, vel diuissim ab eadem sit sede indultum,
quod interdici, suspendi, vel excommunicari non
possint per litteras Apostolicas non facientes plenā
& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hu-
iusmodi mentionem, cæterisque contrariis quibus-
cunque. Verum quia difficile foret præsentibus litte-
ras ad singula quæque loca, in quibus forte opus es-
set, deferri, volumus, & pariter Apostolica autori-
tate decernimus, quod illarū transumptis manu no-
tarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ
in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ, seu curiæ Eccle-
siasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, &
extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhibere-

tur si forent exhibitæ vel ostensæ, Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris Dei xxj. Maij. M. D. LXXV. Pontificatus nostri Anno tertio,

Cæ. Clorierius.

Nos Franciscus Alciatus nuncupatus ac protector ordinis Sancti Francisci miseratione diuina, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tituli Sæctæ Mariæ in porticu, Mediolanensis Cardinalis, Omnibus, & singulis præsens transumptum litterarum Apostolicarum confirmationis, & inuouationis priuilegiarum fratrum Minorum de obseruantia per Sanctissimum Dominum Gregorium Diuina providentia Papam tertiumdecimum factæ visuris, lecturis pariter & audituris, notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qualiter cum originalibus Apostolicis litteris quas non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas vidimus, concordat in quorum omnium fidem, & testimonium, ad instantiam admodum R. P. F. Christophori à capite fontium totius ordinis Sancti Francisci de obseruantia Generalis Ministri, has præfentes nostras attestationis litteras, etiam imprimi, & nostri soliti sigilli (quo in similibus utimur) impressione communiri, & per Notarium infra scriptum, subscribi fecimus, Actum & Datum Romæ in edibus nostris, Anno à natiuitate Domini 1575. Indictione Tertia, die vero xxv. Maij. Pontificatus eiusdem Sanctissimi D. N. Gregorij tertiumdecimi Anno quarto.

F. Card. Alciatus protector.



SEQVITVR PARS QVINTA
HVIVS MANIPVLI.

*Incipit ordinarium vite religioſe: editum à ſancto Be-
nauentura: Cardinali, de ordine
fratrum Minorum.*

Caput primum.



RELIGIO munda & immaculata apud
Deum & patrem: hæc eſt immacula-
tum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Iacobi
primo. & vt dicit Auguſtinus de vera
religione, Religio à religando dicitur:
quia religationem animarum tribus digna
facit, ſancta obedientia ſubiugante, paupertate ab-
leuante, caſtitate ſubleuante. Nam obedientia au-
fert vel ligat propriam voluntatem & per conſe-
quens infernum. Bernardus. Tolle propriam volun-
tatem & non erit infernus. Paupertas aufert vel li-
gat terrenam cupiditatem: & per conſequens om-
ne malum: quia radix omnium malorum eſt cupi-
ditas.

Caſtitas aufert vel ligat carnalem ſæditatem: et
quo facit hominem angelum, quia vt ait Hierony-
mus. In carne præter carnem viuere non terrena vi-
ta: ſed eſt cæleſtis. Religio ergo vt ait Apoſtolus

P
munc
eſt: ſ
in ſua
pta &
orato
tem p
in ref
rio. H
orato
mito

A
ſemp
que p
qua p
nem
ratio
tio, v
bet o
ad co
cum
ſtio o
cont
hum
conſi
turan
culpa
diſti
ideo

munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est: scilicet observatio præmissorum. Quæ religio in sua puritate accepta vt summæ Trinitati sit accepta & grata debet habere maximam sanctitatem in oratorio, grauitatem firmam in claustro, humilitatem profundam in capitulo, sobrietatem cõtinuam in refectorio, & honestatem nitidam in dormitorio. Iste sunt partes in quas diuiditur monasterium, oratorium, claustrum, capitulo, refectorium, dormitorio.

Caput 2.

AD Ecclesiam igitur sono vocatus campanæ signo audito statim illuc ire festina: ita quod sis semper primus in eundo & vltimus recedendo: ibique præpara cor tuum Domino per deuotionē. De qua præparatione dicitur in psalmo. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ad istā præparationem tria requiruntur. s. ab exterioribus reuocatio, vt anima ad nihil intēdat nisi ad Deū. Vnde debet omniū visibiliū obliuisci vt impermixta frenis: ad cœlestia cito vadat. Vnde dicit Dominus. Tu autē cum oraueris: intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuum. Sed quia nemo ascendit ad contemplationem Dei nisi prius descendat per sui humiliationem, ideo requiritur propriæ prauitatis consideratio. Considera ergo quam vilis es per naturam quia vermis, fœtor, horror, quam vilis es per culpam: quia creatorem tuum suis stipendiis ostendisti & impugnasti: & ad iracundiam prouocasti, ideo non es dignus exaudiri. Secundo requiritur,

P A R S Q V I N T A

beneficiorum Dei recordatio. Considera igitur & cogita maxima beneficia Dei : quia cū deberes pro demeritis tuis in inferno æternaliter cruciari, voluit ipse Dei filius pro te redimēdo de muliere paupercula nasci: crudelissima supplicia pati, & horribili morte mori: vt tibi æternam vitam redderet. Quando in Ecclesia vel alibi ad diuinum officium celebrandum accedis dicas illud cum profunda reuerentia & timore: non sis ibi cum vagatione mentis quia sicut ait Bernardus. Magna est abusio habere os in choro & cor in foro. De talibus dicitur per Prophetam: ore suo benedicebāt: & corde suo maledicebant. Et in Euangelio. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Quando diu verò stas in officio taliter sis honestus vt nō respicias circumstātes ne cum aliquo loquaris nisi necessaria sed capite aliquantulum inclinato, oculis demissis, manus habeas ante te in modū crucis, ac manum in manu. nūquam in sinu vel cubito apponatur cogitans non solum te esse coram fratribus sed etiam coram Deo & angelis eius. Vnde propheta. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. Sis sollicitus ire ad librum & nihil facias ibi negliger: quia maledictus est qui facit opus Dei negliger. Vide ne ibi aliquid facias vel dicas quod alios prouocet ad ridendum, sed mens tua semper sit cum Christo dicendo cum Propheta. Et erunt complacent eloquia oris mei & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Ante horam vel partem particulam passionis Christi quæ competit ad memoriam reuoca cum lachryinis si potes. Attende officium quod dicis vel ad Deum cui in officio lo-

quer
dera
ad
tim
defie
dica
& su
cœp
tas
alia
con
folli
bus
& d
cta
refu
ran

Q
steri
eori
clau
blas
laud
lach
nate
ad n

queris: vel ad illud quod in officio impetrare desideras. In omni oratione quam facis magis studeas ad deuotionem quam ad consummationem vt statim cum inueneris aliquam lachrymam vel Iesum desideratum vltcrius non procedas, sed eo fruiere vt dicas cum sponsa. Inueni quem diligit anima mea. & subtrahete te Iesu orationem perficias quam incepisti. Orationes tuas consuetas nunquam dimittas sicut septem Psalmos & vigiliis mortuorum & alia quæuis. Quotidie semel ad minus à fratrum consortio separatus stude animum tuum ab omni sollicitudine reuocare: & tunc illicitis cogitationibus impermixtus cum profunda cordis humilitate & deuotione, & gratiarum actione recogita cuncta beneficia saluatoris & creatoris. Ad vltimum resurge de Dei misericordia qui dicit: quicquid orantes petieritis credite, & accipietis.

Quo modo te debes habere in claustro.

Caput 3.

QVANDO CVMQUE eris in claustro claustrum recordare inferni: quod vt euaderes in monasterij claustro voluisti te includere. & ideo cõtraria eorum qui exsoluuntur in claustro inferni & in tuo claustro. Nam in claustro inferni Deus continue blasphematur: & tu in tuo claustro cõtinue Deum lauda. ibi lachrymæ emittuntur doloris: & tu hic lachrymas emitte deuotionis. Illud claustrum damnatorum carcer vocatur. infernus tuum claustrum ad modicum potest te claudere tempus. Post quod

P A R S Q V I N T A

te patrię assignabit cęlesti: ibi varię inferuntur pę-
nę, sed non ad gratiam te semper in clauſtro tuo as-
ſigere ſtudeas ad coronam. Et quia ille carcer om-
nis ſuperbię dicitur domus vt illum poſſis vitare in
tuo clauſtro cum omni humilitate ſtudeas conu-
ſari. Si autem aliquem fratrum tuorum ſenſeris in-
firmari clauſtrum egrediens illũ ſtudeas viſitare: et
eum ad minus tribus vicibus in die conſolari cura-
bis. Seruitium ei impendas ſi neceſſe fuerit: quia di-
cit regula quod fratres debent ſeruire inſirmis ſicut
vellent ſibi ſeruiſi. Stude autem diligenter non ſo-
lum in clauſtro: ſed & in omni loco alio, in omni
opere & dicto honeſtatem & humilitatem tenere.
Si ergo eas deſideras habere, habeas frequentem
& ſeruentem orationem. Stude etiam inhoneſta &
ocioſa verba vitare. quia ſecundum Apoſtolum.
Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Inho-
neſtorum & indiſcretorum ſemper conſortia fuge.
Iudos manuum & maxime cum iuuenibus fuge.
Nunquam loquaris cum aliquo niſi verba pręmo-
ditata, ordinata & vtilia, quia dicitur in ſcripturis
Omnia verba tua prius veniant ad limam quam ad
linguam. Non ſis murmurator & iudicator aliorum
niſi manifeſte fecerint contra Deum porius repre-
henſus genua flectens ſtatim dicas culpam tuam ſi
ſis culpabilis ſiue non. Nam ſecundum Gregorium
bonarum mentium eſt cognoscere culpam, vbi cul-
pa non eſt. Quando vadis per domum habeas gra-
tus mites, manus continętes, oculos non vagos ſed
demiſſos. quia ſecũdum Iſidorum: Impudicus ocu-
lus impudici cordis nunciuſ eſt. Et quodcumque
videris fratres non de Deo loquentes vel de factis

ſcrip-
ſeru-
po-
diu-
quo-
ladi-
Mu-
ad l-
tion-
qua-
riur-
dele-
te v-
niſi-
culo-
do v-
loq-
cum-
mo-
nun-
tas t-
liti-
fun-
cau-
licio-
inq-
quo-
cie-
mel-
reg-
tia-

scriptura: statim recede ab eis. Et vt melius prædicta serues: stude semper humilitatē habere. Toto tempore vitæ tuæ strictum silentium serua, maxime in diuino seruitio & in mensa. Dicit enim Gregorius quod mens quæ non habet murum silentij: de facili lædi potest iaculis inimici. Ideo dicit Augustinus. Mutum debet esse os hominis nisi ad tria. scilicet ad laudem Dei, ad accusationem sui, ad ædificationem proximi. Toto tempore vitæ tuæ studeas quantum poteris bono modo familiaritates secularium deuotare. Generatio enim peruersa est & infideles filij. Cum autem fueris cum eis aliqua vtilitate vel cogente necessitate caue ne loquaris cum eis nisi necessaria & vtilia. Et si ipsi loquerentur de seculo vel de guerris: non acquiescas eis respondendo vel interrogando: dicens cum propheta. Non loquatur os meum opera hominum. Et sis semper cum eis timidus non securus, humilis, beniuolus, & modestus. Mulieres vero fugias sicut serpentes: & nunquam loquaris cum aliqua nisi vrgens necessitas te compellat: nec respicias faciem alicuius, Moliti sunt enim sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula. Nec tamen quia sanctæ sunt: non minus cauendæ sunt. Quo enim sanctiores sunt: magis illiciti, vt ait Augustinus. Et sequitur. Crede mihi inquit: Episcopus sum, non mentior, in Christo loquor Cedros Libani & grâdes abietes sub hac specie reperi corruisse. De quibus non minus præsumebam quam de Gregorio & Ambrosio. Vnde in regula dicitur, fratres non habeant suspecta confortia vel colloquia mulierum.

VERVM quia defectus clauſtri in capitulo
 corriguntur: quando illud ingredieris niſi vo-
 catus fueris nomine vel culpa nihil loquaris. Tuam
 culpam humiliter recognoſce, reuerenter exprime.
 Aliorum culpas quantum potes excuſa ne in pre-
 ſumptuoſum labaris iudicium. Semper capitulum
 conſiſtorium tibi repræſentet diuinum. Prælatu
 iudicem fratres ſine culpa ſanctos, ſed fratres deſe-
 ctuoſi peccatores miſericordiam poſtulant. Si ali-
 qua pœnitentia imponatur de qua tibi ius non vi-
 deretur patienter feras, quia tibi erit ad meritum
 dato quod non præceſſerit viciũ vt patientiæ Chri-
 ſti videaris exemplum. Cum capitulum fueris in-
 greſſus: ne patientiam perdas ſemper vade ſuſpe-
 ctus ne aliqua tibi inferatur iniuria vt ſuper male-
 dicentibus benedicas: iniuſtitiam facientibus gra-
 tias referas vt ſemper Chriſtum repræſentantes imi-
 riatum. Si tibi aliquod verbum dicatur opprobri-
 caput inclina, genua flecte, & Deum lauda dicen-
 do. Gratias ago contumeliis Chriſti, qui pro me
 multa pertulit falſa, & ego pro amore eius maiora
 horum paratus ſum ſuſtinere. Quod poſtquam ſe-
 ceris nunquam inferenti tibi iniuriam obſequium
 deneges, nũquam ſubtrahas verbum nec in aliquo
 mutes vultum vt flagellorũ Chriſti videaris ſigna-
 culum: & ſemper humilitas eadem in vultu appa-
 reat & geſtu. Eſt enim vera humilitas ſpernere mi-
 ſum, ſpernere nullum, ſpernere ſeipſum: ad quam
 peruenire poteris, obſeruantiam in mira dulcedine
 habebis

habebis. Quam vt obseruare valeas semper te contemnas atque despicias. Omnes fratres meliores te reputa: & quod eorum consortio non es dignus. Laudes tuas sicut cantum audias Syrenarum, nec dicas sine dolore cordis verbum pro quo credas te sapientem debere vel sanctum ab hominibus reputari. Et si te contemni senseris lætare quia Christum contemptum iam imitari meruisti. Et hæc est pura via perueniendi ad portum salutis vel ad viam perfectionis: ad quam etiam conseruandam multum confert asperitas vestis & vilitas. Cum igitur ex regula teneamur obedire prælati nostris in omnibus quæ non sunt contraria regulæ & animæ nostræ: stude toto tempore vitæ in omnibus eis subiacere & semper humiliter obedire non solum Prælati, sed etiam aliis. Et non cures quis est qui præcipit. Vnde Gregorius, non licet subditis discernere sed statim simpliciter obedire, imo vltro se offerre. Vnde cogita dictum Bernardi quod nil ardebit in inferno nisi propria voluntas. Cogita etiam de humilitate. Vnde quanto illud quod obediencialiter tibi imponitur est asperius & durius & carni horribilius: tanto ad ipsum patientior debes esse ex animo. Obedientias autem fauorabiles pro viribus declina: quia ibi non est tantum meritum.

De obseruantia refectorij, hoc est quomodo religiosus se habere debeat in refectorio.

Caput 5.

QUAM autē prandij hora venerit vel cœnæ, statim cū campanā audieris: te ante refectorium

Nn

P A R S Q V I N T A

repræsenta vbi stans vel sedens in silentio studeas permanere: & dicas Pater noster pro benefactoribus viuis quoties poteris. Mensam autem ingrediens cogita te pauperū comesturum laborem, vel sudorē: tunc incipias comedere cum timore, & dolore vt verificetur in te illud Iob: Antequam comedam suspiro, lectionem libenter audias. Sis semper ibi honestus capite cooperto, oculis non diffusis. Nulli loquaris sine magna necessitate. Et ne cures scire quid & quantum alij comedant. Et non sis primus in comedendo: nec vltimus in finiendo. Et dum sanus es nunquam panem eligas meliorem: ne Deum offendas & proximum scandalizes. Sis contentus in appositis & alia non desideres: quia secundum Augustinum. Mens ciborum nimietate lassata: orationis & deuotionis perdit vigorem. Et secundum Hieronymum. Vbicunque fuerit saturitas: ibidem libido dominatur. Ideo primum caueas ne vinum forte aut purum bibas, ne quod datur ad nutrimentum fiat tibi ad detrimentum. Dicit enim Apostolus. Modico vtere vino propter stomachum: qui inter omnia luxuriosa res est vinum. Specialia non procures: nec oblata recipias si vitare possis bono modo. Caue etiam ne modum excedas in abstinento: quia sicut dicit Hieronymus. Tātū tibi ieiunium impone: quantū ferre poteris. Melius est tibi sumere parum quotidie quam raro multum. Semper enim dum sanus es cibariis communibus sis contentus: scilicet pane, vino, & pulmento tantū. Et si tibi aliud apponatur si indiges accipias: & hoc moderate sicut decet seruū Christi & zelatorē sanctissimę paupertatis. Cibaria vero quę magis prouocāt ad gulam quę

ad sustentationem semper deuota: sicut sunt cibaria speciebus composita & similia, nam sicut dicit Bernardus Monacho satis est ad omne condimentum sal cum pane. Nunquam vero occasione sibi dimissa permittas tibi dari aliū qui carior reputeretur: quia tunc non esset abstinencia sed simulata sanctitatis apparentia. Caue & ne abstinendo manducantes iudices vel contemnas: sed sicut dicit Apostolus. Qui non manducat: manducantem non spernat. Si aliqua abstinencia tibi aliquādo videtur dura, cogita de domino Iesu: qui cum esset verus Deus in anxietate patibuli fatigatus: spinis coronatus: clauis perforatus sitiēs felle & aceto potatus: & sic quamlibet asperitatem facile sustinebis. Ait enim Gregorius & Augustinus. Si passio domini ad memoriam reuocetur: nihil est tam graue quin æquo animo tollatur. Omnem superfluitatem deuota & auiditatem quia sunt incendium & nutrimentum luxuriæ. Si autem citius comestionem te terminare contingat diuinæ prouidentia cogita largitatem qui beneficia sua tibi administrare non cessat: licet non recognoscas sicuti deberes. Cum mensam fueris egressus Deum deuotissime lauda: & ei gratias referre non cesses. Quibus completis trahas te ad partem & viginti Pater noster pro animabus illorum dicas quorum quæ sumpstisti fuerunt vel dicas vigiliis mortuorum. Item quotidie dicas psalmos pœnitentiales pro benefactoribus viuis quæ dicta suffragia hic apposui ea ratione. Cum autē paupertas sit totius ædificij spiritualis fundamentum. Ideo in omnibus strictam paupertatem obserua sicut præcipitur in regula vt nihil sub cœlo habeas ni-

P A R S Q V I N T A

si ea quæ necessitati tuæ per regulam conceduntur. O minores iterum dico notate. Nam ista transitoria sunt contraria æternis. Ideo sis semper in terra pauper si de cœlo non desideres repelli. Ait enim Gregorius. Vnusquisque tanto à superno amore disjungitur: quanto inferius delectatur. Ergo per locum à contrariis quanto quis fastidit terrena: tanto Deo propinquus est. Ex quo ergo per penuriam terrenorum peruenitur ad gloriam beatorum, stude semper ad strictissimã paupertatẽ: habere etiã ipsa necessaria time. Attende vt nihil habeas in cella nisi illa sine quibus esse bono modo nõ potes: & etiam de rebus minimis & parum valentibus dico: ne forte negligendo pauca vel minima paulatim cadas ad maiora: neque etiam habeas nisi illa quæ euidenter necessitas exigit manifesta nõ possibilis, sed actualis: hoc enim pertinet ad ius altissimæ paupertatis. videte fratres qui affluitis iocalibus necnon præciosis rebus.

De obseruantia dormitorij. Caput 6.

CVM ad hora perueneris dormiendi antequam ingrediaris lectũ: omnes affectus, cogitatus & actus quos in die fecisti cum amaritudine animæ ad memoriam studeas reuocare quos velut fasciculos doloris ante te constitue. Et nunquam in lecto te ponas nisi fueris contritione repletus ne hostis super te potestatem accipiens reumate vel alio modo te dormientem extinguat & ad dolores (quos Deus auertat pertrahat damnatorum: deinde aspergas te aqua benedicta. In lecto autẽ sic positus donec somnus te occupet dicas aliquos psalmos vel passionem

Christi meditare. Si autem molestus fueris cogitationibus malis: statim fugias ad Ecclesiam dicendo. Exurgat Deus & dissipantur inimici eius. Et caueas ne eundo vel redeundo fratres conturbes quiescentes: ut Deo primo & fratribus omnibus esse valeas gratus. Sed quid profunt hæc litteræ admonitionis nisi deleas de libro conscientiæ tuæ litteras mortis? Quid profunt hæc scripta & intellecta: nisi temetipsum legas, & intelligas: ut cognoscas teipsum & legas & diligas Deum, ut pugnes & vincas mundum & omnem inimicum quatenus labor tuus cōuertetur in requiem vel quietem. luctus in gaudium & post tenebras huius vitæ videas ortum surgentis auroræ: videas etiam meridianum solem iusticiæ in quo sponsum pariter cum sponsa perspicias vivere eundem dominum gloriæ: qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

De quibus communiter debent confiteri fratres. Caput 7.

PRimo de diuino officio: secundo de inobedientia: tertio de tempore male expenso: quarto de ingratitude: quinto de negligentia & bonorum omissione: sexto de peccatis cordis: septimo de peccato oris: octauo de peccato operis.

Primo de diuino officio. s. de eius omissione, anticipatione, dilatione, festinatione, replicatione sine attentione ad verba ad sensum, & ad finem: de imprecatione in principio & irreparatione siue irreuerentia, siue hylaritate, siue timore & grauitate, siue

P A R S Q V I N T A

humilitate, immo cum multa superbia, vana gloria, sine deuotione & feruore. Secundo: de inobediētia, quia nō obediuit præceptis Dei: regulæ Prælati, magistri, & spiritus sancti, vel bonis instinctionibus Dei quia non dilexit ex toto corde, &c. non obediuit regulæ in paupertatis zelo & in visitatione infirmorū vel aliis Prælati & magistris quia non obediuit humiliter, libenter, hylariter, simpliciter, perseveranter, prudenter, festināter: sed totum oppositum. Tertio de tempore male expenso: in ocio, in somno, in occupatione inutili, vel parū fructuosa relicto maiori bono, exponendo tempus aptum orationi vel contemplationi in rebus parui valoris, & in magno tempore paruim bonum faciendo. Quarto de ingratitude erga Deum, beatam virginem, sanctos Angelos, beatum Franciscum, & omnes sanctos, parentes, & magistros, Prælatos, patres, fratres, & benefactores & hoc quantum ad bona temporalia puta: pacem victum & vestitum: quam corporalia puta sanitatem & robur: ac integritatem sensuū interiorum & exteriorum: quam etiam spiritualia temporalia & æterna tēporalia. s. beneficium creationis redemptionis cōseruationis gubernationis vocacionis custodiæ angelorum, sanctarum inspirationum, doctrinarum inspirationum, exemplorum sacramentorū, loci temporis societatis, & omniū opportunitatum beneagendi, præseruationis à malis temporalibus corporalibus spiritualibus & æternis.

Quinto de negligentia torpore, & omissione sanctorum desideriorum orationum mentalium & vocalium, cerimoniarum inclinationum officiorum, orandi pro benefactoribus & amicis: de obliuione

peccatorum in confessione & aliarum circumstantiarum in confessione debitarum : quia non habuit tantam memoriam & displicentiam peccatorum tantum propositum emendandi , de omissione penitentiarum iniunctarum in confessione de capitulo de negligentia veniendi ad communitatem spiritualem & corporalem.

Sexto de peccatis cordis : puta de superbia : presumptione, vana gloria, ambitione, aliorum contemptu de temerariis iudiciis & suspicionibus, de ira, de impatientia, tristitia odio, rancore, de invidia, de malis cogitationibus luxuriæ vel mundalium guerrarum, patrię parentum secularium rerum & de omni affectione terrena, & cordis immundicia.

Septimo, de peccatis oris: de fractione silentij, de verbis ociosis, de detractionibus, murmurationibus de iactantia, de verbis pugnitiuis, de verbis simulatoriis, de contentionibus, de risu & cachinnis.

Octauo de peccatis operis: de somno, de pollutionibus de rebellionibus carnis, de aspectibus & discursibus, de libenti auditu verborum scurrilium, detractionum & aliorum malorum & vanorum, de excessu in comedendo & bibendo nimis auide, curiose, attente festinanter, ardenter, desiderando meliora lectione contempta, de malis exemplis & perturbationibus datis fratribus & secularibus, de irreuerentia ad Deum, ad Ecclesiam, ad altare, ad sacramenta Ecclesia: ad libros, ad patres & fratres, &c.

EXHORTATIO.

Quamuis ò amantiſſime frater noſtro in ſpeculo
Chriſtiano quod anno elapſo dedimus pralo, non
pauca dixerimus de orationis neceſſitate ac effi-
cacia, necnon de modo orandi, attamen pro illi-
rum conſolatione qui non pollent idiomate Gallicano ſequen-
tem codicem hic appoſuimus, vt non habeant ſubiectum
conqueſtus, dicentes hunc manipulum minorum carere
principaliori re qua indigent fratres.



ipse
tion
geli
Vig
gila
li en
ran
ſa. v
indi
stat
rati
ſtru
inſt
vbi
Ma
eius
den



SEQUUNTUR COMMENDATIONES
orationum mentalium & vocalium
diuisa in 13. Capitulis.

Cap. 1. de orationis excellentia.

Sequitur de commendatione orationis ad quam posse sufficere videtur quod saluator ad orandum tantum monuit: & circa orationem tam diligenter instruxit. Etiam ipsemet orationi frequenter intentus fuit. Admonitiones ipsius ad orandum multas habemus in Euangelio Lucæ 11. Petite & dabitur vobis. Eiusdem 21. Vigilate in omni tempore orantes. Matth. 26. Vigilate & orate. Ioan. 16. Petite & accipietis. Apostoli etiam diuinitus edocti multum mouebant ad orandum. Roma. 12. Orationibus instantes. 1. ad Thes. 5. ultimo. Sine intermissione orate. Iaco. 1. Si quis indiget sapientia postulet à Deo. Eiusdem 5. Tristatur aliquis vestrum, oret. 1. Petri 4. Vigilate in orationibus. Circa orationem saluator diligenter instruxit. Vix est aliquod opus: ad quod ita diligenter instruxerit. Docuit enim quid orandum, quando & ubi, & qua necessitate, & quo fine. Quid orandum. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius. Item cum dominicam orationem docuit. Eiusdem 6. & Lucæ 11. Quando orandum Lucæ 18. do-

P A R S Q V I N T A

cebat & parabolam ad illos quoniã oportet semper orare & non deficere. Vbi orandum Matth. 6. Cum oraueris intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Qua necessitate orandum. Lucã 22. Orate ne intretis in tentationem. Quo fine, Matth. 6. Cum oratis non eritis sicut hypocritã. Noluit saluator nos negligenter addiscere: quod adeo voluit diligenter docere. Verecundum est discipulis Christi ignorare quod magister eorum diligentissime docuit. Ipse saluator frequenter orationi intentus fuit. De eius oratione habet Matth. 14. Dimissa turba ascendit in montem solus orare. Eiusdem 26. Sedete hic donec vadam illuc & orem. Matth. 1. Diluculo valde surgens egressus abiit in desertum locum ibique orabat. Et Lucã 6. In illis diebus exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Eiusdem 22. Factus in agonia prolixius orabat. Eiusdem 23. Pater dimitte illis, &c. Ioan. 12. Pater saluifica me in hac hora. Item eiusdem 17. multum habetur de eius oratione. Apostoli etiam ab eo edociti multum institerunt orationi. Actuum 1. Erant omnes perseverantes in oratione. Eiusdem 6. dixerunt Apostoli Nos orationi instantes erimus. Legitur de Iacobo Alphei quod ex assiduitate orandi contraxerat in genibus suis duriciam camelorum Bartholomãus centies in die & centies in nocte ante Deum genua flectebat. Verecundum est discipulis Christi illud opus raro facere quod magister eorum tantum frequentauit. Paulus etiam non contentus propriis orationibus alios pro se orare rogabat. Roma. 25. Obsecro vos fratres per dominum

nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum. Ipse in orationibus aliorum multam sp̄e habebat. Phil. 1. Scio quod hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem. Item ad commendationē orationis facit quod ipsa his qui sūt in ista valle miserix valde est necessaria: Deo & cœlesti curix valde accepta: operatio est omnibus communis valde nobilis & magnæ virtutis. Necessaria est oratio valde & cōpetens loco in quo sumus vbi pugnam habemus cum eo de quo scriptum est Iob. 41. Non est potestas super terram quæ comparetur ei. Ideo frequenter habemus necessarie orando dei auxilium inuocare. Cum simus in valle miserix necesse habemus ad Dei misericordiā orando frequenter recurrere. Tria solent esse causa clamandi hominibus: scilicet ignis, aqua & hostes. Hæc tria quasi singulis diebus incitare nos debent vt ad Deum in oratione clamemus. Vix est dies in quo domus conscientix nostræ non succendatur igne infernali: scilicet igne concupiscentix malæ & prauæ. Vnde necesse habemus ad aquam diuinę gratix & ad aquam lachrymarum recurrere. Ignis iste aliquando cum ex vna parte extinguitur: ex altera accenditur. Ex ipsa enim aqua lachrymarum vnde extingui debuit quandoque vires sumit: vt cum aliquis vane gloriatur de hoc quod pro peccatis suis lachrymatur. Item vix est dies in qua homines non sentiant fluctus malarum cogitationum super caput cordis: vt propter hoc necesse habeant clamare illud Matth. 8. Domine salua nos perimus. Vix est etiam dies in qua hostes suos non videant ad portam

P A R S Q V I N T A

castris sui: ut cum verba mala in ore habent: vel factas mulieres vident. Valde grata est oratio deuota celesti curiæ: quam quasi quædam redolentia delectat, iuxta illud Apосто. 5. Habebant phialas aureas plenas adorationum quæ sunt orationes sanctorum. Operatio ista omnibus communis est: nullus ab ea potest se excusare. Si dicatur aliqui quod de eleemosynam potest excusare se cum non semper habeat homo argentum in bursa. Si dicatur alicui quod ieiunet potest excusare se: cum multi propter debilitatem capitis ieiunare non possint. Sed non sic est de oratione: cum quilibet possit habere orationem saltem mentalem etiam si sit mutus. Unde David. Apud me oratio. Et super illud psal. Iustus autem miseretur & tribuet: dicit Glosa. Semper est aliquid iusto quod debet: saltem orationem. Chrysostomus. Solam orationem quasi tributum auferet anima Deo de suis visceribus. Valde nobile opus est oratio. Multa sunt opera quæ aliquibus cederent in dedecus, ut arare vel fodere: sed orare Deum nulli quantumcumque nobili cedit ad dedecus: quia cum oramus ipsi cum Deo loquimur quod sine dubio honor est: Ysidorus. Qui vult cum Deo frequenter esse: oret & legat. Nam cum oramus ipsi cum Deo loquimur: cum vero legimus Deus nobiscum loquitur. Ad nobilitatem huius operis facit quod orationes nostræ ab angelis Deo offeruntur: immo quod plus est Christus qui in quantum homo est summus sacerdos illas offert Deo patri: quæ presentatio multum facit eas valere. Quomodo enim à Deo contemneretur: quod à tanto mediatore presentatur, Thobiæ 12. Quando orabas cum la-

chrymis ego obtuli orationem tuam domino. Ad nobilitatem etiam ipsius facit: quod ipsa est respectu eius quod supra nos est. Vnde dignior est quam ieiunium & eleemosyna: quæ sunt respectu eius quod est iuxta nos vel infra nos. Ei ieiunium & eleemosyna seruire videntur. Sunt enim duæ aliæ ipsius. Vnde Ysidorus. Qui vult orationem volare ad dominum faciat illi duas alas, ieiunium & eleemosynam. Magnæ virtutis est oratio: quæ non solum potest in terra, sed etiam in cælo, Grego. Magna virtus orationis quæ effusa in terra: in cælo operatur. Vnde super illud psal. Intret oratio mea in conspectu tuo domine, dicit glo. Magna virtus puræ orationis hic notatur: quæ quasi persona quædam ad Deum intrat & mandatum peragit quo caro peruenire nequit. Ber. Est oratio nuncius fidelissimus notus regi & toti curiæ qui in secreto noctis silentio per occultas semitas arcana cæli penetrare & miserabili supplicatione veri regis omnium flectere & laborantibus opem ferre solitus est. Oratio cælum claudit & aperit: vt patet in oratione Helyæ 2. regum 18. Et Iaco. vltimo. Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Helyas homo erat similis nobis passibilis & oratione orauit, &c. Oratio in Deum potest. Ipsa est vt scutum ab ira Dei protegēs: & iræ eius resistens. Sapientia 18. Properans homo sine querela deprecari pro populis proferens seruitutis suæ scutum orationem: & per incensum deprecatione allegans restitit iræ. Hiere. 7. Noli orare pro populo hoc: nec assumes pro eis laudem & orationem & non assistas mihi. Oratio quodammodo tenet Deū. Exod. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus

P A R S Q V I N T A

contra eos. *Isaya 64.* Non est qui inuocet nomen tuum qui confurgat & teneat te. Oratio potest in diabolum eum surgando & cruciando. *Matth. 17.* & *Matth. 9.* Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium. In vita beati Bartholomæi legitur quod clamabat quidā dæmonio plenus. Bartholomæe Apostole Dei incendunt me orationes tuæ. Oratio in bello corporali & in spiritali triūphat. *Exod. 17.* Cum leuaret manus Moyses Israël vincebat. *Iudich 4.* Memores estote Moysi serui domini qui Amalech non ferro pugnādo sed præcibus sanctis orando deiecit. *Glosa.* Plus valet vnus sanctus orādo quam innumeri peccatores præliando. Oratio sancti cælum penetrat: quomodo hostes in terra non vincat? *Isido.* Hoc est remedium eius qui viciorum tentamētis æstuat vt quoties quolibet tangitur vicio toties se ad orationem subdat: quia frequens oratio viciorum impugnationem eringuit. Oratione sanantur non solum morbi corporales sed etiam spirituales quod maius est. *Iacob vltimo.* Infirmatur quis in vobis inducat presbyteros Ecclesiæ & orent super eum, &c. Et si in peccatis est dimittentur ei. *Hiero.* Ieiunio sanantur pestes corporis: oratione pestes mentis. Vltimum refugium est oratio. Cum alia remedia desunt: remedium orationi non deest. *ca. Paralip. 20.* Cum ignoramus quid agere debeamus hoc solum habemus residui vt oculos nostros ad te dirigamus. Virtus orationis valet omni tempore, & omni loco, & omni statu. Orare enim possumus, & hyeme & æstate in sereno & pluuiali tempore, nocte, & die festiuis diebus, & non festiuis. In infirmitate, &

in sanitate, & in iuuentute, & in societate: stando & cundo in domo & extra domum multum est amandum tale officium: quod non recipit impedimentum. Bern. Oro vos fratres vt semper habeatis ad manum tutissimum orationis refugium. Nemo vestrum paruipendat orationem suam: vt ipse ad quem orat non paruipendat eam. Priusquam exeat de ore vestro scribi eam iubet in libro suo: & vnum ex duobus indubitanter sperare possumus: quod videlicet dabit quod petimus: vel quod nobis videat vtilius. Nos enim quid oremus sicut oportet nescimus: sed miseretur ille super ignorantia nostra: & orationem benigne suscipiens quod omnino nobis est vtile: aut non tam cito dare necesse est minime tribuit. Oratio tamen infructuosa non erit: quandoquidem de te tanta cura est Deo tuo: vt quotiens quæris quod tibi inutile est non te audiatur, sed mutet illud vtiliori dono.

Quando sit orandum. Cap. 2.

Consequenter ostendendum est quando orandum sit. Ostendit autem ipsa veritas: quod semper orare oporteat. Lucae 18. Oportet semper orare & non deficere. Idem eiusdem 21. Vigilate omni tempore orantes. Idem ostendit Apostolus. Sine intermissione orate 1. ad Thessa. 5. Non debet miles Christi scutum deponere: dum bellum durat. Bellum durat dum durat vita præsens: quia militia est vita hominis super terram. Iob 7. Dum durat periculum necessarium est Dei adiutorium: ideo in oratione est inuocandum. Dum durat miseria

P A R S Q V I N T A

orādo inuocanda est Dei misericordia. Si fieri posset
semper esset orādum. Sed quia alia negocia hoc nō
permittunt: præmittenda est oratio operibus no-
stris & etiam intermiscenda. Hiero. ad Paulinum.
In principio cuiuslibet operis præmitte dominicanam
orationem: & signum crucis in fronte. In libro de
vita solitaria. Hauriendus est sæpe delectationis sua
affectus: & formanda oratio quæ lectionem inter-
rumpat. Hiero. Orationi lectio: lectioni oratio suc-
cedat. Breue videbitur tempus quod tantis tempo-
rum varietatibus occupatur. Magnam partem fide-
lium vitæ oratio & gratiarum actio deberent occu-
pare. Oratio deberet præcedere opera, gratiarum ac-
tio sequi. Cum videntur mala in te vel in alio est
orandum: cum videntur bona gratiarum, actio de-
bet personare. Vnde post illud. Sine intermissione
orate: subdit Apostolus. In omnibus gratias agite.
In libro de vita solita. Caritas tot modis vel in ora-
tione vel in gratiarum actione in Deum se iugiter
infundit: quot in suis, vel necessitatibus, vel consola-
tionibus proximi etiam, vel compassionibus, vel
congratulationibus causales ad hoc materias inuenit
pius affectus. Orationi præcipue intendendum
est, vel cum maior est necessitas, vel maior opportu-
nitas. Maior necessitas est vt cum aliquam gratiam
à Deo accepimus, tunc instandum est apud eum qui
dedit vt eam nobis conseruet. Quia vt ait Grego.
Cito bonum amittitur nisi à largiente custodiamur.
Quanto aliquis plus habet quod possit amittere:
tanto magis sollicitus debet esse de conseruatione
& pro ea orare. Ad insinuandum hoc saluator post
sulceptionem baptismi orationi se dedit. Lucæ 3.

Item

Item necessitas orandi est cum alia ardua opera facturi sumus: ideo dominus electurus Apostolos orationem præmisit. Lucæ 6. Necessitas etiam orandi est alicui cū imminet tribulatio vel sibi vel proximo. Vnde dominus imminente passione sua ter oravit. Matth. 26. & orationem multum protendit. Lucæ 22. Factus in agonia prolixius orabat. Et Matthæi 14. legitur quod ascendit in montem orare. Et innuitur causa illius orationis: cum subditur. nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus. Circa opportunitatem orandi notandum quod in libro de vita solitaria ostenduntur tres horæ multum opportune orationi his verbis. Extra illas horas de quibus ait propheta. Septies in die laudem dixi tibi, &c. matutinum ac vespertinū sacrificium ac mediæ noctis maximè est obseruandum. Non enim frustra ait propheta. Mane astabo tibi & videbo: scilicet quia tunc à curis secularibus sumus ieiuni. Et dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium, vespertinum: quia tū ab huius mundi impedimentis iam quodammodo sumus digesti. Qui etiam in nocturnis vigiliis nostris quibus mediæ nocte surgimus ad confitendum nomini tuo domine: confessionis eiusdem ordinem contexens, in die inquit tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis nocte coram eo. Et alibi. Mediæ nocte surgebam ad confitendum tibi. Ad orandum mane monemur exemplo Christi. Matth. 1. Diluculo valde surgens Iesus egressus abiit in desertum locum, ibique orabat. Ad orandum vespere. Matth. 14. Vbi sic legitur. Dimissa turba ascendit in montem solus orare.

P A R S Q V I N T A

Vespere autem facto solus erat ibi. Ad orandum nocturno tempore. Luca 6. Vbi legitur quod erat pernoctans in oratione Dei.

De septem horis canonicis. cap. 3.

Item notandum quod secundum cōsuetudinem aliquarum religionum octo sunt horę canonice in quibus specialiter laudi diuinę & orationi vacandum est, scilicet matutinę laudes quę diuisim ab aliis in principio aurorę ab eis dicuntur. Hanc distinctionem horarum tradit beatus benedictus in regula sua ostendens sic faciendum esse exemplo Dauid dicentis media nocte surgebam ad confitendum tibi: & hoc quantum ad matutinas primas. Et iterum. Septies in die laudem dixi tibi quantum ad alias septem horas. Secundum vsus communem ambę matutinę simul dicuntur & pertinent ad vni horam & sic sūt. 7. horę canonice in die naturali, yna in nocte, & sex in die: his horis leguntur sancti laudi diuinę & orationi vacasse. vnde dauid. Media nocte surgebam, &c. Ecce hora matutina. Idem. Vespere & mane & meridie narrabo, & annuntiabo, &c. Ecce alię tres horę vesperę prima, & sexta. In tertia vero orabant Apostoli cum spiritū sancti receperunt. Act. 2. Petrus vero & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Act. 3. Circa septimam horam qua dicitur completoria dicitur Christus orasse ad patrem in die cęnę. Ioan. 17. Horę istę insignitę sunt quibusdā operibus excellentibus ad redemptionem nostram pertinentibus. Noctē natus est saluator prima hora diei sur-

xit & circa tertiam spiritum misit circa sextam cœ-
lum ascendit circa nonam mortuus est in cruce cir-
ca vndecimam i. vespere corpus suum & sanguinẽ
discipulis in sacramẽto tradidit. Sex horæ diei ostẽ-
duntur nobis. Matth. 20. vbi legitur pater familias
misisse hos operarios primo manẽ & tertia, & sexta
& nona hora similiter vndecima i. vespere. Duode-
cima vero hora ad mercedem vocauit seruos quod
pertinet ad completorium. Et licet in omnibus ho-
ris instandum sit laudi diuinæ & orationi : tamen
specialibus in tribus scilicet in matutinis prima &
completorio.

*Quod valde laudabile est libenter ad matu-
tinum surgere. cap. 4.*

Valde laudabile est ad matutinum surgere : vt
de nocte diuinæ laudi intendere. Ad hoc mo-
nemur exemplo sanctorum animalium quæ nõ ha-
bent requiem die ac nocte dicentia. Sanctus sanctus
sanctus dominus Deus omnipotens. Apoc. 4. Et
Isa. 62. dicitur de custodibus. Tota die & nocte per-
petuo non tacebunt laudare nomen nomini. Item,
Trenorum 2. Consurge. i. cum aliis surge lauda in
nocte. Dauid occupationibus regis intentus nõ di-
mittebat quin media nocte surgeret ad confitendũ
domino. Legitur actuum 16. quod Paulus & Silas
media nocte adorantes laudabant dominũ. Artifices
pro lucro temporali & terreno laborantes magna
parte noctis vigilant, iuxta illud Ecclesi. 38. Omnis
Faber & Architectus noctem tanquam diem trási-
git. Vnde valde verecundũ est cum aliquis piger est

ad nocturnas vigilias sustinendas pro æterna mercede. Refert Hieronymus Demosthenem dixisse se omnes artifices vigiliis præuenisse. Ad vigilias incitat nos Paulus secundæ ad Corinthios sexto, dicens. In omnibus exhibeamus nosmetipsos. sicut Dei ministros in vigiliis. Valde conueniens est vt nocturno tempore quando Deum inhonorant. mali, boni Deum glorificent & laudent. Tempus nocturnum opportunum est operibus contemplatiuæ vitæ secundum illud psal. In die mandauit dominus misericordiam suam; & nocte canticum eius. In nocte recipiuntur consolationes diuinæ secundum illud Iob 35. Qui dedit carmina in nocte ad benedicendum Deum. in nocte monet Dauid dicens. In noctibus extollite manus vestras in sancta & benedicite dominum. Danielis 3. Benedicite noctes & dies domino. Ad sanitatem etiam corporalem valere potest quod aliquis ad maturinas surgit. Occasio est enim vt natura purgetur.

Quis valde reprehensibilis est non surgere ad primam. Cap. 5.

Item valde reprehensibile est non surgere ad primam: cum aliquis ex pigritia prima hora diei laudi diuinæ, & orationi non intendit. Surgunt scelerati mane vt scelera sua perpetrent: secundum illud Iob 24. Mane primo consurgit homicida. Item præueniunt aues ortum solis cantu suo. Valde ergo verecundum est seruis Dei si pigritia eos detineat vt diuinæ laudi prima hora diei non intendant. Ambro. de officiis. Quis Christianus non erubescat sine

psalmodum modulatione diem transigere cum minutissimæ aues ortum diei præueniunt? Surgebat David ad Dei laudem cum instrumentis musicis in mane: vnde dicebat. Exurge psalterium & cithara exurgam diluculo: Dicebat Isa. 26. In præcordiis meis mane vigilabo ad te. Saluator mane ibat ad locum orationis: vnde Ioan. 8. Diluculo iterum venit in templum. Hora illa opportuna est destructioni viciorum. Exod. 14. Iam aduenerat vigilia matutina & ecce respiciens dominus super castra Ægyptiorum interfecit exercitum eorum. Hora illa attendendum est quātum peccatum displicet Deo: & quantum periculum sit manere in eo. David. Mane astabo tibi, & videbo quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Hoc apparet si pœnæ considerentur propter peccatum inflictæ. Item illa hora optima est diuinæ eruditioni. Prouer. 8. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me, dicit sapientia. Isa. 54. Mane exigit mihi vt audiam aurē quasi magistrum. Item hora ista est opportuna exauditioni. Iob 8. Si diluculo confurrexeris ad Deum & omnipotentem deprecatus fueris statim cui vigilabit ad te. Eccle. 39. Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo: & in conspectu altissimi deprecabitur. Psal. Mane exaudies vocem meam. Idem, mane oratio mea præueniet te. Consueuerunt diuites eleemosynam dare pauperi qui primo eis mane occurrit. Sapien. 16. Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Item illa opportuna est contemplationi. Exod. 16. mane videbitis gloriam domini. Illa hora dulcedo spiritus sancti impetratur. Filij Israël mane col-

182 PARS QVINTA
ligeabant manna. Exod. 16.

Quam utile sit interesse completorio.

Caput 6.

Item multum cauendum est seruo Dei qui est in religione: ne absque necessitate desit completorio. Hora illa transeundum est ab operibus actiue quæ habent turbationem secundum illud dictum Marthæ. Turbaris erga plurima: ad opera contemplatiue quæ habent pacem & tranquillitatem. Vnde tunc cantatur illud. Nunc dimittis seruum tuum domine: secundum verbum tuum in pace. Hic transitus gratus debet esse seruo Dei: nec debet prolongare quæ sunt actiue & differre, & diminuere quæ sunt contemplatiue. In ista hora dimittenda est locutio humana pro locutione diuina. Hora ista inchoandum est silentium: quod vir religiosus debet habere in desiderio. August. Loquela sit in necessitate: taciturnitas in iocunditate. Eccle. 3. Tempus tacendi & tempus loquendi. Hac hora reuocandus est spiritus ab exterioribus ad interiora. Vnde in principio completorij dicitur. Conuerte nos Deus salutaris noster: ab exterioribus scilicet ad interiora. Sicut reprehensibile est in viro religioso sine necessitate tempore completorij in vlla morari & tarde ad domum suam corporalem redire. Sic reprehensibile est in eo spiritum ipsius nimis tarde ad domum spirituale venire. Hac hora præparandus est locus in quo spiritus cum Deo quiescat, scilicet pax & tranquillitas. In psal. Si dederò somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus

meis donec inueniam locum domino : tabernaculū
 Deo Iacob. In pace factus est locus eius. Reprehen-
 sibilis est qui regi gloriæ negligit vel nimis differt
 lectum præparare. Sapienter se debet habere vir re-
 ligiosus hora ista quæ est finis diei. Tūc enim corri-
 genda sunt si qua in die insipienter facta sunt. Re-
 prehensibilis est specialiter insipientia in fine diei si-
 cut & in fine vitæ quæ multū periculosa est. Vnde
 Hiere. 17. de hac insipientia auari specialiter loqui-
 tur dicens. In nouissimo suo erit insipiens. Seruus
 Dei in fine diei debet cogitare de fine vitæ suæ qui
 sibi iunctus est. Forsitan finis diei erit finis vitæ quia
 in nocte moti poterit. Ideo debet videre an ad finē
 vitæ suæ sit paratus ad quē semper paratus debet es-
 se secūdū illud Lucæ 12. Estote parati quia qua hora
 non putatis filius hominis veniet. Secūdū August.
 si Deus promittat homini peccatorum remissionē
 non tamē promittit ei crastinum diem. In ista hora
 debet se seruus Dei præmunire contra insultus dia-
 boli. Vnde ante completorium legitur illud. Vigila-
 te quia aduersarius vester diabolus tāquam Leo ru-
 giens circuit quærēs quem deuoret. Et in fine com-
 pletorij dicitur in oratione. Visita quæsumus domi-
 ne habitationē istā & omnes insidias inimici ab ea
 longe repelle. Diabolus de nocte seruos Dei acrius
 impugnat. Aliqua etiam specialia fiunt in comple-
 torio : quæ ad custodiam seruorum Dei valent.
 Tunc enim recipitur spiritualis patris benedictio:
 quæ ad conseruationem valet. Eccle. 3. Benedictio
 patris firmat domos filiorum. Fit aquæ benedictæ
 asperio: quæ hostes inuisibiles fugat. Et in aliquibus
 religionibus fit solēnis recōmendatio fratrum beatæ

P A R S Q V I N T A

virgini. In quadam religione videbat quidam vir religiosus quando fratres dicebant. Eya ergo aduocata nostra beatam virginem flexis genibus recomendantem filio suo ordinem. Qui inordinate remanet de completorio frequenter amittit secretas orationes quæ post completorium fieri solent: & vix ante dormitionem habet conscientiam paratam vt tantam habeat fiduciam in oratione ad Deum quantam habuisset si completorio interfuisset. Fiducia multum valet ad impetrandum in oratione: defectus vero fiduciæ multum impedit effectum orationis. Quando aliquod castrum habet guerram & hostes propinqui sunt de die clauduntur portæ: & multum periculosa esset dilatio clausionis. Cum ergo continue in guerra sumus: & hostes inuisibiles sint propinqui: porta oris tempore oportuno est claudenda: & hora completorij cessandum est ab omni colloquutione humana. Iob 40. Memento belli nec vltra addas loqui. Ex hoc quod aliquis in ordinate deest completorio sequi solet & conuentus inquietatio & scandalum: & vtrumque multum est timendum. Primum patet ex verbis Gregorij ex dialogo dicentis. Cum vir sanctus ad irascendum trahitur: quis alius ad irascendum nisi eius inhabitator: excitatur? Secundum patet ex verbo domini dicentis Matth. 18. Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: & demergatur in profundum maris. Et si ita est de scandalo vnus: quid erit de scandalo conuentus?

*Quod religiosi debent amplius orare quam alij.**Cap. 7.*

Item notandum quod licet omnes frequenter debeant orationi intendere, tamen religiosi amplius iuxta illud quod legitur Actuum 19. Cornelius vir religiosus deprecans Deum. Semper habent religiosi & magnam orandi necessitatem: & magnam opportunitatem. Magnam necessitatem: quia vehementius tentantur: ideo vigilare & orare debent ne per consensum intrent in tentationem. Item maiora bona habent: ideo largitorem debent rogare pro eorum custodia. Cito enim amitterentur: nisi ab eo custodirentur. Item arduum est valde quod habent facere scilicet semitam tenere: & vsque ad mortem in ea perseuerare. Difficilius est tenere semitam quam viam publicam. Vnde viro religioso multum est necessarium Dei adiutorium: & frequenter in oratione implorandum frequenter debet dicere illud psal. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Præterea religiosus qui non habet proprium corporales eleemosynas non potest facere sicut diues. Ideo sicut diues non potest multum orare: eleemosynis hoc recompensat: sic religiosus defectus eleemosynarum corporalium orationibus debet recompensare vt sic impleat illud Lucae 6. Omni petenti te tribue. Item de eleemosynis viuunt religiosi & orationes eorum multum valent & in suffragiis eorum magna fiducia habetur: ideo oportet eos multum orare in eis homines deprecantes. Item habent magnam opportunitatem orandi, quia negociis secularibus magis sunt expediti: &

propter loci congruitatem & propter sanctam societatem.

Vbi sit orandum. Caput 8.

Consequenter videndum est vbi sit orandum. Notandum ergo quod vbique est orandū: quia vbique est periculum & vbique Dei auxiliū est necessarium. Sapientia. 14. Creaturæ Dei in odium factæ sunt & in tentatione animæ hominum & in muscipulam pedibus insipientium. 1. ad Tim. 2. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus. Specialiter locus secretus est locus idoneus ad orandum. Isidorus de sum. bo. Oratio priuatis locis opportunius funditur. Math. 6. Cum oraueris intra in cubiculum tuum. Bernard. Orare volentes iubemus intrare cubiculum secretum. Id quidem gratia ad cautelam : ne coram hominibus orantibus laus humana orationis furetur fructus furetur effectum. Ad orandum secreto monemur Christi exemplo qui dimissa turba ascendit in montem solus orare Matth. 14. Et Matthæi. 1. dicitur quod abiit in desertum locum ibique orabat. Et legitur Lucæ. 22. quod auulsus est à discipulis suis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat. Item locus idoneus ad orandum est templum materiale dedicatum. 3. regum 9. Sanctificauit domum hanc, &c. & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. 2. Paralipomen. 7. Oculi mei erunt aperti & aures meæ erectæ ad orationem eius qui orauerit in loco isto.

Consequenter ostendendum est quomodo sit orandum. Circa quod notandum quod qui vult orare i. præparationi animi debet intèdere, Eccl. 18. Ante orationē præpara animā tuā. Preparatio multū valet ad hoc quod oratio exaudiatur. Psalm. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Ad præparationem tria pertinent: scilicet cordis reuocatio, puritatis prouisio & attentio. Reuocare debet cor suum qui vult orare. secundi regum septimo ait Dauid. Inuenit seruus tuus cor suum vt oraret te.

Si cor desit non est vbi gratia possit infundi: vnde ridiculosa est petitio. Bern. Omnes causamur nobis gratiam deesse; sed iustius gratia ipsa conqueritur nonnullos sibi deesse. Potius orandum est corde quā ore. 1. regum. 1. Anna loquebatur in corde suo: & vox illius penitus non audiebatur. Prouidenda est puritas cordis: ad quam multum valet compunctio. 3. regum. 8. Si quis cognouerit plagam cordis sui & extenderit manus suas in domo hac tu exaudies in cælo. Ysidorus. Peccatorum recordatio mærorem gignit: luctus vero mentem puriorem reddit. Idem cum Deo assistimus gemere & flere debemus remissentes quā graua sunt quæ commisimus: & quam dura sunt inferni supplicia quæ timemus. Dicebat quidam quod latrones & trutanni docuerunt eum orare. Latro attendens quid fecit & quod sibi tormentum paratum: sic inter duo hæc cū multis lachrimis misericordiam petit. Trutāni verò quæ eis sana sunt abscondunt: & quæ sunt in eis miserabiliora improbissime ostendunt: vt magnitudo mi-

P A R S Q V I N T A

seriē ad miserandum excitet. Multum valet puritas cordis ad hoc vt oratio exaudiatur. Augustin. Munda cubiculum cordis: & intus est qui exaudiat. Et super illud psalm. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet dominus: dicit Glosa, Puritas orationis auditur. Attentum etiam operum esse animum. In libro de vita solitaria dicitur de proficiente. Admonendus est quanta potest puritate cordis intendere in eum cui sacrificium orationis offert seipsum intendere cui offert intelligere quid auferat. Quantū enim videt vel intelligit ille cui offert: tantum ei in affectu est. Secundum ligna siluæ sic exardescet ignis. Eccles. 28. August. Dignior sequitur effectus: quam feruentior præcedit affectus. Bernard. Nonnullos arbitror experiri interdum in oratione quandam mentis ariditatem & hebetudinem, vt solum orantes labiis non satis attendant quid vel cui loquantur: pro eo quod ex quadam consuetudine minus digna reuerentia accesserunt. In cunctis igitur actibus nostris multa opus est animi vigilantia: sed præcipue in oratione. Licet enim semper à Deo videamur: in oratione tamen ei præsentamur & ostendimus nos quasi facie ad faciem, cum Deo loquentes. Et quamuis vbique Deus in cælo tamen orandus est: ibique orationis tempore cogitandus. Sic ergo oportet vt se habeat quicumque orat tanquam præsentatus domino Maiestatis. Animo ad orandum præparato, orandum est cum magnitudine desiderij. Deutero. 4. Cum quæsieris dominum Deu tuum inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris, Hier. 29. Cum quæseritis me in toto corde vestro inueniar à vobis. Magnitudo desiderij cla-

mor est quem dominus exaudit. De quo clamore Exod. 14. Quid clamas ad me: ait dominus ad Moysen? Et Daniel. 13. Exclamauit voce magna Susanna. Ber. In Dei auribus desiderium vehemens clamor magnus: remissa intentio vox submissa. Ad cordis enim vocem potius quam corporis aures eius Gregorius in mora. Aeternam vitam si ore petimus; nec tamen corde desideramus clamantes tacemus. In psalm. Tacui cum clamarem tota die. Dilatio desiderij est quasi præparatio cordis: vt sit capax eius quod petitur. August. Cum petere, quærere, pulsare nos compellit: quid nouit quid nobis necessarium priusquam petamus: nisi quia voluit exerceri nostrum desiderium in orationibus quo possimus capere quod præparat dare? Idem Augustus. Si aliquando dominus tardius dat: commendat dona non negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autem data vilescunt. Serua tibi Deus quod non vult cito dare: vt & discas magna desiderare. Item orandum est cum lachrymis & gemitu. Exo. 20. Audiuit gemitum eorum. 1. regum 1. Cum esset Anna amaro animo orauit dominum flens largiter. Psalm. Auribus percipe lacrymas meas. Glo. Quæ lachrymæ violentæ sunt in precibus. Eccles. 35. Non despiciet preces pupilli nec viduam si effundat loquelam gemitus. Et subditur A maxilla ascendunt vsque ad cælum. Isa. 38. Audiui orationem tuam & vidi lachrymas tuas. Osee. 12. dicitur de Iacob luctante cum Ang. Fleuiter rogauit eum. Et Iudith 8. Indulgentiam illius fuis lachrymis postulemus. Hebræ. 5. Preces supplicationesque cum clamore valido & lachrymis offerens: exauditus est pro sua reuerentia. Humili-

tas etiam multum valet oratione. Eccles. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Psalm. Respexit in orationem humilium & non preces eorum Iudith. 9. Humilium & mansuetorum semper placuit tibi deprecatio. Humilitate obtinuit Chananea à Christo quod voluit, catello se comparans cum dominus eam cani comparasset. Mat. 15. & Mat. 7. habere quod Christus ei dixit, Propter hunc sermonem exiit dæmoniū de filia tua. Et Mat. 1. post illud verbum humile centurionis, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: dictum est ei à Christo, Sicut credidisti fiat tibi. Item Lucæ. 15. postquam filius prodigus dixit, Non sum dignus vocari filius tuus, pater occurrens cecidit super collum eius. Fiducia etiam multum valet in oratione. In psal. Miserere mei quoniam in te confidit anima mea. Voluit dominus orantes attendere eum qui oratur patrem esse: vt maiorem fiduciam haberet impetrandi. Lucæ 11. Cum oratis dicite, Pater noster. In eodem. Si vos cum sitis mali nostis bona dare filiis vestris: quanto magis pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se? Item perseverantia multum valet in oratione: vt ostendit dominus Lucæ 11. exemplo amici qui panes necessarios accommodauit improbitate amici deprecantis deuietus. Et exemplo iudicis iniqui Deum non timentis & homines non reuerentis: qui improbitate viduæ victus vindictam fecit ei de aduersario ipsius Luc. 18. Apost. perseverantes in oratione spiritum sanctum receperunt. Actuum 1. Psalm. Benedictus Deus qui non amouit orationem meam: & misericordiam suam à me. August. Si non est amota oratio securus

esto quod nec misericordia. Multum etiam valet ad
 hoc quod oratio alicuius exaudiat: si mādāta Dei
 ab ipso impleantur. Isidorus. Si quid Deus præcepit
 facimus: id quod petimus sine dubio obtinemus. 1.
 Ioan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit fiduciam
 habemus ad Deum: & quicquid petierimus acci-
 piemus ab eo quoniam mandata eius custodimus:
 & ea quæ sunt placita coram eo facimus. August. in
 libro de opere monacharum. Citius exauditur vna
 oratio obedientis: quam decem milia cōtemptoris.
 Oportet quod operatio orationē iuuet: ad quod in-
 sinuandū orantes manus in oratione leuare mo-
 nentur. Trenorū. 3. Leuemus corda nostra cum manibus
 ad dominū. psal. Eleuatio manū mearū sacrificiū ve-
 spertinū quod erat dignius. Moises orationibus pu-
 gnans 3. Amalech hēbat manus leuatas ad dominū
 Exo. 17. 1. ad Ti. 2. Volo viros orare in omni loco le-
 uantes puras manus spiritualiter iuuat orationē im-
 pletio mādatorū ad misericordiā pertinentiū: vt da-
 re eleemosynā vel remittere peccanti in se Eccle. 29.
 Cōclude eleemosynā in corde pauperis: & hæc exo-
 rabit pro te. Isa. 58. Frāge esurienti panem tuum, &c.
 Tunc inuocabis & ipse exaudiet. Eccl. 28. Relinque
 proximo tuo nocēti te: & tūc deprecāti tibi peccatū
 soluetur. Math. 11. Cū stabitis ad orandum dimittite
 si quid habetis aduersus aliquem vt & pater vester
 qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra. Trans-
 gressio verò mandatorum multum impedit orationē
 Prouer. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem
 oratio eius erit execrabilis. Eccles. 34. Vnus orans
 & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus?
 Qui Deum offendit quasi sibi maledicit: quia sibi

P A R S Q V I N T A

malum procurat. *Isaya. 1.* Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt, Immisericordia etiam multum impedit rationem, *Prouerb. 12.* Qui obdurat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse clamabit & non exaudietur.

De speciebus orationis. Cap. 10.

Sequitur de speciebus orationis. Notandum ergo quod oratio diuidi potest in orationem fructuosam & infructuosam. Bern. ostendit quæ oratio sit fructuosa his verbis. Oratio quanto efficacior est si fiat ut debet: tanto callidius impeditur solet: quòd quæ à pusillanimitate spiritus & timore immoderato quando sic cogitat homo indignitatem suam ut non conuertat oculos ad Dei benignitatem. Sed hoc periculū est si fuerit oratio timida sic immoderata est si fuerit temeraria: ut is in cuius conscientia peccatum adhuc regnat ambulet in magnis & mirabilibus super se.

Tertium quoque periculum est si fuerit tepida non ex viua affectione procedens. Timida cælum non penetrat immoderato timore constricta. Tepida in ascensu languescit eo quod non habeat vigorem: temeraria si quidem ascendit sed resilit. Resilit enim ei: nec tantum non obtinet gratiam sed meretur offensam. Quod si fidelis humilis & feruus fuerit cælos penetrabit: & certum est quod vana redire non possit. Idem Bernard. ostendit diuersas species orationis his verbis, Quatuor mihi videtur modos orandi apostolus dicere. Volo primo fieri ob-

obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones. Sunt enim quos adhuc peccati cōscientia terret & cruciat quos in cœno peccati iacentes spiritus veritatis irradians excitat erubescere faciem: & timere gehennæ incendium propter immanitatem criminum & defectum meritorum. Dumque timent ante Deum vacui apparere non audentes per se accedete student per alios supplicare: vt dicimus Sancte Petre ora pro nobis: & huiusmodi. Maxime autem illud est obsecratio manifesta, per passionem tuam libera nos domine. Alius vero accepta continendi virtute securus accedit veniam querens de præteritis. Est autem oratio quasi oris ratio: quia iam ore suo loquitur cum Deo suo. Quod si misericordiam suam consecutus es perseverans in lamentis pœnitentia accepta fiducia indulgentiæ accede iam ad postulationes: & secure tanquam receptus in gratiam domini tibi & conseruis tuis audeas petere quod oportet. Tamen caue ne aut postules non postulanda aut ea trepide quæras quæ toto sunt affectu & omni desiderio postulada. Porro ad quartum orationis genus quod est gratiarum actio paucos attingere credo, quod quanto rarius tanto præciosius. Multam enim gratiam inuenit apud Deum qui exaudit quandoque antequam innocetur: & testimonium perhibet spiritui hominis spiritus quem habet à Deo quoniam exauditum est desiderium eius ita vt certus iam non orare sed gratias agere possit. Prima igitur quæ est obsecratio verecundo fiat affectu, secunda quæ proprie dicitur oratio puro affectu, tertia scilicet postulatio cum ampla fiducia latitudine, nam quarta deuotione debet

P A R S Q V I N T A

esse plena & deliciis affluens. Item notandum quod
 quatuor species orationis prius nominatæ quas
 citat apostolus. 1. ad Tim. 2. determinantur in libro
 de vita solitaria his verbis. Postulatio est circa obtinenda
 temporalia & necessaria vitæ huius in qua
 Deus approbans bonam voluntatem facit tamen
 quod melius iudicat : & dat libenter se his qui
 postulant. Ad postulationem pertinet petere tranquillitatem
 pacis, sanitatem corporis, temperiem animi
 & similia. Obsecratio est in exercitiis spiritualibus
 anxie ad Deum instantia: oratio est hominis Deo
 adhærentis affectio & familiaris quædam & pia locutio.
 Gratiarum actio est in intellectu & cognitione
 gratiæ reflectio & bonæ voluntatis indeficiens intentio.
 In postulationibus pie ac fideliter est orandū sed
 non est illis pertinaciter inhærendū: quia nos nescimus
 sed Pater noster qui es in cœlis : scit quid in
 temporalibus istis necesse est nobis. Obsecrationibus
 insistendum est sed in omni humilitate & patientia
 quia non afferunt fructū nisi in patientia. In eodem
 libro. Nonnunquā sine labore petens accipit : querens
 inuenit & pulsanti aperitur : & cōsolationes ac
 suauitates orationis inuenire tandem meretur labor
 obsecrationis. Nonnunquā puræ orationis affectus
 & bona illius affectionis suauitas non inuenitur :
 sed inuenit eum petentem & quasi nescientem
 gratia præuenit & tanquam genus seruorum saluatur
 in mensa filiorum cum rudis & adhuc insipiens
 animus in eo assumitur orandi affectum qui pro
 merito sanctitatis reddi solet meritis perfectorum
 quod cum sic non agitur vt nihil in Deum suum
 negligenti non liceat nescire quid negligat : & r.

prouocatio caritatis amorem in eo gratiæ vltro se offerentis accendat. In quo proh dolor multi falluntur: quia pascuntur pane filiorum iam se esse filios arbitrantur, & deficientes vnde proficere debuerant ex visitante gratia euanescent à conscientia sua arbitrantur se aliquid esse cum nichil sint.

Item notandum quod oratio diuidi potest secundum ea quæ in ipsa petuntur: que Bern. determinat his verbis. Petitiones cordis in tribus consistunt præter quæ electus quisque sibi debeat postulare, bono scilicet corporis & bono animæ in præsentem vitam æternam. Nec mireris quia bona corporis adeo esse quærenda dixi: quia eius sunt corporalia omnia sicut spiritualia. Ab eo ergo petendum & sperandum est nobis vnde possumus in eo seruitio sustentari: cum pro necessitatibus anime frequentius sit orandum & pro vita æterna vbi & corporis & animæ plena & perfecta est beatitudo. Et nota quod in prima petitione solet esse superfluitas: & in secunda puritas: & elatio in tertia. Solent enim quæri temporalia ad superfluitatem, virtutes ad ostentationem: & vita æterna non in humilitate sed in confidentia meritorum. Nec hoc dico quin accepta gratia fiduciam det moderandi: sed non oportet vt in ea quis fiduciam constituat: impetrandi hoc solum conferunt prima dona vt ab illa misericordia quæ hæc dedit speremus etiam ampliora. Et notandum quod viris perfectis qui habent iusticiam regni in re & regnum in certa spe, non est necesse temporalia quærere.

PARS QUINTA

In ipsis enim spiritus dat testimonium spirituum eorum quod sunt filij dei: filiis vero debetur prouiso. Vnde super illud Matthæi sexto. Hæc omnia adicientur vobis: dicit glosa quia omnia sunt filiorum & ideo hæc omnia adicientur etiam nõ quærentibus quibus si subtrahantur ad probationem sit ac si dentur ad gratiarũ actionem. Quomodo temporalia quærenda sint ostendit glosa. Augustini super illud 2. ad Corinthi. 12. Virtus in infirmitate perficitur his verbis. Cum illa quæ Deus laudat & promittit ea petitis, securi petite. Illa enim propicio Deo conceduntur. Qui autẽ temporalia petitis cum modo petite & cum timore illi committite ut si profint det: si scit obesse non det. Quid enim proficit vel obicit medicus nouit non ægrotus. Item quæ petenda sunt ostenduntur in oratione dominica: de qua Isidorus in libro de summo bono. Fidei symbolum & dominica oratio pro tota lege parulis, Ecclesiæ ad cælorum regna sufficit capescẽda. Omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione dominica & symboli breuitate concluditur. Cuius orationis explanatio propter minus intelligentes subiungitur.

capitulum undecimum in quo dominica oratio explanatur.

EST notandum quod quinque sunt à quibus dominica oratio commendabilis est. Primum est autoris dignitas qui ipse Deus composuit eam. Vnde ei conuenit illud Eccle. 24. Ego ex ore altissimi prodij. Secundum est breuitas. Vnde glos. Bedæ

Orationem composuit breuibus verbis : vt cito fiducia cito annuendi quod breuiter vult rogari. Tertium est sœcunditas. Glosa. Nichil deest quod in septem petitionibus non contineatur. Quartum est spiritualitas. Nulla oratio magis spiritualis ista. glosa. Quæ ex ore filij qui est veritas processit.

Quintum est virtus eius quæ magna est. Est enim veritabile quod Christus petitiones quæ in eo sunt non formasset: nisi eas exaudire vellet. De eius virtute dicit Aug. De quotidianis & leuibus peccatis & breuibus sine quibus hæc vita non dicitur quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum enim est dicere. Pater noster qui es in cœlis, &c. Delet omnino hæc oratio minuta quotidiana peccata videlicet illa à quibus vita fidelium gestat, sed pœnitendo in melius commurata discedit. Vt sicut veraciter dicitur: dimitte nobis debita nostra: ita veraciter dicitur: sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Post Eucharistiam dominica oratio est summum & maximum remedium vel vnum de maximis cōtra peccata venialia.

Habet autem dominica oratio duas partes : quarum prima præparat orantem ad deuote orandum. Secunda vero continet 7. petitiones. Ad orandum præparat pars ista. Pater noster qui est in cœlis. & est præparatio ista in duobus scilicet in lachrymositate & fiducia impetrandi. Excitat autē ad lachrymas dupliciter. Primo dū patrem Deum ad memoriam reducit ei qui peccando viliter vixit. Secundo dum absentiam amantissimam patris innuit dicens qui es in cœlis: & dulcem illam patriam à qua ipse exulat. Ad primum pertinet illud quod dicit Berna.

P A R S Q V I N T A

Cogitāti quod patrem offenderim est certum quod pudeat: & si non terreat. Quanam fronte attollo oculos ad vultum tam pij patris tam malus filius: Pudet indigna gessisse genitori meo, pudet tanto patri vixisse degenerem. Et glosa super hunc locum dicit. Cauendum est vnicuique à sordibus: ne tanto patri sit indignus. Ad secundum pertinere videtur illud Psalmi. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Primus fletus qui est pro peccatis est irriguum inferens. Secundus qui est pro absentia patris & dilatione patriæ est irriguum superius. Ad fiduciam impetrandi valet illud verbum dupliciter. Primo dum patrē nominat eum qui oratur. Huius patris amor superat maternum amorem. Isa. 46. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum vt misereatur filio vteri sui: & si illa oblita fuerit ego tamen non obliuiscar tui. Secundo dum dicit eum esse in celo vbi est abundantia omnium bonorum. Quomodo enim pater misericordiarum habens abundantiam omnium bonorum non miserebitur filij positi in valle miseræ vbi est penuria omnium bonorum. Ad hoc pertinet quod dicit Bernardinus. Iam illud quod antiquos tam terribiliter quam frequenter intonare solebat ego dominus michi dicitur in oratione cuius principium dulce nomine paterno sequentium petitionum obtinendarum præstat fiduciam. Et glosa super hoc nomen pater noster, in hoc datur fiducia. Quid negabit filiis qui iam dedit eis patrem. Lucæ 11. Si ergo vos cum sitis mali nostris bona data date filiis vestris: quanto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus scilicet

Quod autem lachrymæ valeant ad impetrandum patet per hoc quod dicit August. super illud Auri- bus percipe lachrymas. Lachymæ inquit violentæ sunt in præcibus. Quod etiam fiducia valeat patet per hoc quod legitur Iacob 1.

Si quis indiget sapientia postulet à Deo. Postulet autem in fide nichil hæsitans. Qui enim hæsitat similis est fluctui maris qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid à domino.

Secunda pars diuiditur in duas partes Cum enim duplex sit vita spiritualis, vita gratiæ scilicet & vita gloriæ: primo ponuntur tres petitiones pertinentes ad vitam gloriæ: secundo quatuor pertinentes ad vitam gratiæ. Primum autem ponuntur pertinentes ad vitam gloriæ tanquam digniores secundum illud Mat. 6. Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius. Regnum Dei petitur in tribus primis petitionibus: iustitia vero ducens ad regnum in quatuor sequentibus te. Et notandū quod ille qui mortem meruit apud iudicem terrenum & nescit iudicem sibi adhuc placatum, primo petit vitam suam: vt parcatur ei à morte quam meruit. Sic qui mortaliter peccauit cum certus non sit in hac vita quod sibi sit dimissum necesse habet primo petere vt parcatur sibi à morte quam meruit. Ad quod pertinet illa petitio Libera nos à malo. Malum ibi dicitur mortale peccatum quod est mors 1. & sequela eius quod est mors æterna. Et debet proponi cū magno desiderio hæc petitio: eo scilicet modo quo latro attendēs quid fecit & quod tormentum ei paratū sit:

P A R S Q V I N T A

cum multis lachrymis petit vitam suam. Vita vero
 spiritualis obtenta est in continua pugna iuxta illud
 Iob 7. Militia est vita hominis super terram vel tē-
 tatio. Et propterea necessaria est alia petitio qua
 petitur ne in tentationem cadere permittamur: que
 petitio etiam in magno desiderio proponenda est.
 Sicut ille qui facturus est duellum antequam intret
 bellum cum magno desiderio rogat dominum &
 rogari facit vt sibi det victoriam & obtenta victo-
 ria deo gratias agit: sic quilibet fidelis debet in ma-
 ne rogare dominum: vt in illa die det sibi victoriam
 de diabolo. Quam cito enim surgit intrat in cam-
 pum certaminis valde periculosi. Bern. In mundo i-
 sto tanquam in stadio certaminis positi sumus: in
 quo Christus mortuus est. Quisquis non liuorem
 vel plagam susceperit: in futuro iudicio miles in-
 gloriosus erit. In vespere vero si à casu cauerit debet
 sequi gratiarum actio. Augustinus. Qui orandus est
 vt faciat: illi reddenda est gratiarum actio cum fe-
 cerit. In quo multi peccant. Cum acceperunt ali-
 quod beneficium à Deo nunquam postea memores
 sunt eius: cum tamen regratiari deberent Deo sin-
 gulis diebus multo tempore. Vbi notandum quod
 consensus velut pes est animæ quo aliquis intrare
 dicitur in tentationem vel etiam iudicij. Matth. 26.
 Vigilate & orate ne intretis in tentationem. intretis
 inquam per consensum. Inducit autem Deus in tē-
 tationem permissiue: diabolus vero impulsue. Vita
 etiam spiritualis licet ad impulsum tentationis non
 corruat: debitis tamen obligata est. Dimissa enim
 culpa & morte æterna remanet homo adhuc obli-
 gatus ad pœnam transitoriam. Ideo necesse est peti-

tio illa, Dimitte nobis debita nostra : quæ petitio cum magno desiderio proponenda est : quia sicut solet dici non est onus sicut debitorium. Si quis obligatus esset debitis multis ad terminum & sciret se in graui carcere ponendum nisi infra terminum redderet & probabiliter se crederet non se sufficere ad soluendum infra terminum: cum magno desiderio peteret sibi debitum remitti si speraret obtinere & valde gratum haberet si quis à tabulis creditoris eum deleri faceret & seipsum scribi. Sic cum magno desiderio petere debet sibi debita remitti qui credit se non posse ea soluere ante terminum mortis: cum se ponendum sciat pro eo quod non soluerit in igne purgatorij, de quo dicit August. Miro modo grauis est ignis ille licet nõ sit æternus. Superat enim omnẽ pœnam quam vnquã passus est aliquis in hac vita.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Specialiter valet ad impetrandum remissionem à Deo: si remiserimus proximo. Ecclesiasti, vigesimo 8. Relinque proximo tuo nocenti te & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Si omne animal diligit simile sibi. Eccl. 13. Et lupus lupò nõ nocet nec Leo Leonem lædit secundum verbum Senecæ. Verisimile est quod Dei misericordia nichil ita amet in homine sicut misericordiam quasi sororem suam & quod ei parcat: & quam libenter dimittit proximo ei Deus libenter dimittat. E contrario vero non dimittenti Deus nihil dimittit. Eccl. 28. Qui vindicari vult : à Domino inueniet vindictam. Vita etiã spiritualis ex se deficiens est, indiget cibo spirituali substetari: sicut vita corporis alimonia ciborum sustentatur. Ideo in quarta petitione petitur sustentamentum vitæ spiritualis cum dicitur. Panem nostrũ quotidianum

P A R S Q V I N T A

da nobis hodie. Constat quod hoc non solum
 intelligendum de pane materiali cum illum dicat
 minus adiiciendum non quarendum. Matth. 6. H
 omnia adiicientur vobis. Hæc petitio cum mag
 desiderio est proponenda cum quotidie sit nec
 rius: nec eum à vobis habere possumus sicut
 desiderio eleemosynam peteret qui sciret se
 moriturum nisi eam mendicando obtinere. N
 notandum quod panis iste quadruplex est scilicet
 doctrina, exemplum, opera virtutum, & sacram
 tum altaris. De pane doctrinæ legitur. Deut. 6. N
 in solo pane viuit homo, &c. De pane exem
 betur super illud Ioh. ultimo. Pasce oues meas
 bonis operibus habetur Isa. 4. vbi dicitur in
 sona virtutum. Panem nostrum comedemus. N
 ficiunt virtutes nisi ex eis bene operemur sicut
 corporalis deficit si homo in carcere diu man
 vbi non videat: sacramentū vero Eucharistiæ
 valet ad sustentationem vitæ spiritualis. Ex pecc
 vero satis potest esse manifestum quantum in
 vita præsens: quia pauper est cui adeo necesse
 mendicare. August. Qui panem quotidianum
 diues aut pauper est. Et plusquam pauper cui
 debeat. Est etiam in magno periculo vndique
 circa se laqueos casus mortis. Circa vero tres
 petitiones notandum quod sicut homo factus
 seruiat Deo: sic mundus factus est vt seruiat
 vt pro seruitio quod homo exhibet creatori de
 habere dominium mundi in vita præsentis: tan
 habiturus ipsum Deum dum de paradiso ter
 transferretur in cælū. Sed quia debitum serui
 Deo exhibere noluit dominum mundi iusto

iudicio perdidit & in seruitutē magnam incidit ita
 quod à mulcis & aliis minimis creaturis nō possit se
 defendere. Aug. Homo dicit tibi cōuiciū & tumes &
 iratus es pulicibus resiste vt dormias? In futuro ve-
 ro ponetur homo in statu debito vt Deo perfecte
 subiectus sit & cæteræ creaturæ sint sibi subiectæ: &
 etiam ipsum Deum possideat si ab eo prius posses-
 sus est. Deus enim vt ait August. Nullius possessio
 erit cuius possessor non fuerit. Ad primum pertinet
 illa petitio. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in ter-
 ra. i. veniamus ad statum illum in quo voluntati tuæ
 voluntatem nostram conformabimus omnino vt
 nunc faciunt angeli. Ad secundum pertinet illa pe-
 titio. Adueniat regnum tuum. i. veniat status ille in
 quo regnabimus ab omni seruitute liberi. Ad tertium
 patet illa petitio. Sanctificetur nomen tuum. i. cō-
 firmetur nomē illud in quo filij Dei vocamur quod
 erit cum dulcedine diuina fruemur. Iuxta illud Ec-
 cle. 15. Iocunditatem & exultationem thesaurizabit
 super illum & nomine aeterno hereditabit illum.
 Quando iocunditatem illam inestimabilem sentie-
 mus: tunc confirmati erimus sicut angeli. Et notan-
 dum quod hæ tres petitiones cum magno desiderio
 proponendæ sunt. Valde enim miserabile est quod
 patrē misericordiarū à quo bona omnia recepimus
 & multo maiora speramus ita frequenter offendi-
 mus & voluntatem diaboli facimus ita frequenter:
 & valde desiderandus est status ille in quo volun-
 tatem Dei in omnibus faciamus. Item valde deside-
 randus est status ille in quo à vilissima seruitute in
 qua sumus liberemur. Valde enim graue est ser-
 uitutem sustinere illi ad quem pertinet regnare.

P A R S Q V I N T A

Valde miserabile etiam est quod illi qui sunt filij Dei ita de facili possunt fieri filij diaboli. Vnde valde desideranda est confirmatio. Notandum quod in hoc verbo sanctificetur notatur apparentia huius honoris: vt si sensus Sanctificetur. i. sanctum appareat. Tunc dicitur res fieri quando innotescit fieri. Nunc filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit similes erimus i. Ioan. 3. Qui videt modo bonos pauperes vix crederet eos esse filios Dei nisi sacra scriptura hoc diceret. Vadunt enim pedites cum serui diaboli eant equites. iuxta illud Eccle. 10. Vidi seruos in equis & principes ambulantes super terram. Sed tunc quod scriptum est erit manifestum in eis quia vocabuntur filij Dei iuxta illud Apoc. 3. Qui vicerit scribam super eum nomen Dei mei. Glo. Sic etiam quodammodo Deus sicut ferrum quando vehementer ignitum est quasi ignis est: sic electi erunt quodammodo Deus quando ei valde similes erunt. In corporibus etiam glorificatis quatuor dotibus quasi quatuor litteris apparebit quod sunt filij Dei: scriptura enim vocatur certa designatio. Certum autem erit quod sint filij Dei ex corpore glorificato: sicut in veste præciosa alicuius perpenditur quod ipse sit princeps. Secundum hunc modum dicitur esse scriptum in femore. i. carne Christi quod ipse sit rex regum & dominus dominantium. Apoc. 19.

De oratione infructuosa. Cap. 12.

INfructuosæ orationis possunt quinque species distingui. Quædam enim est simiatica: quæ solis

labiis fit. Matth. 15. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Hæc parui valoris est. Augustinus. Quid prodest strepitus labiorum si mutum est cor? Quæ est differentia inter pellem animalis & ipsum animal: hæc inter sonum vocalis orationis & deuotionem cordis. Praui pastores pro animali solam pellem reddunt: quibus similes sunt qui tantum sonum vocalis orationis habent. Deuotio est medulla holocaustorum. Psal. Holocausta medullata offeram tibi. Sine deuotione holocausta sunt arida. Est autem deuotio feruor bonæ voluntatis: quam mens cohibere non valens certis manifestat indiciis. Alia species orationis infructuosæ est oratio propria qualis fuit oratio Helyæ Prophetæ: qua petiit animæ suæ vt moreretur. 3. regum 19. Tertia est oratio salutis contraria: qualis fuit oratio Pauli petentis à se stimulum remoueri. 2. ad Corin. 12. Quarta est oratio præsumptuosa qualis fuit oratio filiorum Zebedæi: qui volebāt peruenire ad regnum non per calicis potum. Quibus dictum est. Nescitis quid petatis. Matthæi 20. Quinta est oratio ridiculosa qualis est oratio hypocritarum: qui elati de multitudine operum suorum Deum quasi irident: dum manibus plenis elemosynam gratiæ ab eo petunt. talis oratio fuit superbi pharisei dicentis. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Lucæ 18. vacuas oportet esse manus hominis per humilitatem: ad hoc vt elemosyna gratiæ ei à deo detur. Item oratio hypocritarum in hoc ridiculosa est quod manus tendunt.



SEQVITVR PARS SEXTA

HVIVS MANIPVLI.


EXHORTATIO.

Voniam o amantissime lector per 3. cap. nostra regula apostolica, tenemur sub pena mortalis culpa horas canonicas persolvere secundum usum Romanæ Ecclesiæ, ego horas sequentes explanationes rubricarum breuiarij Romani apposui, hac de causa ut facilius concipias illarum subiectum: quare illas perlegito, si domino Deo tute vis reddere promissum.

De modo dicendi horas, Versus.


Clerice pausando dic horas non properando,
Dicas attente, dic totum supplice mente.
Dic iuxta morem, primo discasque priorem,
Cum domino loqueris orans non ergo vageris.
Qui bene non dicit horas deus huic maledicit.
Syncopa vitetur, versus non anticipetur,
Donec finitus omnino sit bene primus.
Scribit defectus horarum demon ineptus.
Quotidie multos valet ex his scribere libros.
Cor rursum teneas, ubi sunt que poscere curas.
Si non attendis que dicis te reprehendis.
Vix Deus exaudit illum, qui cor sibi claudit.

Quando rogas ore: simul ora supplice mente,
 Et quod profertur lingua, bene cor meditetur.
 Cum domino psalles, psallendo tu tria serues,
 Dirige cor rursus, bene propter, respice sensum,
 In templo vanum fuge cantum, dilige planum,
 Non claves tantum, cogaris linquere totum.
 Vos qui seruitis Christo, seruire studete:
 Quos memores sitis, hos versus saepe videte.
 Psallite deuote, distincte metra tenete.
 Vocibus estote concordēs, vana cauete.
 Nunquam posterior versus prius incipiatur:
 Quam suus anterior perfecto fine fruatur.
 Qui psalmos refecat, & sua verba necat.
 Nil plus inde feret, quam si lingua taceret.
 Tu quicumque choro Christi famularis honori,
 Non sis mente foro, sed menti tua consonet ori.
 Esto choro totus intentus psallere Christi,
 Laudes deuotus cui te totum tribuisti.


PRAXIS CELEBRANDI DIVINI
OFFICII AD EXPLICATIONEM R.
bricarum Breuiarij Romani nuper restituti con-
fecta, longè castigatior & auctior recenter ex-
pressa, cum Indice ad calcem.

*Ad Matutinum in Dominicis post octauas Epiphania
vsque ad Septuagesimam. Et post octauas cor-
poris Christi, vsque ad Aduentum.*

Caput I.

D Matutinum, priusquam incipias, hoc
per ordinem regulariter secretoque di-
cuntur. *Pater noster. Ave Maria. Credo:* quibus
finitis, clara voce hebdomadarij
primùm dicit: *Domine labia, &c.* Signando sibi os.
Deinde, *deus in adiutorium, &c.* Signando se à fronte
ad pectus cum *gloria patri, &c.* prout in Psalterij in-
tatio explicatum est. His absolutis dicitur Inuitato-
rium. *Adoremus dominum, &c.* cum Psalmo. *Veni
exultemus, &c.* Psalmo dicto, & repetito inuitato-
rio, vt est in Psalterio, dicitur hymnus: *primo diem
vel Nocte surgentes.* Secundum mutationem tempo-
rum, prout in hymnorum rubricis legitur. Deinde
enunciatur principium Antiphonæ, *Servite domini*
vt ibidem reperitur. Deinde pronunciat̃ur quatuor
sequentes psalmi: quibus finitis, replicatur Anti-
phona. Ac pronunciat̃ur altera, *deus iudex:* Inde se-
quuntur quatuor alij Psalmi: quibus dictis Anti-
phona

phona tota legitur. Hinc pronunciat^r tertia Antiphona, *Tu domine*: Et inde lectis aliis quatuor psalmis, legitur & tota Antiphona. Post hæc dicitur, *Verf. Memor esto. & Pater no. secretò*. Post ea dicitur, *Verf. Et ne nos. Resp. Sed libera*. Hoc totum reperitur in Psalterio. Sequitur Absolutio. *Exaudi domine Iesu Christe. Iube domine. Benedictione perpetua*: quæ Absolutio & benedictio reperiuntur in prima Dominica Aduentus, ad nocturnos & lectiones omnes. Hinc sequitur scripturæ lectio, quæ in omnibus Dominicis annotatur, prout in Breuiario per singulas reperitur. Finita autem lectione, dicitur: *Tu autem domine miserere nostri*. Et fit responsio, *Deo gratias*. Inde dicitur primum Responsorium, quod statim à prædicta lectione annotatum reperitur. Cùm verò non reperitur præcedentis dominicæ alterum Respòs. capitur in hunc modum. Responsorium enim quæ vocantur de Historia, quæ quidem adhærent notatæ lectionibus secundæ Dominicæ post Epiphaniam, vniuersis & singulis vsque ad Septuagesimam dominicis subserviunt. Et illa quoque Resp. tertiæ dominicæ post Pentecosten, singulis dominicis diebus inseruiunt vsque ad primam Dominicam Augusti. Responsorium autem primæ Dominicæ Augusti in totum mensem deseruiunt, & quæ sunt primæ dominicæ Septembris, duabus dominicis accommodantur. Quæ sunt autem tertiæ, illi soli seruiunt: & similiter quæ sunt quartæ, ipsi quartæ: & quæ quintæ, quintæ. Si vero prædicta dominica quinta in die dominico coaptari nõ poterit, vltima huiusmodi hebdomada accommodabitur vni diei feriato, quo quidẽ die lectiones Scripturæ quæ fuerat eius Dominicæ prælegetur, cū tribus primis respò-

forijs vt videre est in propria eiusdē Dominicæ tribrica. Et responsorio primæ dominicæ Octobris seruiunt in totū mensem. Similiter quæ sunt primæ dominicæ Nouēbris, ipsi mēsi toto subseruiunt. Finito Resp. & Vers. cum repetitione eiusdē, prout in omnibus respōsoriis reperitur, imprimis dicitur. *Iube domine*, cū benedictione sua *Vnigenitus*, &c. Inde prælegitur secūda lectio, qua finita secundū dicitur Resp. eo modo quo primū: quo quidē absoluto imprimis dicitur, *Iube*: cum benedictione, *Spiritus sancti*. Deinde tertia lectio pronunciat: qua finita, tertiū legitur Resp. cū repetitione eiusdē: & dicitur *Gloria patri*. Atque eiusdē repetiti responsorij fit iterata repetitio. Hoc igitur absoluto dicitur secundus nocturnus, id est Antiphonæ & psalmi qui in secundo annotantur nocturno, quod primū sequitur, hoc est antiph. *Bonorum meorum*. psal. *Conserua*. Hic legitur antiphona: atque altera pronuntiat, *Propter verba*: & dicitur Psal. *Exaudi domine*. legitur & antiphona, ac pronūtiatur tertia. *Diligam*. legitur & psal. *Diligam*. legitur hīc etiā antiphona: qua finita, dicitur Vers. *Quoniam tu illuminas*, cū *Pater no. Et ne nos. Sed libera*. Itē absolutio, *Ipsius pietas*: *Iube*: Benedictio, *Deus pater omnipotens*. Posthæc leguntur tres lectiones Sermonū eiusmet dominicæ, cum tribus Resp. vnum per singulas lectiones iuxta ordinē præscriptum in tribus primis lectionibus. In secunda vero lectione dicitur *Iube do*. In benedictione dicitur *Christus perpetuus*, &c. legitur præterea lectio, cum Resp. Et ad tertiā lectionē dicitur *Iube do*. Eodēque modo cum benedictione, *Ignem sui amoris*. Lectio deinde legitur Resp. cum *Gloria pa.* &c. Ad tertium nocturnum dī-

citur Antiphona, non sunt cum Psalmo, *Cali enarrant*:
 Repetitur Antip. pronuntiaturque altera, *Exaudiat*.
 Et subsequitur prædictus psalmus, quo finito dicitur
 Antiphona: ac pronuntiatur tertia Anti. *Domine*.
 Legitur deinde psalmus, *Domine in virtute*. Dicitur
 præterea & altera Antiphona. Deinde dicitur
 Versus. *Exaltare domine*, & Absolutio, à *vinculis: Iube*
domine. Evangelica lectio: Inde legitur Euangelium
 cum homilia eiusmet dominicæ, eodem ordine singulis
 Dominicis consequentibus prout in Breuiario
 reperitur. Finita autè lectione, vt suprâ, propriū
 dicitur Resp. quo finito dicitur *Iube domine*: cū benedictione,
Diuinū auxiliū: Legitur & altera lectio cū
 Resp. *Duo Seraphin &c.* quod Resp. & octauū omniū
 prædictarum Dominicarum prout loco suo reperitur
 cū sua Rubrica: quo quidem absoluto cū *Gloria*
pa. &c. tertia dicitur lectio, *Iube*: cum Benedictione,
Ad societatem. Sed hîc notandū venit, quod si in aliqua
 istarum Dominicarum occurrat festū simplex
 trium lectionum, & propriā habeat lectionē, omittitur
 nona lectio ipsius Dominicæ, & eius loco propria
 de sancto dicitur lectio. quodd si idem sanctus
 duas habeat lectiones, coniunctim ambæ pro vna
 leguntur, ad cuius finem sequitur, *Tu autem, &c.*
 quemadmodum & in aliis fieri consuevit. His
 omnibus absolutis dicitur, *Te deum laudamus*. & in
 hunc modum Matutinum hoc terminatur.

Ad Matutinum in Dominicis Aduentus.

paragr. 2.

AD Matutinum in Dominicis Aduentus, idem
 principiū seruatur simul & ordo prout iam diximus.
 Et quanuis mutetur Inuitatoriū, Hymnus &

P A R S S E X T A

antiphonæ ad psalmos, & Versiculi in nocturnis, eadem Absolutiones & benedictiones in lectionibus, eodem ordine singulo quemadmodum supra enarratum est. Veruntamen Resp. post singulas lectiones similiter & Dominicas sunt propria, ita ut errare nemo possit. Aduerte tamen, quòd si aliquod festum simplex occurrat in aliqua Dominicarum huiusmodi, lectionem habens propriam, omittitur quæ propria est, & eius loco nona lectio ipsius Dominicæ prælegitur, cum nono Resp. ad quod dicitur, *Gloria patri*, & non ad octauum, prout & in aliis Dominicis fieri solet. Idque propterea euenit quod toto hoc tempore. *Te Deum* non dicitur.

Ad matutinum in Dominicis Septuagesima, vsque ad primam Dominicam Quadragesima. Parag. 3.

AD Matutinum in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ idè ordo seruatur qui prius perscribitur, sed mutatur inuitatoriũ, quod in dominica Septuagesimæ reperitur quod est *Præoccupemus*. Hymnus verò Antiphonæ, Psalmi & vers. in nocturnis, iidem sunt qui & in Psalterio notãtur, ac dicuntur in dominicis post Epiphaniam. Eadè Absolutiones & Benedictiones ante ipsas lectiones, trium quoque nocturnorum lectiones, & Resp. & propria ad singulos dies dominicos reperiuntur. Leguntur autem omnes nouem lectiones, & nouem Resp. quemadmodũ & in Aduentu, etiam si occurrat festum commemorationis, in quo lectio omittitur, prout & in Aduentu dictum est. Et non dicitur *Te Deum*.

Ad matutinum in Dominicis Quadragesima, vsque ad Dominicam in Passione. Paragr. 4.

AD Matutinum in dominicis Quadragesimæ vsque ad dominicam in Passione, idem ordo seruatur in nocturnis, prout superius dictum est, sed mutatur Inuitatorium quoniam dicitur *Non sit vobis vanum*. Hymnus, qui est *Ex more docti*, & Vers. ad nocturnos, qui sunt ad primum nocturnum, *Ipse liberavit*. ad secundum, *Scapulis*. ad tertium, *Scuto*. Qui in prima Quadragesimæ Dominica reperiuntur. Antiphonæ verò ad psalmos, & ipsi psal. iidē sūt qui recitabantur & in aliis post Epiphaniam Dominicis. Lectiones autem & Resp. sunt per singulas Dominicas nouem: Nec vlla lectio de sancto dicitur, quamuis aliqua eiusdem commemoratio occurrat, quæ in aliqua earum Dominicarū fieri debeat. Nec dicitur, *Te deum*, vt & in Aduentu præsignificatū est.

Ad matutinum in Dominicis in Passione,

& Oliuarum, Parag. 5.

AD Matutinū in Dominicis, in Passione, & Oliuarum, idē ordo seruatur qui & in Quadragesima, mutatur duntaxat, Inuitatoriū, & dicitur, *Hodie si vocem*, cum psalmo. *Venite*. Aduerte tamen vbi peruentum est ad eū psalmi Vers. scilicet, *Hodie si vocem*, &c. non fit repetitio, *Hodie*. Sed id quod in Vers. psalmi positum est sequitur: nempe, *Sicut in exacerbatione* &c. Et in fine psalmi non dicitur, *Gloria patri*. Sed eius loco repetitur Inuitatorium, *Hodie si vocem*. Ac dicitur Hymnus, *Pange lingua*. Antiph. & psalmi eodem dicuntur ordine, qui in psalterio in vniuersis tribus nocturnis reperitur. In fine nocturnorū versus adheret. Id est post primū, *Erue à frumea*. post secundum, *De ore leonis*, post tertium, *ne perdas*. Lectiones & Responsorium singulis Dominicis propria de-

signantur. In lectionibus autē eadem Absolutiones & Benedictiones dicuntur. In ultimo verò Resp. istarum duarum Dominicarum non additur *Verf. Gloria patri*, quemadmodum & in aliis addebat, sed solūm repetitur Resp. ab initio, cum eo quod reliquum est vsque ad *Verfum*. Scire etiam oportet, quòd si aliquod festum commemorationis occurrat in duabus his Dominicis omittitur lectio propria veluti in Quadragesima factum non ignoramus. Ac lectiones omnes & Resp. diei Dominici dicuntur. Nec dicitur, *Te deum laudamus, &c.*

*Ad Matutinum dominicarum, à Dominica in Albis
vsque ad Ascensionem, paragr. 6.*

AD Matutinū in Dominicis post Pascha vsque ad Ascensionē hic ordo obseruatur. Principio dicitur, *Pater, Ave, Credo, Domine labia, &c.* prout superius indicatum fuit. Deinde Inuitatorium, *Surrexit dominus*. *Psal. Venite*. Hymnus, *Rex*: Vna sola Antiphona, *Halleluya, Lapis*. In vniuersis duodecim *Psalms* primi nocturni, prout videre est in *Psalterio*. Primitus autē, *Verf. Surrexit dominus*. Ad lectiones verò, eadē sunt Absolutiones & Benedictiones quæ & in aliis Dominicis dicebantur. Tres item primæ lectiones scripturæ quæ in singulis Dominicis reperiuntur: Resp. scilicet, *Angelus domini*, cum reliquis, quæ duabus Dominicis subseruiunt. Secundus autē nocturnus dicitur, cum vna Antiphona, *Halleluya*. Ad omnes tres *psalmos* dicitur *versus, Surrexit dominus* verè. In singularum Dominicarum lectiones: cum tribus Resp. iam dictis. Ad tertium nocturnum dicitur Antiphona, *Halleluya*. Et ad tres *Psalms* tertij nocturni.

ni, vers. *Gaude sunt*. Tres autē lectiones ad Homiliā Euangelij singularum Dominicarum, cum duobus responso. ad secundum, qui est octauus; dicitur vers. *Gloria patri*. Nona autem lectio, nisi occurrat alicuius sancti commemoratio, de eadem Dominica prælegitur: verū si lectio de sancto intercesserit, quæ fuerat de Dominica silentio præteritur, & quæ est de sancto legitur: quod si duæ fuerint, ambæ in vnam coalescent, prout dictum legimus in Dominicis post Epiphaniam: Et post nonam lectionem concinitur, *Te deum*. Notandum tamen est, quod dominica in albis est vt festum duplex: quo quidē nomine antiphonæ in nocturnis duplicantur, in aliis verò dominicis nequaquam ita fit. Sed quemadmodum obseruari consuevit in dominicis infra annum, hoc est, in semiduplici.

Ad Matutinum dierum ferialium, ab octauis Epiphaniæ usque ad primam Dominicam Quadragesimæ. Et à Dominica Trinitatis, usque ad Aduentum, parag. 7.

AD Matutinum, quando celebratur officium de feria videlicet ab octauis Epiphaniæ, vsque ad primam Dominicam Quadragesimæ: Et à festo Trinitatis, vsque ad aduētum, & in vigiliis ieiuniorum, & in temporibus Septembris, idem ordo seruatur. Dicitur enim, *Pater noster, Ave Maria, Credo in Deum*. Item, Matutinum Beatæ Mariæ in Choro secundum rationem temporum, quo absoluto dicitur, *Domine labia*. prout ante dictū est. His adduntur Inuitatoriū, Hymnus, Antiphonæ, Psalmi & Vers. quæ

PARS SEXTA

omnia in psalterio habentur per singulasferias, quæ observatione ab omni errore effugies. finito deinde Vers. dicitur, *Pater noster: Et ne nos: Sed libera.* Absolutiones verò & Benedictiones, post *Iube domine*, in hunc modum dicuntur: diebus Lunæ & Iouis, *Exaudi domine*, cum propriis primi nocturni Benedictionibus. Diebus martis & veneris dicitur *Ipsius pietas*: cum propriis secundi nocturni Benedictionibus. Diebus Mercurij & Sabbati, dicitur *A vinculis peccatorum*: cum suis Benedictionibus tertij nocturni.

Animaduertendum est, quòd quando intra hoc tempus lectiones prædeunt ab homilia occurrentis Euangelij, prout euenire solet feria quarta cinerum: in feria quinta, festo, & sabbato sequenti in feria quarta, festo & Sabbato quatuor temporum in Septembri: & in vigiliis quibus ieiunium obseruatur in quibus homiliæ præleguntur. Benedictiones in hunc modum dicuntur. Prima enim est, *Euangelica lectio*: Secunda, *Diuinum*: & tertia, *Ad societatem*. Absolutiones tamen prout dictum est, iuxta diem occurrentiam dicuntur. In his diebus leguntur de scriptura, quæ in ea occurrit feria, lectiones tres: sed que propterea fit quòd singulis diebus vel de proprio lectiones, vel de scriptura, vel etiam de homilia reperiantur.

Aduertatur etiam, si quando obueniatur ut aliquod festum duplex in dominico die, vel feriato celebretur quo quidè die alicuius libri scripturæ principium accurreret: ac festum illud scripturæ lectiones tres de proprio haberet huiusmodi lectiones de scripturæ principio in eum diem designatæ leguntur primo eiusdem septimanæ die non impedito à die

festo quod etiam de proprio tres scripturæ le-
 ctiones haberet, ita ut omnino legantur : eius au-
 tem dici propriæ cum illis quæ de scripturæ princi-
 pio fuerant vel legentur vel etiam omittentur.
 Ad harum lectionum singulas dicitur proprium
 Responsorium in hunc modum. Diebus lunæ &
 iouis dicuntur Responsorium primi nocturni præce-
 dentis hebdomadæ: diebus martis & veneris Respõ-
 sorium secundi nocturni : diebus autem Mercurij
 & Sabbathi Responsorium tertij nocturni. Et quo-
 niam per plures dominicæ in tertio nocturno vnũ
 duntaxat habent Responsorium ex historia, se-
 cunum erit *Duo seraphim*. Quod tantum in Domini-
 cis diebus dici solet. In his autem diebus Mercurij
 scilicet & sabbathi si officium fiat de feria, primum
 Resp. erit septimum Dominicæ, secundũ autẽ Resp.
 erit secundũ, & tertium, erit tertium, dummodo in
 feria secunda eius Dominicæ in qua sunt posita re-
 sponsoria, designata essent responsoria, sed quando
 in secunda feria non prænotantur responsoria, pri-
 mum similiter Responsorium erit præcedentis Do-
 minicæ septimum : secundum & tertium, erunt se-
 cundum & tertium, quæ sub secunda & tertia le-
 ctionibus primi nocturni eiusdem Dominicæ no-
 rantur. Aduertatur etiam quod dominicæ Sexage-
 sima & Quinquagesima nonum habent Respõ. de
 textu Euãgelij, quod in solis Dominicis recitari cõ-
 suevit. Quapropter in feria quarta & Sabbatho, si
 officium fiat de feria, tertium responsorium illud
 erit quod in secunda feria priore loco notatur.

Notandum præterea, quod si in feriis reperiantur
 post lectiones propria subsignata responsoria, illa

dicuntur eodem die, quòd si desint, in eorum locum subijciuntur Responsoria nocturnorum, eo quem iam diximus ordine.

Rursus notandum venit, quòd si in dominica, in qua annotantur Responsoria festum duplex occurreret, propter quod non valeret in propria dominica adhiberi, ob celebritatem Sancti huiusmodi, in eadem hebdomada relinquetur dies vnus de feriis, quicumque tandem ille sit, in quo dicuntur tria Respon. primi nocturni, etiam si alia Resp. post lectiones eiusdem feriæ adnotarentur. Sed si in tali feriâ, quando primum subiicere oportet responsoria dominicæ præteritæ, occurrat festum simplex, & in ipsa hebdomada nullus dies esset feriæ vacuus, qui lectionem aliquam haberet: eadem lectio tunc solum omittitur, & vniuersæ tres lectiones & Respon. de feriâ leguntur. Et post has lectiones non dicitur, *Te Deum.*

Ad Matutinum in feriis de Aduentu. varag. 9.

TEmpore Aduentus, quando non occurrit festum nouem lectionum, hoc est duplex, vel semiduplex, vel Sancti cuius habeatur Eccle. vel proprium eius corpus in Ciuitate, aut intra octauas: quibus diebus fit officium nouem lectionum cum feriæ commemoratione: Semper & in hunc modum officium celebratur de feriâ. Ad Matutinū dicitur. *Pater. Ave. Credo.* Et Matutinum beatæ Mariæ, quod designatū reperitur in tempore Aduentus: quo finito dicitur, *Domine labia, &c.* Inuitatoriū, *Regem venturum.* Hymnus, *Verbum supernum.* Antiph. & Psal. quarumcumque feriarum, prout in Psalterio adnotatū reperitur: & Versiculi, quemadmodū ad quaslibet huius tēporis

ferias in Psalterio prænotantur. Absolutiones & benedictiones iuxta dierum occurrentiã dicuntur, veluti superius est indicatum: hoc est, diebus Lunæ & Iouis, prima est, *Exaudi*. Diebus Martis & Veneris, secūda nempè, *Ipsius pietas*. Diebus mercurij & Sabbathi, tertia, hoc est, *A vinculis*. In diebus quatuor temporum & Vigilia natiuitatis Domini quãdo erit Homilia ad primam, dicitur, *Euangelica lectio*. Ad secundam, *diuinum*, Ad tertiam, *Ad societatem*. Lectiones autem ordine suo per singulos dies in Breuiario digestæ reperiuntur. Respon. autem tria dici consueuerunt: quando posita sunt propria in ipsis feriis eodem die dicuntur quo quidem prænotantur: Sed quando non designantur propria ad feriarũ lectiones, in feria secunda & quinta, dicuntur tria Respon. primi nocturni præcedētis Dominicæ. Diebus Martis & Veneris, illa dicuntur secūdi nocturni. Diebus verò mercurij & Sabbathi, illa tertij nocturni: prout antea docuimus. Nūquam lectio fit de Sancto cuius fit commemoratio, quando in Matutino tres duntaxat lectiones dicuntur. Et post lectiones non dicitur, *Te Deum*.

Ad Matutinum in diebus ferialibus à prima Dominica in Quadragesima, vsque in Sabbatum ante Dominicam in Passione. Paragr. 10.

IN tempore Quadragesimæ similiter non fit alicuius Sancti solennitas, nisi in eorum numero fuerit qui nouem lectiones habent. Matutinum hūc in modum celebratur. Principio dicitur, *Pater. Ave. Credo*: Matutinũ beatæ Mariæ: quo finito, ad Matutinum de feria dicitur, *domine labia*: Inuitatorium.

P A R S S E X T A

Antiphonæ, & Psalmi occurrentis feriæ per singulos dies leguntur, prout in Psalterio designantur. Dicitur & hymnus, *Ex more*: Versus autem sunt, *Ipse liberauit. Scapulis. & Scuto.* qui iuxta ferias dicuntur, & habentur in Psalterio. Absolutiones autem dicuntur iuxta dies ipsos, vt ante diximus: hoc est, diebus Lunæ & Iouis, *Exaudi.* Martis & Veneris, *Ipse.* Mercurij & Sabbathi, *A vinculis.* Benedictiones, et primam lectionem quæ habet Euangelium, dicuntur: *Euangelica lectio.* ad secundam, *diuinum.* ad tertiam, *Ad societatem.* Lectiones ipsæ per singulos dies suis locis annotatæ reperiuntur. Responsorîa ibi dicuntur vbi designata occurrunt. In illis autem feriis quæ vnicum habent Responsorium illud dicitur ad eam lectionem sub qua annotatur. Alia verò duo mutuo capiuntur à nocturno iuxta diei rationem. Et ad eas ferias in quibus minimè annotantur iuxta eum ordinem dicuntur cuius antea meminimus, hoc est, diebus lunæ & Iouis tria primi nocturni præcedentis Dominicæ: Martis & Veneris tria secundi nocturni: Mercurij & Sabbathi tria tertij nocturni: vt antea diximus. In istis autem feriis lectiones non leguntur de Sancto cuius fit commemoratio, sed vniuersæ tres ipsius feriæ, cum suis responsorîis.

Ad Matutinum dierum ferialium à Dominica in passione, vsque in diem Iouis hebdomada sancta. paragr. II.

AD huius temporis Matutinum, idem ordo seruatur, de quo suprâ. Matutinum verò beate Mariæ dicitur vsque ad diem Sabbathi Oliuarum.

in hoc tempore tamē mutatur officij inuitatorium, quod est, *hodie si vocem*: cum Psalmo, *Venite*: Sine gloria patri. prout dictum est in propriis Dominicis: dicitur & hymnus, *pange lingua*. Antiphonæ verò & Psalmi quemadmodum per singula tēpora in Psalterio designantur. Versus etiam Passionis tempore in Psalterio annotātur. Absolutiones & Benedictiones dicuntur vt supra in feriis Quadragesimæ. Sed diebus Martis & mercurij Sanctis, quoniam tres sacre scripturæ lectiones præleguntur, & non de homilia, in die Martis dicuntur Benedictiones, cum Absolutione secundi nocturni, & in die Mercurij, tertij nocturni. Respōsoria verò, quādo sub lectionibus non annotantur, de præcedente dominica capiuntur, eodem ordine vt supra. Ad tertiam, non dicitur Versus. *gloria patri*: Sed replicatur totum Responsorium. Non legitur lectio de Sancto cuius fit commemoratio, sed totæ tres lectiones de feria. Nec dicitur, *Te Deum*.

Ad Matutinum in diebus ferialibus à Dominica in Albis, vsque ad Ascensionem, parag. 12.

AD Matutinum in tempore Paschali quando fit officium de feria, hic ordo seruetur. Primum dicitur, *pater noster. Ave maria. credo*. Matutinum beatæ Mariæ: Deinde, *Domine labia mea, &c.* Inuitatorium, *halleluya*. Psalmus, *Venite*, Hymnus, *Rex semperiternus*: quo pacto in secūda feria reperitur post Dominicam in Albis. Antiphona. *halleluya*. Psalmi currentis feriæ, omnes dicuntur sub Antiphona. *Halleluya*. quemadmodū in psalterio annotantur finitis

Psalmis, tota dicitur Antiphona, *Halleluia*. Itē, vt
 vt in Psalterio per hæc tempora designatur: *Oratio
 noster, &c.* Absolutio cum benedictionibus in die-
 bus Lunæ & Iouis est, *Exaudi, &c.* Martis & Vene-
 ris, *ipsius, &c.* Mercurij & Sabbathi, *A vinculis, &c.*
 Si autem legatur Euangelium, Benedictiones sic de-
 centur. Ad primam lectionem, *Euangelica lectio, &c.*
 Et quando non legitur, illa dicitur quæ subsequitur
 Absolutionem. Ad secundam, *Diuinum auxilium.*
 Et ad tertiam, *Ad societatem.* Leguntur regulariter tres
 sacre scripturæ lectiones huic tempori per singulos
 dies accommodatæ. Verum si in precedenti Domi-
 nica, vel in aliqua feria celebratum fuisset alicuius
 Sancti festum duplex, quod proprias de sacra scri-
 ptura lectiones haberet, & in eadem Dominica, vel
 feria caderet principium alicuius libri, vel Epistolæ
 canonicæ: Illud principium primo quoque die quo
 fieri potest legitur, siue sit feria, siue Sanctus qui le-
 ctiones proprias è sacra scriptura designatas nõ ha-
 beat: tunc scripturæ lectiones eius diei omittuntur,
 vel cum primis etiam leguntur. Aduertendum est
 præterea, quod si in tertia vel quarta Dominica ho-
 iusmodi, in quibus primùm notantur & sub lectio-
 nibus occurrat festum duplex, ita vt non possint ad
 eandem Dominicam adaptari ob id quod festum
 talis Sancti celebretur: si contingat dies vacuus in-
 tra hebdomadam, fiat de feria: & sub duabus primi-
 lectionibus, quicumque dies ille fuerit, duo primi
 dicentur Resp. primi nocturni præcedentis Domi-
 nicæ, quamuis adnotata reperiantur alia Responso-
 ria sub ipsis lectionibus de Feria. Sed si fortè dies
 vacuus non occurrat, fiat officiũ de feria primo die

illi
 me
 &
 me
 po
 nic
 non
 pri
 mo
 pri
 cu
 Re
 S
 cui
 tur
 præ
 E
 gat
 dic
 Ho
 iam
 non
 fit
 uer
 Te
 Ad
 A
 Ve
 stis

illius Septimanæ, quod sit Sanctus simplex, cum cōmemoratione eiusdem Sancti ad primas, Vesperas & ad Laudes: quemadmodum & alibi de his commemorauimus. Ad has autem lectiones in toto tēpore duo leguntur Responsorialia præcedentis dominicę, in qua suum initium accepit historia: vel cū non signantur propria in aliqua feria, eodem ordine prius dicto. Sed cū non signantur ad ferias, in hūc modum dicuntur, hoc est, diebus Lunę & Iouis duo primi nocturni. Martis & Veneris, duo secūdi, Mercurij autem & Sabbathi, duo tertij. Ad secundum Respon. dicitur Versus. *Gloria patri.*

Si in aliqua feria contingat commemoratio aliquius Sancti, & foret necesse dicere de feria, omittitur propria lectio, & vniuersę tres lectiones de feria præleguntur.

Est præterea notandum, quod in secūda feria Rogationum, si non fuerit festum nouem lectionum, dicitur de feria, & omnes tres lectiones dicuntur de Homilia Euangelij eius diei, & tria Respon. ordine iam dicto: & ad tertium dicitur, *Gloria patri.* quoniã non dicitur, *Te Deum.* Duobus diebus sequentibus fit similiter de feria, modo non occurrat festum nouem lectionum: Sed cum duobus Respon. & cum *Te Deum.*

Ad matutinum in festis duplicibus, semiduplicibus, intra octauas, & de Sanctis qui Ecclesiam habent, vel quorum corpora sunt in Ciuitate. paragr. 13.

AD Matutinum in festis duplicibus, semiduplicibus, intra octauas, in vigilia epiphanię, diebus Veneris & Sabbathi post octauas Ascensionis: Et festis Sanctoꝝ qui habent Ecclesiã, & quoroꝝ corpora

P A R S S E X T A

sunt in Ciuitate, fit solennitas nouem lectionum, & hic ordo seruatur. Eorum enim Sanctorum fit festi duplex, quod in Calendario notatur, *Duplex*. & eorum fit semiduplex, qui hoc verbum in Calendario habent, *Semiduplex*: Sed de his qui hæc habent, *habent Ecclesiam*, vel, *corpus*, &c. ac nihil præterea, libere permittitur vt celebrentur, aut de duplici, vel semiduplici, modò id fiat per nouem lectiones iuxta Patriarchales constitutiones: Et illi qui in aliqua notantur Dominica, aut intra octauam aliquam, vel in alia quapiam solennitate, si non sint ex numero ordinariorum in Calendario Breuiarij, sat est quod in propriis celebrentur Ecclesijs, & alibi qui volent, solam commemorationem efficiet eorum, modo non cadant in maiores solennitates, in quibus veritum est cuiuscunque Sancti commemorationem facere.

Quando sanctus aliquis habet de proprio vniuersum officium, vel partem, semper id quod est de proprio dicitur: sed si non habet de proprio, itur ad commune: & sic officium integrum celebratur. Principio igitur, dicitur, *Pater. Aue. credo. Domine labia*. Invitatoriũ de proprio, vel de cõmuni. Hymnus proprius, vel cõmunis, iuxta sancti qualitatẽ. Antiphona propria, vel de communi: quæ quidem Antiphona in festum duplex integra ante Psalmũ dicitur, & post Psalmum: sin verò sit semiduplex, aut intra octauam ante Psalmum duntaxat pronunciatur, & integra post Psalmum enunciatur. Psalmi eidem solennitati accommodati vel de proprio, vel de communi: quales reperiuntur in solennitatibus vel propriis, vel communibus. Intempore Paschali, vna sola dicitur Antiphona ad singulos nocturnos sub tribus Psalmis iuxta

iuxta festiuitatum qualitatē. Absoluto tercio Psalmo cum sua Antiphona, dicitur Vers. qui in proprio reperitur, vel in commune sanctorum. Versu dicto, & *Pater*. Absolutiones dicuntur, prout in dominicis dictum est. Eodēque modo benedictiones: deinde, *Iube domine*. Quod autem principio quarumcunque lectionum pronuntiatur. Postea tres primæ lectiones dicuntur, quæ perpetuò de sacra scriptura depromuntur. Si verò sanctus ille non habet è scriptura lectiones proprias, tres currentis feriæ in locū propriatum subeunt. Quòd si in currente feria lectiones è scriptura non fuerint: prout in Quadragesimæ feriis euenire consuevit in quatuor temporibus Aduentus: secunda & quarta Rogationum feriis: & in quatuor temporibus Septembris: in quibus feriis lectiones Homiliæ Euangelij habentur: in eo casu tres scripturæ lectiones assumuntur, quæ in commune de sanctis adponuntur, iuxta tamen eius sancti qualitatem. Sed si idem sanctus habet de proprio, vel lectiones annotatas de communi: quæ sunt de feria omittuntur, & capiuntur quæ in eius sancti officio designatæ occurrunt. Deinceps ad vnā quamlibet lectionem dicitur; *Tu autem*. cum suo Respōf. de proprio, vel de communi, & ad tertium Resp. dicitur Vers. *Gloria patri, &c.* Inde dicitur secundus nocturnus eadem serie & ordine, quo primum enunciabatur, cum suis Antiphonis, Psalmis, Vers. *Pater noster*. & Absolutione, *Iube domine*. Atque Benedictionibus, &c. Ac tres leguntur lectiones, quæ in ipsa sollemnitate designatæ spectantur: siue sint ex aliquo sermone depromptæ, aut ex vita eius sancti cuius festum celebratur: sed si idem sanctus non ha-

P A R S S E X T A

beat tres lectiones totas de proprio, fit ibi supplementum de lectionibus secundi nocturni in communi ipsius sancti: si primum dicas quantas habet lectiones idem sanctus, & postea de sermone in communi vsque ad trium lectionum supplementum. Quod si fortè idem sanctus nihil habeat proprii, contingit permultis sanctis qui Ecclesiam habent, vel eorum corpora sunt in ciuitate, & nihil omnino in officio proprii: vniuersa de communi suppleantur. Post singulas verò lectiones dicitur, *Tu autem. Sicut eorum Resp. de proprio vel de communi existant.* Et ad tertium dicitur, *Gloria patri, &c.* Præter hæc dicitur & tertius nocturnus, cum suis Antiphonis, tribus Psalmis, Vers. *pater noster.* Absolutio. *Iube domine, &c.* Benedictiones prius dictæ. In tertio autem nocturno lectiones tres semper leguntur de homilia ipsius Euangelij, vel de proprio si ipsa solennitas tale quid habet, vel etiam de annotato, vel de communi iuxta ipsius sancti qualitatem. Postremo dicitur *Resp. vel de proprio, vel de communi.* Et ad secundum dicitur Vers. *gloria patri, &c.*

Verùm si occurrat aliquod festum duplex in aliqua Dominica, quæ ipsi festo duplici cederet. Et aliquod festum nouem lectionum caderet in eos dies, in quibus lectiones annotantur de Homilia Euangelij eius diei, prout contingit in tota Quadragesima: in quatuor tempora Aduentus, & Septembris: diebus Lunæ & Mercurij, in rogationibus: & in vigiliis quæ sunt de precepto: qui dies omnes homiliam habent de proprio: in diebus huiusmodi prædicta nouem lectionum festa occurrunt celebrantur. Et nona eiusdem festi lectio præter-

mittitur, in cuius locum dicitur lectio de homilia Euangelij eius dominicæ, vel feriæ: cuius Benedictio sequitur ad *Iube domine, ver Evangelica dicta*, quæ admodum in prima Dominica Aduentus explicatum fuit. Si verò in aliquo huiusmodi noue lectionum festo eueniat vt fiat commemoratio alicuius sancti trium lectionum: quoniam tales sancti nullam patiuntur translationem: similiter nona lectio eius sancti cuius fit commemoratio, sine quocunque responsorio legetur, excepto tamen si cõcurrant sanctus nouem lectionum, Dominica, vel feria de homilia, & sanctus trium lectionum: quoniam tunc lectio eius sancti cuius fit commemoratio omittitur, & homilia dicitur vel de Dominica, vel de feria. Atque nona lectio solennitatis omittitur. Sed si contingat, vt hic nulla fiat commemoratio, nona lectio presentis solennitatis subiicitur, qua finita dicitur, *Te deum*. Et sic Matutinum terminatur.

Ad Matutinum Sanctorum, qui tres lectiones habent.

Sancti illi omnes, qui in Calendario scribuntur sine verbo hoc, *Duplex, Semiduplex, vel, Habet Ecclesiam, vel, Corpus in tali Ecclesia*: Ad Matutinum cum tribus lectionibus celebrantur, & dicuntur festa simplicia, nec eorum in aliud tempus fit translatio. Et quando cadunt in Dominicam, vel in aliquod festum nouem lectionum, vel in Sabbatum, vel in Quadragesimam, vel in Aduentum, aut in vigilias quæ sunt de præcepto, vel in quatuor tempora Septembris, aut in Rogationes: duntaxat

eorum fit commemoratio, præter quam in quibus-
 dam maioribus solennitatibus, prout in Calendario
 notatur & in Rubricis legitur. Quando horum san-
 ctorum officium fit, ordo huiusmodi seruatur. Pri-
 mum dicitur, *Pater, Ave, Credo*. Et Matutinum beate
 Mariæ in Choro ratione temporum, & postea, *Bene-
 dicamus*. Ac Matutinum eius Sancti celebratur in
 hunc modum: Principio dicitur, *Domine labia, &c.*
Deus in adiutorium, &c. Deinde dicitur Inuitatorium
 de communi, iuxta ipsius Sancti qualitatem. Et si
 fortè de proprio nihil omnino reperitur, vt supra
 dictum fuit in officij duplicis ordine: post Inuita-
 torium, cum Psalmo iuxta ordinè, Hymnus de ipso
 communi dicitur: quo finito, pronuntiatur Anti-
 phona nocturni de feria eiusdem diei: & Psalmi
 duodecim omnes de eadem feria leguntur, cum
 vniuersis suis Antiphonis. Sed quando tempus in-
 tercedit post octauas Paschæ vsque ad Ascensionem,
 omnes Psalmi dicuntur sub vna Antiphona, *Halle-
 luya*: veluti annotatum est in feriis apud Psalmistam.
 Et ad Vers. ad Respôs. & Antiphonas eius temporis
 additur *Halleluya, &c.* Absolutis his omnibus dicitur
 Vers. qui habetur ad nocturnos de ipso met cõtra-
 ni: Vbi enuntiaueris Vers. dices, *pater noster: Et ne tu,*
&c. Et post Absolutionè, *Iube domine, &c.* Et ad pri-
 mam lectionem dicitur, *Ille nos benedicat, &c.* De-
 inde lectio prima currentis feriæ legitur: qua finita,
 & dicto, *Tu autem, &c.* enuntiatur Resp. de eodem
 communi. Animaduertere tamen oportet, quòd
 Vers. ad nocturnos: Absolutiones, & resp. post le-
 ctiones in hunc modum dicantur. Diebus Lunæ &
 Iouis dicuntur Vers. absolutiones & Resp. post pre-

mi nocturni lectiones. Martis & Veneris, secundi nocturni: & Mercurij, tertij nocturni. Hi autem Verſ. & reſp. de eodem communi dicuntur. Sed abſolutiones ipſæ, in prima Aduentus Dominica reperiuntur. Finito primo Reſp. effertur, *tube domine*. Deinde Benedictio, *Cuius feſtum vel quorū, &c.* Hinc legitur ſecunda lectio: ſed ſi Sanctus, cuius officium peragitur, duas in Breuiario lectiones habeat, prima dicitur de corrente feria: Secūda autem & tertia de eodem Sancto. Et ſi forſitan vnam ſolam haberet, duæ legētur de corrente feria, & tertia de ipſo Sancto. Verūm ſi nulla omnino reperiatur de Sancto: Duæ dicentur de feria, & vna ex ſermone de ipſo met communi, de quo promūtur Verſ. & Reſp. ad lectiones, quomodo ſuis locis adnotatū ſpectatur. Dicto, *Tu autem*. Secundæ lectionis, ſecundum legitur Reſp. de communi, quod primum ſequitur: prout ſuprà dictum eſt, ad quod effertur Verſ. *Gloria patri, &c.* Quo finito, dicitur, *tube domine*, pro lectione tertia: & Benedictio, *Ad ſocietatem*. Legitur deinde tertia lectio eiſdem Sancti, ſine vllō Reſp. Sed ſi occurrat Sāctus aliquis cuius fiat commemoratio in aliquo horum feſtorum ſimplicium, veluti contingit die prima Septembris, in qua celebratur officium de ſancto Egidio, cum fit commemoratio de ſanctis duodecim fratribus martyribus, nulla enim legitur lectio horum ſanctorum quorum fit cōmemoratio, quæ cum ſancto iſto ſimplici concurrat. Sed ſolūm fit eorum cōmemoratio ad primas veſperas, & ad Laudes: Et lectiones, ſiue lectio ſolūm leguntur de eo ſancto, cuius officium celebratur. Tertia lectione abſoluta, dicitur, *Te Deum*. Et hic

Matutinum finem capit.

Ad matutinum de beata Virgine in Sabbathis.

Par. 15.

IN omnibus Sabbathis totius anni, exceptis illis
 de Aduentu, Quadragesimæ, quatuor temporum,
 alicuius item vigiliæ in tali die occurrentis, vel vbi
 oporteret primum adponere præcedentis Domini-
 cæ Respons. vel vbi officium Dominicæ xxij. post
 Pentecostem celebraretur, quemadmodum in il-
 lius Dominicæ Rubrica legitur, vel vbi continge-
 ret officium nouem lectionum facere, vel intra oc-
 tauas Paschæ, & Pentecostes: Semper fit officium
 beatæ Mariæ, veluti in fine Breuiarij demonstratum
 est. Et si occurrat aliquod festum simplex in huius-
 modi Sabbathis, fit solum ipsius beatæ Virginis ad
 primas Vesperas commemoratio, & ad Laudes ro-
 missa interim eius lectione. Matutinum igitur hunc
 in modum peragitur. Imprimis dicitur, *Pater, Ave,*
Credo. Postea dicitur, *Domine labia, &c.* Inuitatorium
Aue Maria. Psalmus, *Venite.* iuxta consuetudinem.
 Quo finito, dicitur hymnus, *Quem terra.* Id percho
 dicuntur antiphonæ & omnes duodecim Psalmi
 de feria sabbathi, prout in Psalterio digeruntur.
 Aduerte tamen, quod loco tertij Psalmi, scilicet, *tu-*
bilate Deo. Dicitur Psalmus, *Bonum est confiteri Domini,*
 qui est ad Laudes ipsius sabbathi: Id propterea fit
 quod scilicet, *tubilate,* adsumitur in Laudibus beatæ
 Mariæ, vt suo loco videre licet apud Psalmistam.
 Scire etiam oportet, quòd ab octauis Paschæ vsque
 ad Ascensionem vna sola dicitur Antiphona, vide-
 licet, *Halleluya,* ad omnes psalmos. Et ad Versus
 Responsorium. Antiphonas, & Responsa breuia

additur, *Halleluya*. Finitis Psalmis cum suis antiphonis: Primum dicitur vers. *Diffusa, &c. pater noster, &c.* Absolutio, *Precibus & meritis &c. Iube domine, &c.* Benedictio, *Nos cum prole pia &c.* Prima lectio factæ scripturæ decurrente feria: qua finita dicitur Resp. *Sancta & immaculata, &c.* Postea dicitur, *Iube do. &c.* Cum benedictione, *Ipsa virgo virginum, &c.* Post secundam scripturæ lectionem, quæ sequitur primâ dicitur Resp. *Fœ. ix, &c.* ad quod subiunguntur vers. *Gloria patri*. Hoc vno peracto, rursus dicitur, *Iube Domine, cum benedictione, Per virginem matrem.* Et legitur tertia lectio beatæ Virginis, quæ per singulos menses designatur in fine Breuiarij: qua finita dicitur, *Te deum*. Similiterque in omnibus Sabbathis prædictis obseruatur. Inuitatorium, Hymnus, Vers. Absolutio, benedictiones, & Responsoria certissime in fine Breuiarij reperiuntur.

De Laudibus, parag. 16.

LAudes inchoantur vbi ad Matutinum dictum est, *Te deum*, immediatè post ipsum hymnum. Et quâdo nò dicitur hymnus, *Te deum laudamus*, ipsæ Laudes initium capiunt quouis in tempore, & sine noni Responso, vel tertia lectione finita cum hymno, *Te Deum*, in feriis à Pascha vsque ad Ascensionem. Et hoc ordine peragitur. Principio dicitur, *Deus in adiutorium, &c.* cum, *Gloria patri*. Inde, si sit festum duplex, Antiphona ante & post psalmos integra dicitur. Si verò fuerit Dominica vel festum tam nouem quàm trium lectionum, pars antiphonæ ante psalmum pronuntiatur, quæ post singulos

P A R S S E X T A

psalmos' tota legitur. Sed si sit Dominica, quæ de proprio Antiphonas nõ habeat, capiuntur Antiphonæ, quæ ad Laudes in Dominica cum ipsis Psalmis annotantur. Sin verò de proprio habeat, prout in Dominicis de aduentu, Septuagesimæ vsque ad Pascham de proprio dicentur. Sod si erit festum sanctorum, capiuntur, si quid habent proprii, eandem propriæ: & si de proprio non habent, illæ quæ sunt de communi singulorum sanctorum iuxta eorum qualitatem capiuntur. Si Sabbathum fuerit, in quo officium beatæ Mariæ fiat, antiphonæ sumuntur ex officio B. virginis iuxta diuersitatē temporum. Lecta vel pronuntiata antiphona, legitur Psalmus, *Dominus regnavit*, cum aliis qui in Dominica ad Laudes annotantur: quibus finitis dicitur antiphona. Et sic per singulos fit Psalmos. Secundus autē psalmus est, *Jubilate*. Tertius, *Deus deus meus, & Deus misereatur*. Ambo dicuntur sub vno, *Gloria patri*. Quartus est Canticum, *Benedicite*. Quintus est, *Laudate dominum de celis, Cantate, & Laudate dominum in sanctis*. Vniuersi tres isti psalmi, sub vno, *Gloria patri*. Animaduertendum tamen est, quòd à Septuagesima vsque ad Dominicam Oliuarum, loco duorum priorum Psalmorum, dicuntur Psalmus, *Miserere* & *Confitemini*: quemadmodum suis in locis annotatum reperies. Psalmo autē quinto finito, & quinta antiphona: dicitur Capitulum. Et si sit Dominica, quæ Capitulum non habeat de proprio illud eius loco dicitur quod est in Psalterio. Sed si sit Dominica vel festum quod de proprio habeat, eius Capitulum proprium enunciatur. Sin non habeat de proprio, accipitur Capitulum de communi ipsius sancti.

Capitulo finito, & dicto, *Deo gratias*. Hymnus dicitur iuxta temporum varietatem, prout in nocturnis demonstratum est. Post hymnum, sequitur Versus, post quē, si sit festum duplex, antiphona integra dicitur, de proprio vel de communi ipsius festi. Et si sit Dominica vel aliud festum, pars antiphonæ pronuntiatur: & huiusmodi antiphonæ in propriis reperiuntur Dominicis, vel in ipsa proprietate vel in commune sanctorum: Sed Versus capiuntur vel de psalterio, vel de Dominica, vel de proprio vel de communi Sanctorum. Dicta vel pronuntiata antiphona, dicitur Canticum, *Benedictus*: quo finito, dicitur eadē antiphona, Deinde effertur oratio propria ipsius Dominicæ, vel de festo si de proprio vel de communi habeat. Et Oratio erit eadem, quæ in primis vespers dicta est. Ante ipsam orationem dicitur, *Dominus vobiscum*, &c. Si officium cum socio dicatur. Sed si solus dicat, vel sint Moniales quæ dicant: oportet dicere, *Domine exaudi* &c. *Oremus*. cum ipsa oratione: qua finita cum suo, *Per dominum nostrum*, &c. *Amen*. Si in eodem die occurrat sanctus, de quo fiat commemoratio, eius commemoratio attamen in hunc modum fit: Antiphona de proprio vel de communi dicitur, quæ designatur, ad *Benedictus*, Versus, & ipsa oratio de proprio, vel de communi illius sancti, dicendo primū, *Oremus*.

Propterea notandum venit, quod si contingat sancti alicuius solennitas, & esset, exempli gratia, vnus Martyr, & fieret commemoratio alterius sancti, qui similiter esset Martyr, & nulla haberetur antiphona, præter vnā ad *Benedictus*, & vnus Vers.

quæ essent de cõmuni vnus Martyris in simili casu, dicta prius ea Antiphona, & eo Vers. pro eodem sancto, cuius fit solennitas, qui designatur ab Benedictus: pro sancto, cuius fit cõmemoratio, postea dicitur antiphona, & vers. qui notatur in communi vnus Martyris ad Magnificat: in primis vesperis. Et ad commemorationem in primis vesperis istius sancti, dicitur antiphona, & Versus qui signatur ad idemmet commune ad Benedictus: & similiter fit in aliis qui sunt de communi: & hoc ipsum etiam in vesperis obseruatur, in alium modum antiphonæ & versus commutando. Sed si festum quod celebratur, sit duplex, vel dies intra octauas, vel tempus in quo nullæ aliæ fiunt commemorations: post primam orationem (cũ nulla fiat sancti commemoratio) Vbi dixeris, *Per dominum nostrum, &c. Aues Dom nus vobiscum:*, vel *Dom. ne exaudi:* dicitur, *Benedicamus, &c. Fidelium anima, &c.* Et idem obseruatur, etiam si prædicta fieret commemoratio: quoniam vbi dixeris, *Per dominum,* cũ reliquo superius cõmposito, additur, & *Pater noster.* qui secretò annumeratur. Deinde effertur, *Dominus det nobis suam pacem:* et dicitur vna de antiphonis B. Mariæ cum versiculo & oratione designata post Completorium: & si obseruatur cũ ab hora discedunt è choro, vel cũ eadem hora officium terminatur. Verũ, si ad horam non finiatur, eadem Antiphona cum suis præcedentibus & consequentibus, dicuntur post vltimam horam quæ legitur, vel cantatur.

De commendationibus ordinariis, Parag. 17.

Quando celebratur officium de Dominica vel alicuius sancti, vel de feria post octauas Episcopi

phaniaz, vsque in Sabbathum ante Dominicam in
 Passione: & post Dominicam Trinitatis, in Sabba-
 thum ante Dominicam aduentus: excipiendo tamē
 festum duplex, & intra octauas: post orationem eius
 sancti cuius est solennitas, vel de officio quod dicitur,
 qualecunque sit illud, semper cum eo quod dictum
 est, sequuntur infrascriptæ commemoratio-
 nes. Prima est de beata Maria. Sed quæ est B. Virgi-
 nis, in illis diebus non fit, quibus Sacerdos obstrin-
 gitur paruum beatæ Mariæ officium dicere: nec
 etiam in Sabbathis, in quibus officium diuæ Virgi-
 nis celebratur. Sed solum in Dominicis, & in diebus
 sanctorum semiduplicium, & de his quorum offi-
 cium nouem lectiones habet: in quibus quidē die-
 bus nulla intercedit obligatio paruum diuæ Virgi-
 nis officium celebrandi. Antiphona est, *Sancta Ma-
 ria*. Versiculus *Ora pro nobis*, & oratio. vbi primū
 dixeris, *Oremus*, vel *Concede*. Ad hanc sequitur cōme-
 moratio Apostolorum: antip. *Gloriosi principes*: vers.
In omnē terram. Ac verū est, quod ad vespertas dicitur
 antiph. *petrus Apostolus*, & c. cū vers. *Constitues*. Hinc
 vbi dixeris, *Oremus*: dicitur oratio, *Deus cuius dextera*.
 Inde sequitur Ecclesiæ propriæ sancti cōmemora-
 tio, & quædā alia particularis siue per obligationē,
 siue per consuetudinē quemadmodum in Venetiariū
 Ecclesia, in qua, post illa quæ iā diximus, cōmemora-
 tio fit S. Marci: ad quā additur & illa sanctorū Mar-
 tyrū, Hermagoræ & Fortunati, iuxta Patriarchales
 constitutiones. Postremò, his omnibus commemo-
 rationibus absolutis, fit & illa quæ est de pace dicē-
 do antiphonam, *Da pacem*: & vers. *Fiat pax*. Et vbi di-
 xeris, *Oremus*: Oratio sequitur, *Deus à quo sancta*. Verū

maior pars istarum commemorationum reperitur in psalterio post vespervas ferię Sabbathi. Finita igitur vltima oratione, cum *per dominum, dominum vobiscum, vel, Domine exaudi*: Laudes hęc terminantur, modo quo & suprà dictum est.

De Laudibus in Dominicis Septuagesimę, vsque ad Dominicam Palmarum. Parag. 18.

IN Laudibus Dominicarum Septuagesimę, vsque ad Dominicam Palmarum hic ordo seruatur: hoc est, finito nono Responsorio, vt superius indicauimus, dicitur, *Deus in adiutorium. &c.* Pronunciatur Antiphona in Breuiario designata, per singulas Dominicas: quoniam omnes Dominicę superius nominatę, habent vniuersas Antiphonas ad Psalmos. Psalmi verò sunt, prout in Psalterio notantur. Absolutis Psalmis, cum suis Antiphonis: idem enunciatur Capitulum, quod dictũ fuit in præcedente Sabbatho ad vespervas: quo finito, cum suo, *Deo gratias* Hymnus effertur iuxta temporum varietatem. In dicitur eius Versus postquam pronunciatur Antiphona ad *benedictus*: quę propria ad singulas Dominicas designatur. Hinc dicitur, *Benedictus*: quo finita Antiphona integra legitur. Et post Antiphonã, et met Oratio effertur, quę & in præcedente Sabbatho dicta fuit. Deinceps, si in aliqua istarum dominicarum occurrat sanctus commemorandus, cui facta fuerit commemoratio respectu sabbathi præcedentis, etiam hęc fit eius commemoratio, si dicitur Antiphona, Versus, atque Antiphonę de cõmuni illius sancti, si de proprio fortè nõ habeat. Sed si nã

occurrat sanctus commemorandus, sequitur commemoratio b. Mariæ, Apostolorum, & aliorum sanctorum, cum ea quæ est de pace: & si aderit sanctus commemorandus, commemorationes quæ sunt de b. Virgine, &c. Sequuntur commemorationem quæ est de sancto, prout antea fusissimè demonstratum fuit. Aduerte tamen, quòd ordinariæ commemorationes finem capiunt ad vespèras Sabbati ante Dominicam in Passione.

De Laudibus in diebus Ferialibus. PARAG. 19.

IN Laudibus dierum ferialium in Aduentu, post Epiphaniam vsque ad quartam feriam Septimanæ sanctæ: Et à Dominica Trinitatis vsque ad Aduentum, & in vigiliis: idem ordo sequitur, qui & supra notatur. In his diebus cum celebratur de feria, leguntur Psalmi per singulas ferias designati, vt est in Psalterio: & illæ feriæ, quæ habent de proprio Antiphonas, veluti sunt dies illi ante natiuitatem, & feria secunda, tertia, & quarta Septimanæ sanctæ: quæ quidem feriæ habent de proprio Antiphonas, illæ cum Psalmis de feria dicuntur. In aliis verissimè feriis dicuntur antiphonæ, quæ cum Psalmis singularum feriarum annotantur. Aduentus autem habet sui temporis Capitulum, Hymnum, & Versiculum. Et quælibet feria suam & propriam habet antiphonam ad *Benedictus*. Similiter à feria secunda post primam Dominicam Quadragesimæ vsque in Sabbathum Dominicæ in Passione, eius temporis propria sunt capitulum, Hymnus, cum Versiculò. Et à die Lunæ post Dominicam in Passione vsque ad diem Mer-

curij sanctū, illius item temporis propria sunt, Ca-
 pitulum, Hymnus, & Versiculus. Eodemque modo
 singuli Quadragesimæ dies suam habent Antiphona-
 nam ad *benedictus*, & suam orationē propriam. Quo-
 tuor autem tempora in Adventu, & Septembri, et
 que vigiliæ quæ sunt de præcepto, suas quoque ora-
 tiones proprias habent. In feriis verò & vigiliis, que
 non habent Antiphonas, nec Capitula, neque Hym-
 nos, neque versiculos, item neque Antiphonas ad
benedictus: illæ succedunt & dicuntur quæ suis locis
 in Psalterio designantur. Atque in illis feriis, que
 orationem propriam non habent, Dominicæ immo-
 diatè præteritæ oratio sumitur, iuxta ordinem ante
 præscriptum. Absoluta itaque antiphona ad *benedi-
 ctus*: in feriis de Adventu, Quadragesimæ, quatuor
 temporum, in Septembri, Vigiliarum de præcep-
 to: cum celebratur officium de feria, flexis genibus
 dicuntur Præces, quæ sunt in Psalterio post
 Laudes secundæ feriae, hoc est, *Kirie, Christe, Kyrie, e-
 ter noster*. omnia sublimi voce: & ego dixi domine
serere mei, cum aliis Versiculis. Psalmus quoque, *De pro-
 fundis*: cum aliis versiculis sequentibus: quibus ter-
 tis oratio dicitur prout in eodem loco repetitur.
 Absoluta autem oratione, quando sunt commemo-
 rationes Apostolorum & pacis: primum fit de
 cuius sancti commemoratio, qui in eum diem ca-
 deret: quòd si non occurrat eo die sanctus, post ora-
 tionem de feria fit commemoratio de Cruce, dices
 do Antiph. *Per signum crucis*: cum versic. *Omnis terra
 simul cum oratione, perpetua*. Postquam fit ea quæ
 est Apostolorū, & aliæ quoque, atque in fine ea quæ
 est de Pace, Sed à dominica in passione & deinceps

quo quidem tempore nulla præterea fit cõmemoratio vbi oratio de feria dicta fuerit, ipsæ Laudes, quæadmodum dictum est superius, finem accipient.

De Laudibus Ferialibus in tempore Paschali. Parag. 20.

IN Paschali tempore, post Dominicam in albis vsque ad Ascensionem quãdo fit officium de feriis: Psalmi & Antiphonæ dicuntur, prout annotantur in Psalterio ad Laudes de Dominica. Capitulum verò, Hymnus, & Versiculus, reposita sunt in secunda feria post dominicam in Albis ad *benedictus*: Singulis diebus est propria Antiphona: Et dicitur oratio dominicæ præteritæ, excepta Rogationum feria secunda, in qua habetur eius diei oratio propria, & fit cõmemoratio de Cruce, prout habetur post laudes dictæ ferie in Albis. Et in hunc modum laudes terminantur, vt superius dictum est.

De prima. Paragr. 21.

ANte quàm incipias Primam, semper dicitur, *Pater. Ave. credo. deus in adiutorium* & c. Hymnus, *Iam lucis*. Propterea notandum est, quod postremus omnium Hymnorum versus iuxta solennitates mutatur, prout indicatum est in generalibus rubricis Breviarij sub titulo, De Hymnis. Finito Hymno, Antiphonæ pars pronunciat. In diebus autem festis Sanctorum, prima de Laudibus Antiphona pronunciat, quæ eidem sancto congruit: & dicuntur tres Psalmi, *deus in nomine. Beati. Retribue*. Et in festo sanctissimæ Trinitatis additur Symbolum Athanasij, *Quicumque*. Et si sit Dominica, Antiphona est

de proprio, vel de Laudibus, vel de Psalterio, iuxta
temporum varietatem: ac dicuntur Psalmi, *Deus in
nomine. Confitemini. Beati. Retribue. Quicumque.* Sed in
Dominicis à Septuagesima vsque ad diem palmari
sunt Antiphonæ propriæ: & loco psalmi, *Confitemini*
dicitur psalmus, *Dominus regnavit decorem, &c.* In do-
minicis post pascham vsque ad Ascensionem cum fit
officium Dominicæ pronunciatur Antiphona, *Ha-
leluia:* & dicuntur solùm psalmi, *Deus in nomine. Beati
Retribue. Quicumque.* In diebus ferialibus illius tempo-
ris, dicuntur cum ipsamet Antiphona, *Deus in nomi-
ne. Beati. Retribue.* In aliis temporibus & diebus fe-
rialibus quando fit de feria, pronunciatur Antiphona
de psalterio: *Beati.* Sed in festis Aduentus, quando
non sunt Antiphonæ propriæ ad Laudes: In prima,
Tertia, Sexta, & Nona, iuxta ordinem iam præscriptum,
dicuntur Antiphonæ, quæ in præcedente Dominica,
ad Laudes dictæ fuerunt. Et in illis vero feriis, quæ
de proprio laudes habent, dicuntur de sua. Ad vlti-
mos verissimè, in secunda feria, post *Deus in nomine.*
Superadditur, *domini est terra:* In tertia feria, *ad re-
mune:* In feria quarta, *Iudica me domine:* In quinta fe-
ria, *Dominus regit me:* Et feria Sexta, *Deus Deus meus.*
post quos, dicuntur psalmi, *Beati, & Retribue.* Sed in
Sabbatum non additur alius Psalmus ad tres orbis
narios. His dictis, effertur tota in parte, iam pronun-
ciata Antiphona. Post Antiphonam, dicitur Capitu-
lum, *Regi seculorum:* Verùm in quibus diebus fit de
feria, excepto à Dominica in Albis, vsque ad Ascen-
sionem, dicitur Capitulum, *Pacem & veritatem.* Ho-
sponorium breue, *Christe fili dei vivi, &c.* Verificus
lus, *Qui sedes, &c.* qui quidem versiculus iuxta solis
nitare

nitates muratur, veluti in Rubricis generalibus sub titulo, De responsoriis breuibus horarum, legitur in Capitulo quod incipit, In responsorio breui ad primam, &c. Post sequitur versus *Exurge &c.* Quo finito, in diebus festi duplicis, & octauis, & in Dominicis intra octauas: etiam si fiat officium de Dominica, subito dicitur oratio, *Domine Deus omnipotens, &c.* In aliis autem officiis post, de Dominicis, festis semiduplicibus, simplicibus, & ferialibus quibuscunque, post versiculū, *Exurge Christe, &c.* dicitur, *Kyrie eleison*, cum aliis precibus, prout est in psalterio. Sciendum præterea est, quod quando per se solum quis dicit officium, si dicat, *Confiteor*: dicet semel tantum, & non dicet, *Tibi pater: nec, vobis fratres: nec Te pater, nec vos fratres:* sed præteribit huiusmodi particulas, & reliquum sequetur: Id quod etiam in Complerorio seruabit. Notandū est præterea, quod in diebus ferialibus, in quibus ad Laudes dictæ Preces fuerunt, omnia flexis genibus enunciantur: Et post versus, *Redde mihi*: adduntur & alij versiculi, *Eripe me domine:* quemadmodum scriptum est ad primā de feria in psalterio. Quibus versiculis finitis, dicitur oratio, *Domine Deus omnipotens, &c.* Post orationem in Choro, martyrologium semper pronuntiatur: Sed in festis simplicibus & diebus ferialibus, Prima de b. Virgine dicitur, tempore eodem, quo prædictum officium celebratur: qua quidem finita, ipsam martyrologium duntaxat in Choro pronuntiatur, & non in officiis quæ priuātè dicuntur, quo finito, dicitur, *Pretiosa*: cum aliis versiculis & orationibus, quemadmodū in psalterio notati habentur. In fine ad absolutionē de capitulo, in diebus qui-

P A R S S E X T A

bus fit de sancto, vel de aliis solennitatibus, Horæ Nonæ capitulum effertur. In aliis verò quando fit de Dominica, vel de feria, vel de vigilia: illud dicitur de Psalterio, vel quod est de proprio, secundum varietatem temporum, & solennitatum. Post primam, tam in Choro quàm in officio priuato, semper dicitur, *preciosa*: cum aliis orationibus quæ sequuntur, vt in psalterio. Et hoc sat fit quantum ad primam.

De Horis Tertia, Sexta, & Nona. parag. 22.

ANte quàm principium detur Tertie, Sextæ, vel Nonæ, semper dicitur, *pater, Ave, Deus in adoratorium, &c.* Et Hymnus ad Tertiam effertur, *Nunc, sicut* Sed in die Pêtecostes, cum totis octauis, dicitur, *Veni creator &c.* Ad Sextam, *Rektor*, Ad nonam, *Reverentia*. Deinde, pars Antiphonæ pronuntiatur, secundum officij qualitatem: Si autem fiat officium de Sanctis, ad Tertiam pronuntiatur antiphona de Laudibus, secunda: ad Sextam, tertia sequens: ad Nonam, quinta: Hic quarta omittitur. Et si fit officium de Dominica, vel de feria, si non noterur proprium, ea dicitur quæ est Psalmistæ, vel quæ est de Laudibus, prout inceptum fuit ad primam. Pronuntiantur antiphona, Psalmi dicuntur, qui ad omne officium in psalmista prænotantur: Post psalmos integra dicitur ea Antiphona, quæ ante psalmos pronuntiabatur. Deinde legitur capitulum, & responsa breuia dicuntur temporibus, & solennitatibus conuenientia. Et quando non sunt quæ temporibus congruant, illa quæ sunt in psalmista enuntiantur. Et cum fit officium de Sanctis, & non reperiuntur de proprio,

capiuntur quæ sunt de communi, quemadmodum vniuersa in Laudibus sunt designata. post hæc dicitur versiculus, & post ea, *Dominus vobiscum*: vel, *Domine exaudi*: cum, *Oremus*. Ac eadem dicitur oratio, quæ & prius in Laudibus. Qua finita, cum *per dominum*, &c. dicitur, *Dominus vobiscum*: vel, *Domine exaudi*: cum, *Benedicamus*, &c. & *Fidelium*, &c. *Pater noster*, *secretò*. Sed si inchoetur altera hora, additur ad eam, *Aue Maria*.

In diebus ferialibus, in quibus dictæ sunt præces, quæ & ad Laudes & ad primam habentur in psalterio: dicuntur etiam flexis genibus ad has horas tres, post *Verf. Responsorij breuis*, hoc est, *Kyrie eleison. Pater noster*, *secretò*. *Et ne nos*: quomodo post tertiam in psalterio expressum cernitur. post hæc, dicitur oratio, in eum modum qui superius scribitur.

Dicto, *Benedicamus*, &c. in diebus quibus homo tenetur paruum B. Mariæ officium dicere: ad singulas has horas, singule etiam dicuntur B. Mariæ scilicet, post tertiam, sequitur B. Virginis tertia: & sic in reliquis. Qua finita, hora concluditur, cum *Fidelium animæ*: vt supra.

Aduertendum est, quod à Dominica in passione, vsque ad quartam feriam septimanæ sanctæ, ad Responsorialia breuia, quando fit de feria, ad primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completorium non dicitur, *Gloria patri*. Sed finita repetitione partis Responsorij, repetitur Responsorium à principio cum sua partis repetitione.

Et in tempore paschæ, ad Responsorialia breuia, adduntur duo, *Halleluia*, Ad versus & responsa, vnum, *Halleluia*: ad easdem horas, & alios versiculos.

De Vesperis. parag. 23.

Vesperæ inchoatur cum, *Pater, & Ave*: in diebus quibus tenemur ad officiū beatæ Mariæ prius in choro vesperę dicuntur B. Virginis, vt in fine Breuiarij reperitur. Et finita oratione vltima cū *Benedicamus*: Inchoantur vesperæ cum, *Deus in adiutorium*: Postea dicuntur quinque psalmi, cum quinque antiphonis, vt designatum est in proprio, vel in communi de sanctis. In dominicis & in feriis, Antiphonæ & psalmi semper dicuntur, vt in psalterio reperiuntur, exceptis Dominicis Aduētus, in quibus dicuntur antiphonæ quæ sunt ad Laudes. Sed in Dominicis & in feriis in tempore Paschæ, sic psalmi de Dominica dicuntur, vt & de feria videlicet sub vna antiphona, *Halleluya*: vt est in psalterio.

Post Psalmos & Antiphonas, dicitur Capitulum, Hymnus, Versiculus, Antiphona ad, *Magnificat*: Ipsi, *Magnificat*: & oratio. Et ista secundum varietatem temporum: vel de sancto, vel de Dominica, vel de feria iuxta officij qualitatem.

Si in festo, vel Dominica, vel feria in crastinum occurrit, vt fiat commemoratio alicuius festi simplicis, post hodiernam orationem fit commemoratio eiusdem festi simplicis, cum antiphona, & vers. de communi ipsius designati in primis vesperis: & oratio propria vel de communi. Deinde fiunt commemorationes consuetae, secundum variationem temporum, vt in Laudibus dictum est.

Quando præces dicuntur, id est, *Kyrie eleison, Christe eleison*: *Kyrie eleison*: *Pater no.* omnia sublimi voce dicuntur, vt in Laudibus: *Ego dixi domine, &c.* cū psal-

mo, *Miserere*. Et dicitur, vt habetur in psalterio. Quæ præces dicuntur in feriis aduentus, Quadragesimæ, & quatuor temporū Septembris. Si in die sequenti non sit officiū de sancto, & dicantur ante orationē de feria: quæ oratio erit de Dominica proximè præterita, & in Quadragesima illa quæ est de feria, ad quam commemoratio sequitur alicuius sancti, si occurrat vt fiat cōmemoratio: deinde commemorations dicuntur, de Cruce, de Apostolis, & aliæ, & de Pace: vt suo loco apud psalmistam explicatum cernitur.

Animaduertere oportet quod in Sabbathis ad vespervas, & quando alicuius solennitas sequitur, nunquam eēdem præces dicuntur, nec etiam commemoratio de Cruce, exceptis Sabbathis in tempore Paschæ, in quibus duntaxat fit de Cruce commemoratio, vt loco suo dicetur.

Aduerte etiam, quod in Sabbathis ad vespervas, semper dicitur ad, *Magnificat*, illa antiphona, quæ designatur ad, *Magnificat*, illius Dominicę, cuius lectiones leguntur ad Matutinum, quanuis de Dominica solū fiat commemoratio: exempli gratia, si cras sit prima Dominica Augusti dicitur antiphona designata in Sabbatho, quod primam Augusti Dominicam præcedit. Et similiter in Septembri, & de aliis Sabbathis totius anni: Sed oratio dicitur de sequenti Dominica antiphonę ad *Benedictus*: & ad *Magnificat*: in secundis vespervis Dominicę semper illæ dicuntur, quæ post lectiones sunt Dominicarum singularum.

In die festi duplicis, vespere primæ totæ fiunt de ipso festo, in secundis vespervis, si concurratur cum

P A R S S E X T A

altero festo duplici quod sequatur, dicuntur psalmi & antiphona festi eius diei: & capitulū assumitur, cū aliis rebus sequentibus, de festo diei crastini: & cōmemoratio de festo diei præsētis: si aliter nō admoneamur de 'solēnitatibus maiorib' in breuiario.

Quādo verò hoc ipso die fit festum duplex, & cras semiduplex, vel Dominicæ vel intra octauas, vel festū simplex vel Sabbathū, in quo fit officium B. Mariæ: totæ secundæ vesperæ fiunt de ipso festo duplici, & commemoratio fit de officio diei crastini.

Quando hodie est festum duplex, & cras fit festum de feria, totæ vesperæ sunt de festo duplici, & nulla fit de feria commemoratio. Sed in illis festis, quæ celebrantur in Aduētu, vel Quadragesima semper fit commemoratio de feria ad omnes vesp̄as, & ad Laudes.

Si hodie est festum semiduplex, vel Dominica, vel dies intra octauas, & cras festū duplex: totæ vesperæ fiunt de festo diei crastini, cum commemoratione sola officij præsētis diei. Sed si festum duplex, sit è numero maiorum festorum, quemadmodum est Natiuitas Domini, Pascha, Resurrectionis cum tribus antecedentibus, & duobus sequentibus diebus, Ascensio, Pētecostes cum duobus diebus sequentibus: festum Corporis Christi: dies natiuitatis S. Iohannis Baptistæ: dies sanctorum Apostolorum Petri & Pauli: dies Assumptionis b. Mariæ: & festū omnium sanctorum: Dies dedicationis, & festi propriæ Ecclesiæ: non solū in primis vesp̄is non fit commemoratio officij antecedentis: sed etiā si in huiusmodi occurreret festum simplex, nulla fit cōmemoratio ipsorum, sed omittitur, in numero autē festorū

eiuscemodi maiorum, in quibus si occurrat festum simplex, de eodem fit duntaxat commemoratio ad Laudes, & nō ad primas vesp̄as: nec etiam in primis vesp̄is fit cōmemoratio, si eodem die festum semiduplex celebratum fuerit: vel dominica, vel dies intra octauas: sunt etiā eiusmodi quæ sequuntur: Circuncisio, Dominica in Albis: festum Trinitatis: festa Purificationis, Annunciationis, & Natiuitatis Beatæ Mariæ: festa Apostolorum, & Evangelistarum: festum sancti Laurentij, dedicatio S. Michaëlis. Sed in illis festis quæ occurrunt intra octauas Natiuitatis, & Corporis Christi, fit commemoratio de octauis ad vtrasque vesp̄as, & Laudes.

Si hodie est festum semiduplex, & cras alterum semiduplex, vel Dominica, vel dies intra octauas festum crastinæ diei incipit à capitulo, & fit commemoratio hodiernæ diei.

Si hodie sit item festū semiduplex, & cras festum simplex, vel Sabbathum in quo fit de beata Maria: totæ Vesp̄æ sunt de semiduplici hodiernæ diei: & fit de Simplici commemoratio, & de beata Virgine.

Si hodie sit festum Semiduplex, & cras fiat de feria: totæ Vesp̄æ fiunt de Semiduplici, & nihil fit de feria.

Si hodie sit Dominica, & cras festum Semiduplex: vel Simplex: totæ Vesp̄æ fiunt de Dominica, vnā cum commemoratione festi crastini hoc est, diei Lunæ.

Quando dies Lunæ fit de feria, & Dominica fit de Dominica, totæ Vesp̄æ erunt de Dominica, & nihil fit de feria.

Si hodie celebretur vnum festū Simplex, & cras

P A R S S E X T A

aliud similiter simplex : officium simplicis terminatur ad Nonam : quoniam sanctus simplex non habet secundas Vesperas. In vesperis autem dicuntur Psalmi & Antiphonæ currentis feriæ, & à Capitulo incipit festum crastinum, sine vlla commemoratione festi præsentis diei.

Si cras sit festum nouem lectionum, & hodie festum simplex, vel feria: totæ vesperæ erunt de festo diei crastinæ, sine commemoratione officij præsentis diei.

Si etiam cras nullum sit festum, & hodie celebratur de feria, vel de sancto simplici, totæ vesperæ erunt de corrente feria, & oratio semper de præcedente hebdomada dicetur, etiam si ad Laudes & horas dicta fuerit altera oratio proptia eius diei, quoniam dicta oratio non nisi Laudibus, Tertiæ, sextæ, & Nonæ deseruit. Sed si foret in Quadragesima, diceretur oratio designata ad vesperas cuiuscunque diei, vt superius dictum est.

Si in die veneris celebraretur festum simplex, vel de feria: & in sabbatho fiat officium beatæ Mariæ: ad vesperas diei Veneris dicuntur Psalmi & Antiphonæ vesperarum sextæ feriæ: & à Capitulo incipit officium beatæ Mariæ. Ad vesperas in sabbatho, dicuntur Psalmi cum Antiphonis Vesperarum diei sabbathi: & in tempore Paschæ dicitur Antiphona, *Halleluya*, ad omnes Psalmos, & Capitulum accipitur de Dominica, quando fit in die sequenti officium de Dominica: & post orationem de Dominica fit commemoratio beatæ Virginis, nõ autem commemoratio diei sabbathi, sed illa commemoratio consueta cum Antiphona, *sancta Maria*: & Apostolorum,

& aliorum, & de Pace: si eodem tempore fiant prædictæ commemorationes. Et in tempore Palchæ, duntaxat illa fit quæ est de Cruce.

De commemorationum ordine.

Quando plures fiunt commemorationes, tam in vesperis, quàm in Laudibus, hic ordo seruatur. Primum, fit commemoratio festi duplicis, ante illam quæ est de Dominica. Deinde fit commemoratio de Dominica, ante illam diei intra octauas: illa de octauis, ante illam de festo simplici: illa de festo semiduplici, ante illam de feria, de aduëtu, quatuor temporum, vigiliarum, Rogationum. Et illa prædictarum feriarum, ante illam de festo simplici. Illa autem de Dominica, aut alicuius octauæ, vel vnius festi semiduplicis, vel de beatæ virginis, quâdo in diebus veneris de ea fit commemoratio ad vespere, de qua Capitulum non accipitur cum sint vesperæ totæ de sancto qui in die veneris celebratur, quoniam de qualibet istarum fit commemoratio, ante commemorationem alicuius sancti simplicis, qui in huiusmodi festis incideret: de quo solennitas fieri minimè potest, sed commemoratio duntaxat. Cômemoratio verò festi simplicis, fit ante suffragia, vel commemorationem de Cruce, beatæ virginis, Apostolorum, & aliorum, & de Pace, & etiam ante Patronum, vel sanctum titolarem propriæ Ecclesiæ.

Aduerte tamen, quòd cum fiunt commemorationes de Dominicis, de octauis, & de feriis aduentus & Quadragesimæ, fiunt eadem commemorationes ad vnas atque alteras vesperas, & ad Laudes. De fe-

P A R S S E X T A

riis quatuor temporum, de vigiliis, & de Rogationibus (quando eorundem fit commemoratio) de ipsis ad Laudes tantum fit commemoratio. Sed de festis simplicibus (modo non occurrant in maioribus solēnitatibus) fit commemoratio in primis vespers duntaxat & in Laudibus, eodem videlicet die quo in Calendario designantur. Verum, de Dominicis, & de octauis, quando non occurrunt in predictis maioribus solennitatibus, fit commemoratio in primis & secundis vespers.

De officio intra octauas. par. 25.

INtra octauas fit officium quemadmodum & in primo die, exceptis lectionibus, quæ dicuntur in propriis locis designantur: & ad vespers dicuntur Antiphonæ & Psalmi secundarum vespersarum in eorundem festis. Sed in primis vespers diei in octauis, dicuntur Antiphonæ & Psalmi, quæ dicta fuerunt ad primas vespers ipsius festi, nisi fuerint in aliis locis propriis quædam particulariter notata quæ id prohibeant. Aduertendum præterea est, quod intra aliquas octauas, in quibus celebrari possint festi duplices, vel de nouem lectionibus quæ interueniunt, festum aliquod istorum, si sit duplex vniuersum officium fit de ipsis sanctis, cum commemoratione de octauis, modo non sint de maioribus solennitatibus, de quibus dictum est superius. Si sit semiduplex, à Capitulo incipiunt primæ vespers de sancto & ad secundas vespers accipitur Capitulum de vespers intra octauas, cum commemoratione, de octauis, & de sancto, prout conuenit. Nec etiã

aliter legitur nona lectio Homiliæ, quæ in ipso die intra octauas, quoniam nõ est homilia propria eius diei, sed sequitur homiliam festi primarij eiusdem octauæ: sed si aliqua particularis solennitas alicuius Ecclesiæ occurreret intra octauas Paschæ & Pentecostes: huiuscemodi solennitatis officium in eadem Ecclesia solum fieri debet cum nouem lectionibus, quarum nona erit de homilia Euangelij primæ diei cum commemoratione ad vtrasque vesperas, & ad Laudes eiusdem octauæ.

De Dominicis intra octauas, seruatür Rubrica quæ posita est inter generales Rubricas sub titulo, *De dominicis*: ad caput, cuius initium est, *De dominicis infra octauas*.

Intra octauas non dicuntur Preces, neque ad Primam, neque ad Cõpletorium, nec etiam fiunt commemorationes ad Laudes, neque ad vesperas beatæ Mariæ, nec aliud: præterquã in sanctis simplicibus, qui in eos dies incidunt.

De Completorio. parag. 26.

Completorij initium est, vt in Psalmista suo loco notatur, hoc quidem ordine. Primùm dicitur, *Iube domine, &c. Noctem quietam, &c. Fratres sobrii estote, &c.* Postea dicitur, *Pater noster, &c. Secretò.* Præterea dicitur, *confiteor: Misereatur: Indulgentiam:* Deinde, his absolutis dicitur, *conuerte nos, &c. Deus in adiutorium, &c. Gloria, &c.* His dictis pronuntiatur Antiphona, *Miserere.* Deinceps, sub hac Antiphona dicuntur Psalmi omnes, videlicet, *cum inuocarem. In te domine. Qui habitat. & Ecce nunc, &c.* Finitis Psalmis

P A R S S E X T A

primùm dicitur tota Antiphona, *Miserere*. Immediatè post dicitur hymnus, *Te lucis, &c.* quo finito, dicitur Capitulum, *Tu autem in nobis, &c.* Deinde Responsorium breue, *In manus tuas domine, &c.* Et Versus, *Custodi nos, &c.* Pronunciatur his dictis Antiph. *Salua nos, &c.* Et dicitur canticum, *Nunc dimittis, &c.* Quo finito, si sit festum duplex, vel intra aliquas octauas: dicitur immediatè oratio, *Visita quesumus, &c.* Sed in altero officio, finita Antiphona, *Salua nos, &c.* dicitur, *Kirie eleison*: cum aliis præcibus, veluti habetur in Psalterio, quæ dicuntur erecto corpore & stãdo: sed in diebus, quibus præces effertur ad vespèras, dicuntur ad terrã flexis genibus. Post quæ enunciatur oratio, *Visita quasuis. dicto, per dominum. Dominus vobiscum: vel, Domine exaudi.* Et, *benedicamus, &c.* Si dicatur Completorium b. Mariæ, principium capitur à, *Conuerte, &c.* Quo finito, enunciatur, *benedicat. & custodiat, &c.* Inde effertur vna de Antiphonis b. Mariæ, cū suo Versiculo, & oratione, iuxta varietatem temporum, prout in Psalmista designata habentur. post Cõpletorium, enunciata oratione, dicitur, *diuinum auxilium.* Deinde effertur secretio, *pater noster. Ave Maria, & Credo in Deum, &c.*

Admaduèrtere oportet, quòd in tempore Paschalis, loco Antiphonæ, *Miserere*: sub eadem nota cantatur Antiphona, *Halleluia.* Et post, *Salua nos*: additur, *Halleluia*: quod etiam de breui fit responso, sed repetito & duplicato. Et ad versiculum addicitur, *Halleluia*: iuxta ordinem qui eodem tempore seruatur. Et hic ordo Completorij ad quoduis antitempus, & similiter officium deseruit.

*De officiis Hebdomadæ sanctæ, paschæ, & aliarum
solennitatum. Paragr. 27.*

DE Martinis, & aliis horis dierum, Iouis, veneris, & sabbathi hebdomadæ sanctæ dicendis, adeò manifestæ sunt Rubricæ passim suis locis designatæ, vt nulla omnino difficultas superlit.

Similiter officium diei sancti paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & aliarum maiorum solennitatum, cum eorundem octauis, ita habent suas Rubricas suis passim locis clarissimè digestas, vt nemo, qui illas studio se legerit, vilo modo aberrare possit.

De solennitatibus ad particulares Ecclesias.

Paragrapho 28.

ANimaduertere etiam oportet, quòd solennitates patronorum in suis locis, & titularium Ecclesiarum, & dedicationes ipsarum quoque Ecclesiarum, cum eorundem octauis celebrari solenniter debeant, modo non incidant in maiores quasdam solennitates, vel intra hebdomadam sanctam, quoniam tunc transferuntur, quemadmodum in Rubricis sub titulo de commemorationibus, & festorum translationibus adparet. Et id totum in Calendario diocesis particularis expressum est luculenter. Atque de ipsis sanctis celebrantur eorum solennitates, etiam si in Breuiarij Calendario non sint notatæ, quarum tamen est consuetudo, in Ecclesiis, Religionibus, & congregationibus vt celebrentur, cum eorundem sanctorum officiis propriis: modo iidem sancti approbati fuerint, vel recepti, vel procurent etiam vt à sancta sede Apostolica recipiantur: dummodo officij ratio & ordo non peruertatur: hoc est, vt tres primæ lectiones de scriptura cur-

PARS SEXTA

rente dicantur : vel de communi : tres secundæ , de vita ipsius sancti , vel de sermonibus in communibus & tres tertiæ , de homilia proprij , vel communis. Sed si non habet officium de proprio , dicatur de communi ipsi sancto adpropriato.

De paruo b. Mariæ officio. Paragr. 29.

PAruum b. Mariæ officium , in Choro dicitur , cùm sit de sanctis simplicibus , qui tres lectiones habent : & cùm sit officium de feria : exceptis Hebdomadæ sanctæ feriis , in quibus prædictum officium non dicitur , quod quidem in societate dicitur , cum officio diei in Choro , hunc in modum. Matutinum , Laudes , & Vesperæ dicuntur ante eius diei officium. Reliquæ autem horæ , post horas eiusdem diei , celebrantur. Verùm qui priuatè officium dicunt extra Chorum , iuxta temporis commoditatem & ipsorum propriam , officium beatæ Mariæ celebrare possunt.

Si hodie sit festum simplex , vel feria in qua hoc officium dicatur , & cras sit festum duplex , in quibus prædictum officium minimè celebratur : festum Nona hoc officium omittitur : Et quando sit , initium capit à Matutino. In die tamen , qui Natiuitatis vigiliam præcedit , dicitur etiam Completorium b. Mariæ , à quo die in subsequentes non celebratur.

Qui variis distringuntur occupationibus , si non dixerint prædictum b. Mariæ officium , minimè peccabunt. Sed si dixerint in diebus præscriptis in Rubricis , per vices singulas dicendo , dies centum indulgentiarum adipiscantur.

De officio Mortuorum. Paragr. 30.

Vesperæ, & officium Mortuorum, cum Laudibus: dicuntur primo quoque die singulorū mēsum, nisi idem dies à festo nouem lectionum præpediatur, Quod si primum fuerit impeditū, dicitur secundo, & similiter fiet per singulos dies quousque aliquē primum diem reperiēs, in quo fiat officium Sancti alicuius trium lectionum, vel de feria. Sed in tempore Paschæ alioquin non dicitur officium mortuorum. Dicitur item secunda quaque feria, in qua sit officium de feria in tempore Aduentus, & Quadragesimæ. Et in hunc modum celebratur in Choro. Vesperæ dicuntur, post illius diei Vesperas. Exempli gratia dicamus, Si in die Lunæ dici debeat Matutinum pro Mortuis, in Dominica post eius diei Vesperas, dicentur vesperæ seu vigilia Mortuorum. Die autem Lunæ, post Laudes ipsius diei, dicitur nocturnus & mortuorum Laudes. Aduerte etiam, quod diebus Lunæ & Iouis dicuntur Psalmi & Lectiones primi nocturni: Diebus Martis & Veneris, Psalmi & Lectiones secundi nocturni: Diebus autem Mercurij & Sabbathi Psalmi & Lectiones tertij nocturni. Matutinum incipit absolutè sine Inuitatorio: & dicuntur Antiphonæ simplices, hoc est, pronunciando Antiphonam ante Psalmum, & legendo eandem integram post Psalmum. Verùm, in ipso die Mortuorum, si sit alicuius defuncti corpus præsens, ipsum Inuitatorium dicitur: Et ad Vesperas, Matutinum, & Laudes, integræ Antiphonæ veluti & in festis duplicibus efferuntur. In eodémque die etiam integrum dicitur officium. Sed illi qui pro Mortuis celebrant officium extra Chorum

P A R S S E X T A

pro sua commoditate celebrant: Et si extra Chorum nō diceretur, nō peccaretur. Verūm, si diceretur, per singulas vices qui dixerit, cētum dies indulgentiarum sibi acquireret.

De gradualibus. Paragr. 31.

PSalmi gradualis cū suis versibus & orationibus, prout videre est in fine breuiarij, dicuntur singulis quartis feriis quadragesimæ, in qua fit officium de feria. In choro autem dicuntur ante Matutinum b. Marię, vel de feria. Psalmi vero dicuntur sedendo: & orationes atque Versus flexis genibus. Et extra chorum dicuntur, si qua commoditas suppetat. Attamen si non dicantur, minimè peccatur. Si verò dicantur, dies 50. indulgentiarum per vices singulas acquiruntur.

De septem psalmis pœnitentialibus & Letaniis.

Paragrapho 32.

Septem Psalmi pœnitētiales cum Letaniis Versiculis & orationibus, dicuntur omnibus diebus veneris quadragesimæ flexis genibus, quū fit officium de feria. In choro autem dicuntur post Laudes ipsius feriæ. Extra chorum, pro vniuscuiusque commoditate. Letanię absque 7. Psalmis cum versic & orationibus: priuate dicuntur ab illis qui non possunt interesse processionibus, quæ fiunt in ecclesiis de S. Marci & in tribus Rogationum diebus. Qui vero non dicunt hos 7. Psalmos, & Letanias, non peccant, sed quicumque eosdem dixerit, per singulas vices, beneficio 50. dierum indulgentiarum, ætior, & cumulatioer euadet: quemadmodum videtur in diplomate 5. D. N. Pij 5. fœlicis memoriae.

Calix.

Casianus.

Quales orantes, volumus inueniri, tales ante
tempus oportet nos inueniri.

AMANTISSIME LECTOR.

Quoniam quam plurimi ignorant causam qua-
re Spiritus Sanctus ordinauerit fieri in Eccle-
sia officium diuinum, hic illam apponam: pro sola-
tio illorum qui exuberant volūtate sciendi quæ de-
cent salutem eorum. Ideo animaduertendum est
quinque de causis hoc fecisse sua bonitas immensa,
quarum prima est vt propter imitationem cœlestis
concentus: quo sancti angeli in cœlo assidue in
præsentiâ Dei eius laudibus sunt contenti. Inquit
regius psaltes, beati qui habitant in domo tua do-
mine, in secula seculorum laudabunt te. Cum enim
secundum promissionem suam (Math. 28.) sit sua
maiestas diuina nobiscum vsque ad consummatio-
nem seculi, hic dignetur etiam esse veraciter tam
sacramentaliter quam spiritualiter, dignum est nos
ei pro modulo nostro aliqualem exhibere reuerentiã
honoris & laudis, iuxta exemplar similitudinis cœ-
lestis vt ei, & si non continuè sicut illi cœli curistę
cantores, saltem interpolate, pro nostra fragilitate
psallendo alacriter assistamus, imitantes in hoc il-
lam quæ sursum est Hierusalem, Gal. 4.

Secunda causa fuit vt beneficiorum Dei memo-
res, seris horis gratias pro his laudando & orando ei
iugiter referamus, qui natus in nocte ex Maria vir-
gine, mane iudici passurus assistitur, diluculo resur-

P A R S S E X T A

rexit hora tertia, flagellatur, & post Spiritum sanctum misit apostolis, sexta crucifixus, nona in cruce pro nobis mortuus, vespere cœnam corporis sui & sanguinis sacram nobis tradidit. Et Completorio sepultus est. Missarum autem celebratio non tantum eius nobis passionis mysterium memorandum ingerit, sed & præsentia suæ gratiam exhibet & sub forma sacra nos spiritualiter seipso patitur. Sicut ergo iustum est nos horum nunquam oblitesci: Ita expedit ea semper certis recolere horis, exemplo Isayæ 63. qui inquebat miserationum domini recordabor, & laudem eius super omnibus quæ reddidit nobis.

Certi autem ut nosmetipsos sic assidue ad devotionem excitemus, & ignem amoris Dei per hoc nobis (ne per aliquas occupationes tepescat) continue accendamus. Leuit. 16. Ignis est iste perpetuus qui nunquam deficiet, quem nutriet sacerdos in altari, subiiciens mane ligna. ignis iste est devotionis feruor qui semper in altari cordis nostri accedere debet, quem sacerdos deuotus subiiciendo ligna diuinæ laudis nutrire, nequem extinguat. Psalmista. Benedicam dominum omni tempore, semper laus eius in ore meo.

Quarta ut simplices fideles qui per se nesciunt quæ sunt Dei quærere & eligere, per hoc ad oris studium assuefaciamus, ut saltem tunc ad Ecclesiam oraturi conueniant, quod ibidem diuinæ laudis officia persoluuntur, & ut minus afficiantur tædio, ibi persistendi quamdiu coram se vident clericos celebrare diuina. Lucæ 1. Omnis multitudo populi erat foris orans hora incensi. Multi enim rudes

vix vnquam orationi instarent nec quærent & eligerent quæ sunt illorum saluti, si non certis temporibus in Ecclesiam ex consuetudine ad diuinorum celebrationem, & ad diuinatum laudum recitationem vocarentur.

Quinta causa fuit, propter decorem religionis Christianæ, quia decens & congruum erat (vt si Iudei, gentiles ac machometici quoque conuenticula sua faciunt) imo dignius qui vera & sacrosancta habent sacrorum mysteria & ea celebranda & veneranda, sæpe conueniant ad debita conditori suo laudum solemnia persoluant, quibus & gratiam Dei merentur, & vitam æternam, & quibus alluciantur simplices ad religionis sanctæ reuerentiam & amorem. Ecclesi. 45. dedit in celebrationis decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem vitæ: Inter ergo omnes obseruantias exteriores, maior debet diligentia diuino officio adhiberi, vt ordinate & deuote fiat.

DE MODO PSALLENDI VERSVS,
& post illos aliqua digna scitu sequuntur.

Cum Domino psalles: psallendo tu tria serues.

Dirige cor sursum: bene profer, respice sensum.

Nam qui psalmos refecat, & verba dauidica curtat.

Nil aliud inde fert, quam si lingua taceret.

cum nihil absque Deo sit proficui, vel honoris.

Primum regna Dei quæras: & in omnibus horis.

Et sic, omne bonum tibi plenius adicietur.

Quique Deo seruit, regnare Deo perhibetur.

Tt ij

P A R S S E X T A

REgius sic inquit propheta Dauid. Psallite Deo nostro, psallite: psallite, regi nostro, psallite sapiēter. Psal. 46. Et rursus. In psalmis iubilemus ei. Psalmo 94. Et merito deo alacriter psallere debemus: quia deuotioni psallentium adest præsentia & congratulatio angelorum: sicut idem psalm. ait. In conspectu angelorum psallite, &c. Quare diligenter cauendum est ne propter nostram desidiam, negligentiam, & insolentiam, angeli discedant à nobis. Nullus quippe mortalium est: qui verbis aut mente possit virtutes psalmodum & laudem diuinam explicare: si tantum puro corde & intenta mente diuinæ laudes, vt dignum est persoluantur. In psalmis enim præmia describuntur bonorum: supplicia malorum: rudimenta incipientium: progressio proficientium: perfectio peruenientium: vita actiuorum: & speculatio contemplatiuorum. Canticum psalmodum (vt quidam ait) virtutes infundit: animas decorat: angelos inuitat in adiutorium: effugat demones: expellit tenebras: efficit sanctitatem: peccata delet, spem auget: sicut sol illuminat: vt ignis peccatū exurit: sicut oleū defluit: oleum est misericordiæ, sol iustitiæ: pars angelorū: Deum ostēdit: diabolum offendit: furorem deprimat: iracundiam frangit: omne peccatum expellit: os purificat: cor sanctificat: sensus aperit: omne malum occidit: perfectionem instruit: excelsa demonstrat: desiderium regni cœlestis donat: spes est salutis: consolatio doloris: protectio laboris: notitia veri luminis: fons sanctitatis: tædium animi tollit: tuba est mirabilis. Qui diligit canticum psalmodum assiduum: non potest amare peccatū, Psalmus (si credis)

tristes confortat: iratos mitigat: infirmos roborat: superbos humiliat: humiles lætificat: pigros excitat: discordantes pacificat: ad cœlestia cor subleuat: creaturam creatori copulat. Quicquid enim in psalmis est, facit ad ædificationem, virilitatem & consolationem humani generis. In psalmis inuenies (si intenta mente non cum celeritate verborum perscruteris) dominici verbi incarnationem, passionem, resurrectionem & ascensionem. In psalmis inuenies intimam peccatorum confessionem: intimam deprecationem: diuinæ misericordiæ præsidium contra aduersitates omnium rerum quæ tibi accidunt: dignamque gratiarum actionem. In psalmis denique confiteris infirmitatem tuam atque miseriam, & per ipsos Deum inuitas ad misericordiam. Si à Deo mereris vt tibi reuelet secreta psal-morum omnes in eis inuenies virtutes.

Si vis confessionem peccatorum agere & pœnitentiam: non cum celeritate verborum, sed intenta mente septenos dauidicos pœnitentiæ decanta psalmos, & celerrimam experieris Dei clementiam: mentemque tuam spirituali gaudio illuminari: & magnam spem indulgentiæ tibi promittere. Si itaque vis orare: laxa mentem tuam in virtute psal-morum quorum initium est. Ad te domine leuaui. In te domine speraui. Inclina ad me. Deus in adiutorium. Deus in nomine tuo. Deus miserere nostri. Exaudi Deus orationem. i. Nullatenus potest enim humanus animus tam perfecte miseriam & tribulationem suam: angustiasque tentationum explicare, & Dei misericordiam inuocare.

P A R S S E X T A

Præterea si laudare volueris Dei maiestatem; omniumque beneficiorum gratias agere decanta psalmos. quorum titulus est. Alleluia, & Benedic anima. Quia in hoc sacrificium offeres Deo omnipotenti, dulce super mel & fauum.

Proinde si humanis vel spiritualibus tentationibus affligeris vt videaris derelictus, intima mente decanta psalmos. Deus Deus meus respexit. Exaudi Deus orationem. Saluum me fac propter. Et statim Deus pondus auertit tibi.

Si præsens vita est tibi fastidiosa: & ardenti desiderio attenderis ad videndum Deum, hos decanta psalmos. Quemadmodum desiderat. Quam dilexit. Deus Deus meus ad te. Et complebitur desiderium tuum.

Si in tribulationibus derelictum te intelligis puncto corde decanta psalmos. Vtquequo domine. Deus auribus percipe. Misere mei Deus. Quoniam conculcauit. Exaudi Deus orationem. In te domine speravi. Et statim à Deo visitaberis propius. Accepta itaque quiete, decanta in laudem Dei. Benedicam dominum in omni tempore. Benedic anima mea dominum. Exaltabo te domine. Et semper aduersitatis siue prosperitatis tempore hymnum trium puerorum psalle. Nullus omnium mortalium virtutem huius hymni explicare potest: in quo omnis creatura ad laudandum Deum inuitatur.

Si etiam in diuinis laudibus & mandatis Dei te exercere cupis, decanta psalmum. Beati immacolata virginitas. In via. Et licet vsque in finem vita

huius psalmi virtutem scrutatus fueris : perfecte tamen intelligere non poteris : quia in eo penè nullus versus est, in quo non legatur lex, vel mandatum seu præceptum : verba iustificatio- nis, vel sermones, aut iudicia Domini descripta. In Psalterio habes (si attendas) materiam scrutandi & docendi Prophetias etiam Evangelica & Apostolica dicta & diuinos libros spiritualiter atque intelligibiliter in parte descriptos. Et hæc de laude & virtute psalmodum sufficiant.

*Vsus Psalmorum & ad quid pro pia deu-
tione dicendi.*

Quem dicere possis beatum, cogitās dic. psal. 1.
Beatus vir.

Ex iudæorum in Christum insidiis, aliorum in te patienter ferens. dic. Quare fremuerunt gentes, & sicut.

Multiplicati sunt in te hostes. dic. 3. Domine quid mul.

Exauditus es à Deo, Gratias agens. dic. 4. Cum inuocarem.

Vides parari tibi insidias, dic. 5. Verba mea au-
ribus percipe domine.

Minas Dei sentis, & territum te vides. dic. 6. Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua. j.

Machinantur in te consilium. dic. psal. 7. Domi-
ne deus meus.

P A R S S E X T A

Mirifica Christi meditaris opera. dic. 8. Domine dominus noster.

Coërceri inimicum vis, & creaturam saluari. dic. psal. 9. Confitebor.

Te quis metu affecit. dic. psal. 10. In domino confido.

Abundat malitia: confugiens ad Deum. dic. 11. Saluum me.

Perseuerant in te inimicorum insidiæ. dic. 12. Vſquequo domine.

Audis impios contra Deum, & prouidentiam loquentes. dic. 13. Dixit insipiens.

Qui regnum cœlorum sint ingressuri. dic. 14. Domine quis habi.

Sperans in domino, de futura resurrectione gaudes. dic. 15.

Fatigatus ab hostibus refrigerium petis. dic. 16.

Liberatus es ab aduersitatibus aut inimicis, dic. 17.

Miraris ordinem rerum & prouidentia gratiam. dic. 18. Cœli enarrant.

Bonos tribulatos vides, aut illis bona imprecaris. dic. psalmum. 19. Exaudiat.

Aduersarios Christi succumbere vides. dic. 20. Domine in virtute.

Meditatione passionis patientiam cupis, dic. psalm. 21.

Tentationes desunt & prospera tibi adsunt. dic. 22.

Qui beatitudinem sint accepturi, cogitas. dic. 23. Irritant te inimici. dic. 24. Ad te Domine leuauit

animam.

Inconsciũ te sentiens, à Deo iudiciũ petis.
dic. 25.

Fidis in Deo, grassantibus in te inimicis. dic. 26.
Dominus illuminatio.

Anxietas te angit & vitæ tædium. dic. 27. Ad te
domine cla.

Munus Deo offers. dic. psal. 28. Afferte domi-
no filij.

Liberatus es ab iis quæ te premebant malis.
dic. 29.

Oppressus malis, in Deo fidis. dic. 30. In te do-
mine speraui.

Misericordiam Dei consecutorum fœlicitatem
cogitas. dic. 31.

In cœtu iustorum versaris. dic. psal. 32. Exultent
iusti in domino.

Liberatus à malis mittes conuocas ad gratias agē-
das. dic. psal. 23. Benedicam.

Aduersariis tuis resistere non potes. dic. 34. Iu-
dica domine.

Malos vides sibi ipsis causam mali esse. dic. 35.
Dixit iniu.

Mali & superbi in paruos & humiles super-
biunt. dic. 36.

Itam Dei times. dic. psalm. 37. Domine ne in
furore. ij.

Iniuste accusant te sceleris inimici. dic. 38. Di-
xi custodiam.

Post longam expectationem à malo liberatus.
dic. 39.

P A R S S E X T A

Misericordem vides siue prosperantem siue depressum. dic. 40.

Lacesseris ab impiis, Deum desiderans. dic. 41.

Falso iudicio humano tractaris. dic. psal. 42. *Et* dica me.

Recordaris die antiqua Dei beneficia. dic. 43. *Deus* auribus.

Egressum Christi à patre ad humanationem meditaris. dic. psal. 44. *Eru*ctavit.

Confugiens ad Deum, mala quæ premebant tua sisti. dic. 45.

Novus populus regni Christi accrescit. dic. 46. *Omnes* gentes.

Christiformem Ecclesię statum animo vestias. dic. 47.

Status felicium & miserorum occurrit cogitatus. dic. 48.

Nosse vis quomodo in secundo adventu liberaberis. dic. psal. 49. *Deus* Deorum.

Pœnitens ex peccatis redis ad Deum. dic. 50. *Miserere* mei.

Videns impium in malitia gloriantē dic. 51. *Quis* gloriaris.

Ad idem. dic. 52. *Dixi* in se.

Querunt te hostes ad iniuste perdendum. dic. 53. *Deus* in nomine.

Pressus hominum nequitia, ad Deum confugiens dic. 54.

A grauissima hominum pressura exauditus esse sisti. dic. 55.

Deus aduersus quosque insultus misertus est tui. dic. 56.

Ad hypocritarum & falforum iudæorū conuer-
sionem. dic. 57.

Iurgant in te hostiles cateruæ. dic. psal. 58.

Eripe.

Dura passus, quasi flagellum Dei expertus. dic. 59.

Deus repulisti.

Te malignus angit omnium hominum inimicus.
dic. 60.

Tentationes sentis ad delinquendum te trahen-
tes. dic. 61.

Solitudines propter Deum aut in persecutionibus
petis. dic. psal. 62. Deus Deus meus ad te.

Times falso criminantium linguas. dic. 63. Exau-
di Deus.

Te laudandum Deum arripit deuotio. dic. 64. Te
deceat hymnus.

Christi religionem longe diffundi cupis. dic. 65.

Iubilare deo.

Misericordiam & illuminationem à deo postu-
las. dic. 66.

A malignis spiritibus nocumentum times. dic.

67.

In magnis angustiis es constitutus. dic. 68. Sal-
uum me.

Times insultum, animam tuam diripere volen-
tium. dic. psalmum. 69.

Site (cum Deo seruias) neque & à Deo dereli-
ctum iudicant. dic. psalmum. 70. In te Domine
speraui.

Falsum ab hominibus iudicium sustinens, in
Deo consolere: & dic. psalmum 71.

P A R S S E X T A

Deus iudicium.

Videns malos prosperari, ne scandalizeris, sed dic.
psal. 72.

Populum fidelem vides afflictum, prædicare deus
& dic psal. 73. Ut quid Deus.

Diuerfas hominum sortes videns ne ascribe for-
tunæ: sed dic. 74. Confitebimur.

Diuini verbi incarnatio te ducit in admirationem
dic psal. 75.

Aduersus terrena ex spiritualibus consolationem
cupis. dic. 76.

Quia Deus legem seruari velit ex antiquis nosse
vis. dic. psal. 77.

Hostiles impetus loca Dei desolarunt. dic. 78.
Deus venerunt.

Aliquos sacris mysteriis imbui optas. dic. 79. Qui
reg.

Aliquid letum superuenit aut celebritas adesse
psal. 80. Exult.

Arduum negotium aliquorum iudicio aut dele-
ctui commissum. dic. 81. Deus stetit.

Certamen aut bellum est impiorum contra pie-
dic. 82.

In sacro aliquo loco, Dei seruitio mancipatus es.
dic. 83.

De virgine quæ fructum vitæ attulit, cogita
dic. 84.

Puritatem vitæ in paupertate retines. dic. 85. In-
clina.

Loca sancta rectè gubernari optas. dic. 86. Funda-
menta.

Anxiatus est in te spiritus tuus. dic. 87. Domine

Deus.

Misericordiam à Deo consecutus es. dic. 88. Misericordias domini.

Ad idem. dic. psal. 89. Domine refugium.

Te aut alios exhortatos ad religionem cupis. dic. 90.

Nosse vis quid faciendum festa postulent. dic psal. 91. Bonum est.

Desideras in cultu Dei animas esse purgatas. dic 92.

Audis blasphemos & Dei contemptores. dic psalmum. 93. Deus vltionum.

Adest celebritas. dic psal. 96. Venite exultemus.

Beneficium noui testamenti cogitas. dic. 95. Cantate. i.

Futuri iudicij mentem subit cogitatio. dic psalmū 96. Dominus regnavit.

Audis miracula nouæ legis dic psalmum 97. Cantate. ij.

Orare vis pro iis qui legem recipiunt. dic psalmū 98. Dominus regnavit.

Ad idem dic. 99. Iubilate.

Misericordiam ad piè viuendū postulas, dic psalmum 100. Misericordiam.

Vitæ malis afficeris, consolans te in Deo. dic psalmum 101. Domine exaudi. i.

Gratias Deo de beneficiis agere vis. dic. 102. Benedic. i.

Prouidentiam Dei ex veteri lege laudare vis. dic. 103.

Ad idem. dic psalmum. 104. Confitemini domino.

Ad idem. dic psalmum. 105. Confitemini domino.

P A R S S E X T A

Ad idem, dic psalmum, 106. Confitemini domino.
Alacrem te sentis ad orandum, dic, 107. Paratum
cor.

Falsas in te sentis linguarum calumnias, dic psal-
mum, 108. Deus laudem.

Consubstantialitatem christi cogitas dic, 109. Di-
xit dominus.

Cum multitudine ad mensam christi accedis, dic
110.

Dei timorem postulas, dic, 111. Beatus vir qui ti-
met.

De mensa eius & perceptione immaculati agni
venis, dic, 112. Laudate pueri dominum.

Te agnoscens à seruitute diaboli ereptum, dic
psalmum 113. In exitu Israel.

Benignitatem dei cogitas, dic, 114. Dilexi quo-
niam.

Immolare deo sacrificium vis, dic, 115. Crediti.

Diuitem in omnes dei misericordiam laudare vis,
dic, 116. Laudate dominum omnes.

Spem firmam & in deum rectā postulas, dic psal-
mum 117. Confitemini.

Quæ sint studia pieratis & vitæ, nosse vis, dic 118.
Beati immaculati in via.

Ne te lædant peruersæ doctrinæ linguæ, dic psal-
mum 119. Ad dominum.

Verum auxilium vnde sit contemplans, dic, 120.
Leuau i

Te desiderium alterius meliorisque vitæ capit, dic
psalmum, 121. Lætatus sum.

Te mundi fastus fatigar, dic, 122. Ad te leuau i.
Superasti pericula supra vires, dic, 123. Nisi quia

dominus.

Cogitas angelos bonorum esse custodes. dic psalmum 124. Qui confidunt.

Plagam communem amouit deus. dic psalm. 125. In conuertendo.

Cum cogitas in potestate alicuius non esse saluari dic. 126. Nihil dominus ædificauerit.

Opras alicui dei timorem & benedictionem dic. psal. 127. Beati omnes qui timent.

Sæpe tentatas tibi inuidias deuitasti. dic psalmum. 128. Sæpe expugnauerunt.

Compunctum te corde & animo sentis. dic psalmum. 129. De profundis.

Te propter deum humilias dic psal. 130. Domine non est exaltatum.

Pacem & mansuetudinem cum omnibus obseruas. dic. 131. Memento domine dauid.

Inter vnionis fraternæ amatores versaris. dic psalmum. 132. Ecce quam bonum.

Accessus fit ad synaxim & sancta sanctorum. dic psalmum 133. Ecce nunc.

Percepta sunt sancta. dic. 134. Laudate nomen domini.

Ad idem. dic psalmum. 135. Confitemini domino quoniam bonus.

Te cogitatus ex spiritualibus ad vana deiicit. dic. 136. Super flumina babilonis.

Te sanctam legem percepisse recordaris. dic psalmum. 137. Confitebor tibi.

De præsentia & prædestinatione cogitas. dic. ps. 138. Domine probasti.

Es vbi peruersa sunt doctrinæ dogmata. dic. 139

P A R S S E X T A

Eripe me domine ab homine.

Times ne in verbo offendas. dic psalmum. 140.
Domine clamaui.

Amici & noti deseruerunt te, ora: & dic. 141. Vocem
mea.

Pœnitentiam agis. dic. 142. Domine exaudi. ii.

Victor euasisti de inimicis tuis. dic psalmum. 143.
Benedictus dominus.

Misericordiam, benignitatem, potentiam, & pro-
uidentiam Dei cogitas. dic psalmum. 144. Exaltabo
te Deus.

Cogitas te moriturum. dic 145. Lauda anima
mea.

Potentia, sapientia, & beneficentia Dei mentem
subit. dic psalmum 146. Laudate dominum, quoniam
bonus.

Post schismata, bella, pressuras succedit pax. dic
147.

Ordinem creaturarum mente agitas. dic. 149. Lau-
date dominum de cælis.

Certans adhuc Ecclesia obseruatur animo. dic
psalmum 149. Cantate domino.

Cælestem & triumphantem ante oculos collo-
cat. dic psalmum 150. Laudate dominum in sanctis eius



ISTA EST FORMA ABSOLV-
tionis abstracta de formulario domini papæ, pro
habentibus indulgentiam plenariam à pœna &
à culpa.

*Primo dicat infirmus si potest. Confiteor deo omnipo-
tenti. totum. Si vero non potest, dicat alius loco sui. vo-
stea confessor cui fuit generaliter vel specialiter confessus
dicat Misereatur tui omnipotens Deus, &c. Con-
sequenter subiungat & dicat absolutionem.*

Absolutio plenaria à pœna & culpa.

AUCTORITATE Dei & beatorum apo-
stolorum Petri & Pauli, & sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ tibi concessa, mihi que in
hac parte commissa, ego te absoluo ab
omni sententia excômmunicationis maioris vel mi-
noris si quam incurristi : & restituo te vnitati fide-
lium, & sanctis sacramentis Ecclesiæ. Item eadem
auctoritate absoluo te ab omnibus peccatis tuis
contritis, confessis, & oblitis, & à transgressione re-
gulæ, & statutorû. Item auctoritate Dei, & beato-
rum apostolorum Petri & Pauli, & sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ : & etiã domini nostri papæ. N. sum-
mi pontificis mihi in hac parte commissa in quantû
claves sanctæ Ecclesiæ se extendunt, si ista vice-mo-

P A R S S E X T A

rieris: absoluo te ab omnibus pœnis tibi in purgatorio debitis propter culpas & offensas quas contra deum, animam tuam, & proximum tuum commifisti: & quantum mihi permittitur: restituo te illi innocentiae in qua eras quando baptizatus fuisti. Si vero ista vice non morieris, referuo tibi plenariam indulgentiam cōcessam à domino papa pro ultimo articulo mortis tuæ: vt in ea commissione præfate indulgentiæ domini nostri papæ continetur. In nomine ꝑ patris, & ꝑ filij, & ꝑ spiritus sancti. Amen.

Sequitur forma absolutionis ministri generalis, vel provincialis. facta confessione, dicat absolvens. Misereatur tu omnipotens deus, &c.

Postea subiungat & dicat sacerdos.

Dominus noster Iesus Christus te absoluat, & ego auctoritate eius, & auctoritate generalis ministri (vel) provincialis, qua fungor in hac parte, tibi concessa & mihi commissa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris ad eum pertinentis, si quam incurristi: & à participatione cum excommunicatis si teneris: & restituo te sacramentis Ecclesiæ si necesse est. Iterum absoluo te ab istis & ab aliis peccatis tuis mortalibus & venialibus mihi confessis & oblitis: quocumque qualitercumque offendisti creatorem tuum, animam tuam, proximum tuum, & regulam tuam. In nomine ꝑ patris, & ꝑ filij, & ꝑ spiritus sancti. Amen.

Ista est forma absoluedi, qua absoluit ab omni causa, etiam pertinente ad papam, & datur fratribus in agone existentibus, auctoritate priuilegiarum ordinis.

Dominus noster Iesus Christus per merita suae sacratissimae passionis te absoluat, & gratiam suam tibi infundat: & ego auctoritate ipsius, & beatorum apostolorum, Petri & Pauli, & summorum pontificum mihi in hac parte commissa & tibi concessa, absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris vel minoris, vel sententia suspensionis & interdicti: & dispenso tecum in omni irregularitate, si quam contraxisti, & restituo te vnioni & participationi fidelium: necnon sanctis sacramentis Ecclesiae. Eadem auctoritate ego absoluo te ab omni transgressione votorum tui ordinis & statutorum papalium, generalium, prouincialium, custodialium, localium: & synodaliū quoruncunque. Eadem auctoritate ego absoluo te ab omni diuino officio male persoluto, horis indebitè transpositis vel dimissis. Item eadem auctoritate ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum fragilitate humana, ignorantia vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum de quibus etiam non recordaris aut oblitus fuisti: in quantum clauis Ecclesiae se extendunt. Item eadem auctoritate ego absoluo te à poenis purgatorij quas pro peccatis commissis & delictis in hoc mundo perpetratis meruisti: restituendo te illi innocentiae in qua eras quando baptizatus fuisti. In nomine & patris, &

P A R S S E X T A

✠ filij, & ✠ spiritus sancti, Amen. quod si hac vice non decelleris, reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.

Alia forma absolutionis absoluendi à minori excommunicatione.

Absoluimus te à vinculo excommunicationis huius, quam confessus es, & ab alia si teneris, in quantum possumus & debemus: & restituimus Ecclesiasticis sacramentis. In nomine ✠ patris, & ✠ filij, & ✠ spiritus sancti. Amen.

Ista est forma absoluendi excommunicatum ab excommunicatione maiori. Primo faciat eum absolvens iurare semper subiectum preceptis sancta matris Ecclesie, & suorum pralatorum: neque unquam excommunicationem contemnere. Et cum corda vel baculo percutiat plane & leniter dorsum absoluendi, dicendo psalmum. Misere mei deus, &c. totum vel psalmum. Deus misereatur nostri, &c. totum. Postea dicat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster qui es in Caelis: Versus. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Versus. Saluum fac seruum tuum. Respons. Deus meus sperantem in te. Versus. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper & parcere: suscipe deprecationem nostram: vt huius famulum tuum quem sententia excommunicationis ligat, miseratio tuæ pietatis absoluat. Per Christum

stum dominum nostrum. Amen. *Dehinc.* Dominus noster Iesus Christus te absoluat, &c. *vt supra.*

Sequitur forma absolutionis confessionis quotidiana, in qua non est excommunicatio seu anathema annexum: Et notandum est, quod quando est anathema debet sacerdos prius pœnitentem absoluerè ab illo, quàm à ceteris peccatis gratia ingrediendi in gremio sanctæ matris Ecclesiæ.

Facta confessione, dicat absolvens. Misereatur tui omnipotens deus, &c. *Deinde.* Indulgentiam, absolutionem, & remissionem, &c.

PASSIO domini nostri Iesu Christi, & merita sanctissimæ Mariæ matris eius, & omnium sanctorum & sanctarum, & omnia bona quæ fecisti & facturus es, & omnia quæ patienter sustinuisti & sustinebis, sint tibi in augmentum diuinæ gratiæ, in remissionem peccatorum tuorum, pro generalique pœnitentia. Et ego concedo tibi omnes gratias & indulgentias, quas possum, & remitto tibi omnes pœnas quas possum. Pro particulari vero pœnitentia, dices. N.

Postea subiungat & dicat sacerdos.

Dominus noster Iesus Christus per meritum suæ sacratissimæ passionis, & per suam misericordiam dignetur te absoluerè, & gratiam suam tibi infundere. In cuius auctoritate, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine ✠ patris, & ✠ filij & ✠ spiritus sancti. Amen.

hic expliciunt formæ absoluedi.

ORDO AD COMMVNICAN-
dum infirmum.

Incipit ordo ad communicandum infirmum. In primis
pulsetur campana capituli, & fratres qui possunt, in
Ecclesiam conueniant. Interea sacerdos praparet se omni-
bus sacerdotalibus indumentis prater casulam: & duo
fratres pro cereis deportandis, & tertius pro cruce depor-
tanda, & omnes superpellicis induantur. Fratribus in
choro congregatis, & ministris (ut dictum est) prepara-
tis: sacerdos accipiat calicem sine patena, & ponat reu-
erenter in illo corpus Christi, cooperiatque tobalia mundif-
sima & candidissima. Quo facto hoc ordine procedent.
Primo, pracedat frater, qui portat aquam benedictam, se-
quatur qui portat crucem: tertio, qui portant cereos, deinde
sequitur sacerdos. Postea sequuntur alij fratres processio-
niter, dicendo plane sine nota psalmum. 50. Miserere
mei Deus, &c. (require supra. Quorum unus por-
tat ampullas cum vino, & aqua. Cum autem perue-
rit ad locum ubi iacet infirmus, sacerdos intrat
dicat. Pax huic domui. Responsorium. Et omnibus
habitantibus in ea. Deinde sacerdos accedat ad ag-
rum, & in modum crucis aspergat cum aqua benedicta, de-
inde domum, dicendo. Antiphona. Asperges me domi-
ne hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super ni-
uem dealbabor. Versus. Miserere mei Deus: secun-
dum magnam misericordiam tuam. Versus. Gloria
patri & filio. Responsorium. Sicut erat in principio.
Et reperitur Antiphona. Asperges me domine hyssopo, & mundabo.

Deinde immediate infirmus adoret, & osculetur crucem, & dicat. Cōfiteor Deo omnipotēti, &c. Facta & finita cōfessione, sacerdos dicat absolute hanc orationem. Oratio.

Dominus Iesus Christus, qui dixit discipulis suis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo, de quorum numero quamuis indignos nos esse voluit: ipse te absoluat per ministerium nostrum ab omnibus peccatis tuis: quæcunque cogitatione, locutione, operatione, negligenter egisti, & à nexibus peccatorum, absolutum perducere dignetur ad regna cælorum. Qui cū patre, & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Respon. Amen.

Postea sacerdos eleuet corpus domini de calice: & infirmus adorans, dicat semel tantum. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur anima mea. Deinde sacerdos tradens infirmo Eucharistiam sacram dicat. Accipe frater, viaticum corporis domini nostri Iesu Christi: qui te custodiat ab hoste maligno, & perducatur ad vitam æternam. Respon. Amen.

Postea abluat digitos super calicem vino & aqua, & propinet infirmo nihil dicens. postquam vero communicauerit, dicat Versic. Dominus vobiscum. Responsorium.

Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Domine sancte pater omnipotens æterne Deus: te fideliter deprecamur: vt accipiēti fratri nostro sacrosanctum corpus domini nostri Iesu Christi filij tui, tam corporis quā animæ profit ad remedium sempiternum. Per eundem Christum dominum nostrum. Respon. Amen.

PARS SEXTA

Sequitur benedictio circa infirmos dicenda.

Benedicat ☩ te Deus pater, qui in principio cœ-
 lœa creauit ex nihilo. Benedicat ☩ te Deus filius,
 qui à paterna sede pro te saluando descendit. Bene-
 dicat ☩ te Spiritus sanctus qui in columbæ specie
 in Iordane fluuio in Christo requieuit. Ipse te in
 veritate sanctificet: quem omnes gentes venturum
 expectant iudicem: cum eodem patre & Spiritu
 sancto viuentem & regnantem in sæcula seculorū.
 Respon. Amen.

*His peractis eo ordine quo venerunt, simul in ecclesiam re-
 uertantur, dicendo Psalmum. Miserere mei Deus, &c.
 Hic finitur ordo ad communicandum infirmum.*

*Sequuntur quatuor exhortationes apud morientem
 faciendæ.*

PRIMA. Amice dilecte, vel dilecta, considera
 nos omnes subiectos esse potenti manui Dei,
 & quod ad ipsius voluntatem omnes nos cuiuscun-
 que conditionis aut status, reges, principes, diuites
 & pauperes mortis tributum soluere necesse est.
 Venimus in mundum peregrinorum more: vt ex eo
 transeamus, non vt mansionem in eo stabiliamus:
 quin potius vt hic benè & meritoriè viuētes & Deo
 seruiētes, horribiles inferni pœnas euitemus, &
 gloriam æternam habeamus.

SECVNDA. Recognosce diligenter & cum gra-
 tiarum actione, à Deo tibi concessa beneficia: quod
 tibi etiam in hac extrema hora sui cognitionem do-

derit: nec te morte subita præoccupauerit. Gratias pro his & aliis innumeris donis nunc eidem refer; ad suam infinitam misericordiam confugiens, & de commissis à te criminibus veniam humiliter poscens.

TERTIA. Sollicitè cogitate in vita tua plurima delicta perpetrasse, pro quibus pœnam ferre meruisti. Vnde & huius infirmitatis & mortis pœnas patienter tolerare debes, rogans Deum vt præsentis doloris acerbitas remissionem operetur peccatorum, & purgatorij horribilis cruciatus in hanc afflictionem tuam per suam misericordiam cõmutetur. Tolerabilius est namque hic præsentialiter, quàm in futuro puniri. Quod si corde contrito patiens pœnam necessariam tanquam voluntariam feras, omnem pœnam & culpam remittet Deus, certusque paradysum introibis. Alioquin per impatientiam, æternam pœnam & damnationem incurres.

QUARTA. Super omnia in hac extrema hora constitutus meditare circa tuã spiritualem salutem: nunquam enim fortassis in futurum huius meditationis occurreret opportunitas. Omnem aliam sollicitudinem, & rerum terrenarum curam relinque, quas relinqui necesse est: quæ etiam ab inferni præcipitio corruentem eripere non valent. Plena fide te Deo committe, & ei qui omnipotens bonus & sapiens est, te & tua & tuorum regenda præbe. Omnem præterea cogitatum tuum in eum dirige, astãtes solummodo & superstitites rogans, vt pro salute tua Deum præcibus exorent.

Interrogationes apud morientes faciendæ.

Dilecte, *vel* dilecta, Credis tu omnes principales articulos fidei Christianæ, & insuper toto sacræ scripturæ per omnia secundum Catholicorum sanctorum, & sanctæ Ecclesiæ doctorum expositionem? Respondeat. Credo. Et detestaris omnes hæreses, errores, & superstitiones ab ecclesia reprobatas? Respondeat. Detestor. Lætaris quod in fide Christiana, & sanctæ matris ecclesiæ unitate & obedientia moreris? Respondeat. Lætor. Recognoscis te Deum grauiter offendisse, & non tam bene vixisse sicut debuisses? Respon. Recognosco. Doles et toto corde de omnibus peccatis contra Dei maiestatem commissis, & bonis omissis & neglectis, non solum timore mortis vel pœnæ, sed magis amore Dei in iustitia & charitate, qua tenemur Deum super omnia diligere? Respon. Doleo. Petis super his à Deo veniam? Respond. Peto. Habesne syncerum propositum, & explicitam voluntatem, vitam tuam in melius commutare atque corrigere, si vita comes superfuerit? Respondeat. Habeo. Rogas etiam Deum ut tibi gratiam præstet hoc propositum continuandi, & veram contritionem habendi? Respond. Rogo. Es tu conscius tibi ipsi alicuius peccati mortalis vel criminis, de quo non sis confessus? Respon. Non. Optasne etiam cor tuum illuminari ad obliorum criminum (si qua sint) habendam notitiam? Et si scires, tu libenter confitereris ea? Resp. Opto. Visa blata per te restitui integraliter quantum ad id teneris, iuxta facultatum tuarum valorem, etiam vique ad omnium bonorum tuorum cessionem & re-

nunciationem vbi aliàs satisfactio fieri non valeret?
 Resp. Volo. Indulges ex corde omnibus, qui tibi no-
 cumentum intulerunt, ob reuerentiam domini no-
 stri Iesu Christi, à quo & veniam speras? Et petis si-
 militer indulgeri tibi & remitti ab eis quos verbis
 aut factis læsisti? Respondeat. Peto & indulgeo. Tu
 credis & recognoscis Iesum christum filium dei pro
 te mortuum esse, & aliter non posse saluari nisi per
 meritum passionis eius? Resp. Credo. Agis ei de hoc
 ex corde gratias in quantum vales? Respondeat.
 Ago.

*Si bono corde responderit ad prædicta, signum est quod
 sit de numero saluandorum.*

AGe ergo dum in te est anima tua, ei semper gra-
 tias, & in hac sola eius morte totam fiduciam
 tuam constitue, huic morti te totum committe, hac
 morte te totum contege, eique te totum inuolue.
 Et si Deus te iudicare voluerit, dic Domine mortem
 domini nostri Iesu Christi obiicio inter me & te, &
 iudicium tuum, aliter tecum non contendo. Si di-
 xerit quod merueris damnationem, dic. Mortem
 domini nostri Iesu Christi obiicio inter me & mala
 merita mea, ipsiusque dignissimæ passionis meri-
 tum offero pro merito quod ego habere debuisssem
 & heu non habeo. Dicat tertio. Mortem domini no-
 stri Iesu Christi pono inter me & iram tuam. *Deinde
 dicat infirmus.*

In manus tuas domine commēdo spiritū meum.
 Et securus morietur, nec videbit mortē in æternum.

Instructio morituri.

P A R S S E X T A

QVia dicit sanctus Gregorius, omnis Christi actio nostra est instructio: idcirco quæ Christus in cruce moriens fecit, eadem cuilibet morituro pro sua possibilitate, extant facienda.

Fecit enim quinque. Oravit. Quoniam dicitur orasse istum psalmum, Deus deus meus respice in me, cum octo sequentibus, vsque ad ver. In manus tuas, inclusiuè. Oremus sic infirmus: si non voce, mente tamen.

Item fleuit. Sic infirmus fleat, non oculis carnalibus, sed lachrymis cordis scilicet verè pœnitendo.

Item clamauit. Ita infirmus clamet fortiter corde non voce. Plus enim deus attendit cordis desiderium quàm vocis clamorem: nam corde clamare non est aliud nisi peccatorum remissionem vitamque æternam fortiter desiderare.

Item animam Deo patri cõmendauit. Sic etiam infirmus commendet animã suam Deo creatori nostro, dicens vt postea patebit.

Itẽ ultimo tradidit spiritũ. Sic volũtariè infirmus moriatur, voluntatẽ suã diuinæ cõformãs volũtati.

Et si agonizans loqui potest, & vsum rationis habuerit, fundat orationes ad deum.

Primo, inuocando eundem, vt ipsum per ineffabilem misericordiam suam, & virtutem passionis suæ suscipere dignetur.

Secundo, Diligenter inuocet gloriosam virginem Mariam pro sua mediatrice. Deinde omnes angelos, & præcipue angelum pro sua custodia deputatum. Deinde Apostolos, martyres, confessores, atque virgines. Specialius tamen illos quos prius sancti in veneratione habuit & dilexit, quorum imagines

cum imagine crucifixi, & beatæ Mariæ virginis ei præsententur. Dicat ter istum versum.

Dirupisti domine vincula mea, &c. vt infra. Nā iste versus (secundum Cassiodorum) tantæ creditur esse virtutis, vt peccata hominum dimittantur, si in fine vera confessione dicatur. *Item* dicat ter hæc verba.

Pax domini nostri, vt infra, quæ beato Augustino ascribuntur. *Item* dicat iter.

Largite clarum vespere, &c. vt infra. Vltimo dicat. In manus tuas domine commendo spiritum meū, redemisti me domine deus veritatis. Si autem infirmus non sciat orationes dicere: dicat aliquis de astantibus alta voce coram eo orationes subscriptas per ordinem. Ipse vero diligenter attendat easdem corde & desiderio pro posse coorando.

Sequuntur orationes apud morientes dicenda.

O Summa deitas, immensa bonitas, clementissima, & gloriosissima Trinitas, summa dulcedo, amor, & charitas miserere mihi miserimo peccatori, tibi enim commendo spiritum meum.

Alia Oratio.

Domine Iesu Christe paradysum tuum postulo, non ob valorem meorum meritorum, cum sim puluis & cinis & peccator miserimus: sed in virtute & efficacia tuæ sanctissimæ passionis, per quam me miserum redimere voluisti, & mihi paradysum precio tui sanguinis emere dignatus es. Vers. Dirupisti domine vincula mea. Resp. Tibi sacrifi-

cabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Oratio.

Domine Iesu Christe propter illam amaritudinem quam sustinuisti pro me, maxime in illa hora, quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo, miserere miserrimæ animæ meæ in gressu suo.

Oratio.

Pax domini nostri Iesu Christi, & virtus sacratissimæ passionis eius, signum sanctæ crucis, & integritas beatissimæ Mariæ semper virginis: benedictio omnium sanctorum, custodia angelorum, & suffragia omnium electorum suorum, sint inter me & omnes inimicos meos visibiles & inuisibiles: in hora mortis meæ. Amen.

Largire clarum vespere, quo vitam nusquam decedat: sed præmium mortis sacræ, perennis inter gloria.

In manus tuas domine commendo spiritum meum: redemisti me domine Deus veritatis.

Oratio ad beatam Mariam.

O Regina cælorum, mater misericordiæ, confugium peccatorum: tu nos ab hoste protege & hora mortis suscipe. Reconcilia me vnigenito filio tuo, eius clementiam pro me indigno peccatore interpella, vt ob honorem tui mea remittat facinora, perducendo in gloriam suam. Amen.

Oratio ad omnes angelos. & præsertim ad proprium.

O Spiritus cælorum angeli beatissimi afflicti mihi migranti ex hoc sæculo, & potentes

eripite ab omnibus aduersariorum insidiis, & animam in vestrum consortium assumito. Tu præcipue angele bone qui es custos meus à domino specialiter deputatus.

Post hac inquiratur ab infirmo, qui sanctorum vel sanctorum magis deuotus extiterit, ut illi precem offerat dicendo.

O Gloriosissime sancte vel sancta N. singularem in te dum viuerem, spem & confidentiam reposui: succurre nunc mihi in hoc extremo necessitatis articulo laboranti, nunc anxior supra modum, tempus nunc instat & hora iam in adiutorium meum intende.

Subscripta possunt similiter legi si tempus postulat.

Subsequens Passio (s̄ minorita) non tantum est utilis ad legendum super morientes, verum etiam ad prædicatores instruendos, pro die paresces, in quo illa (secundum morem quorumcunque locorum huius reipublice Christianæ) annūciatur, populo subdito sanctæ matris Ecclesiæ, hac de causa, vt nam memoria mysteriorum nostræ redēptionis non tam cito euallatur à cordibus nostris, quæ semper debent pollere his, maxime hi qui in agone sunt existentes: quia illa obiiciendo serpenti inimico infestissimo hominis, etiam si simus pleni peccatis, victoriã adipiscimur, dum modo conteramur elapsis erroribus, & deprecamur Christum, per suos labores eximios, vt faueat nobis apud patrem misericordiam, & Deum totius cōsolationis, qui consolatur in omni tribulatione, dicta hypothese seruata.



SEQVITVR PASSIO DO.
MINI NOSTRI IESV CHRISTI
secundum quatuor Euangelistas.

Hymno dicto, egressus Iesus cū discipulis suis ibat trans torrentem Cedron secundum consuetudinē, in montem oliuarum. Secuti sunt autem eum & discipuli. Tunc dicit discipulis suis. Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastore, & dispergetur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæa. Respondens autem Petrus, ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Et ait illi Iesus. Amē dico tibi: quia tu hodie in hac nocte, priusquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At Petrus amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commoñi tibi, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, vbi erat hortus: in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Et ait illis. Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. Vos autem vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit pauere, tædere, & contristari, & mortuus esse. Et ait illis. Tristis est anima mea vsque ad mortem, Sustinete hic, & vigilate mecum. Orate, ne intretis in tentationem. Et progressus pusillum, & ipse

ipse auulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis: & politis genibus, procidit in faciē suā super terrā: & orauit, vt, si fieri posset, trāirer ab eo hora: & dixit. Abba, Pater, omnia tibi possibilia sunt: si possibile est, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: fiat voluntas tua. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes: & ait Petro. Simō dormis? Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? vt quid dormitis? surgite, vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et iterum secundo abiit, & orauit, dicens. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabāt, quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio, eūdem sermonem dicens. Pater si vis, transfer calicem hunc à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia: & ait illis. Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus, & pharisæis ministros: venit illuc. Dederat autem traditor eis signum, dicens. Quem

cunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. Et ait Iesus. Surgite, eamus: ecce qui me tradet prope est. Adhuc eo loquente, ecce Iudas Iscariotes vnus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, & lignis, & lateris, & facibus, & armis, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi. Iesus autem sciens omnia quę ventura erant super ipsum: processit obviam, & dixit eis. Quem quæritis? Responderunt ei. Iesum Nazarenum. Dixit ergo eis Iesus. Ego sum. Stabat autè & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus, ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terrā. Iterum ergo interrogavit eos. Quę quæritis illi autè dixerunt, Iesum Nazarenum. At ille ait. Dixi vobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit (Ioannis decimosextimo) Quia quos dedisti mihi non perdiidi ex eis quenquam. Iudas vero antecedebat eos: & appropinquavit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. Amice ad quid venisti? confestim accessit ad Iesum, & ait. Ave Rabbi. Et osculatus est eum. Dixit illi Iesus. Iuda, osculo filii hominis tradis? Videntes autè hi, qui cum ipso erant, quod futurum erat, dixerunt ei. Domine, si percetimus in gladlo? Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu: Simon Petrus, habens gladium eduxit eum: extendensque manum suam & percutiens servum principis sacerdotum, amputavit auriculam eius dexteram. Erat autem seruo nomen Malchus. Respondens autem Iesus, ait. Sinite vsque huc. Dixit ergo Iesus Petro. Conuerte gladium tuum, & mitte in vaginam, in locum suum. Omnes enim qui acceperunt

gladium, gladio peribunt. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? An putas quia non possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plulquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ? quia oportet sic fieri. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. In illa hora, ait Iesus. ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotũ, & magistratus templi & seniores. Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus, comprehẽdere me? Quum quotidie fuerim apud vos in templo, sedens, & docens: & non me tenuistis, nec misistis manus in me. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Tunc discipuli eius omnes, relicto eo, fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

*De examinatione & peruersa condemnatione
per pontifices.*

Cohors autem, & ministri Iudæorum, & tribunus comprehendentes Iesum, ligauerunt eum: & duxerunt ad Annam primũ. Erat enim Annas socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphæ, qui consilium dederat Iudæis: quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus à longè & alius discipulus.

P A R S S E X T A

autem ille erat notus pontifici : & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat foras ad ostium. Exiuit ergo ille alius discipulus, qui erat notus pontifici : & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Et ingressus intro sedebat foris in medio atrij deorsum cum ministris, ad ignem, & calefaciebat se: vt videret finem. Circumsedentibus autē illis, erat Petrus in medio eorū. Quem cum vidisset ancilla quædam ostiaria, vna ex ancillis summi sacerdotis, sedentem ad lumen, & calefacientē se, & ei fuisset intuita, aspiciens illum, dixit. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? At ille negauit eum coram omnibus, dicens. Mulier, non sum, non noui eū, neque scio quid dicis. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Pōtifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palām locutus sum mūdo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quō omnes Iudei conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quis me interrogas? Interroga eos, qui audierūt quid locutus sum ipsis. Ecce, hi sciūt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset Iesus, vnus assistens ministrorum dedit alapā Iesu, dicens. Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus. Si malè locutus sum, testimoniū perhibe de malo: si autē bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem principem sacerdotum: vbi omnes scribæ, & pharisæi, & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à lōgè vsque in atrium summi sacerdotis. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem Simon Petrus cum his stans, & calefaciens se. Et post pusillum, rursus cum

vidisset illum alia ancilla, cœpit dicere his qui erant ibi circumstantibus. Et hic cum Iesu Nazareno erat. Dixerunt ergo ei, qui circumstantabant. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negavit iterum, cum iuramento, & dixit, Non sum, quia nō novi hominem. Et intervallo factō, quasi hora vnus: dicit vnus ex circumstantibus, cognatus eius, cuius absciderat Petrus auriculam Nonne ego te vidi in horto cum illo? Et rursus qui astabant, dixerunt Petro. Vere tu ex illis es: nam & Galilæus es, & loquela tua manifestum te facit. Iterum ergo negavit, & cœpit anathematizare, detestari, & iurare: quia nescio hominem istū, quem dicitis. Et continuo adhuc eo loquente, iterū gallus cantauit. Et conuersus dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini, quod dixerat ei Iesus: priusquam gallus bis canter, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. Principes autem sacerdotū, & omne concilium querebāt falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: nec inueniebant, cum multi falsi testes accessissent. Multi enim falsum testimonium dicebāt aduersus eū: & conuenientia testimonia non erant. Nouissimè vero venerunt duo falsi testes: & falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. Hic dixit: quoniam nos audiimus eum dicentem. Possum destruere templum Dei, hoc manufactum, & post triduum aliud manufactum reædificare. Et nō erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens princeps sacerdotum, in mediū, interrogauit Iesum, dicens. Non respōdes quicquam ad ea quę tibi obijciuntur, & isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat, & nihil respondit. Rursus autem sum-

P A R S S E X T A

mus sacerdos dixit ei. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti. Iesus autem dixit illi. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens. Blasphemauit. Quid ad hoc egemus testibus. Ecce nūc audistis blasphemiam. Quid vobis viderunt. At illi omnes exclamauerunt, dicētes. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius. Et viri, qui tenebant eum, illudebant ei cædentes. Et velauerunt, & percusserunt faciem eius. Et ministri eum alapis cædebant, alij palmas in faciem eius dederunt, & interrogabant eū dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

*De presentatione, & falsa accusatione coram
Pilato & Herode.*

ET confestim, mane factō, conuenerunt princeps sacerdotum, cum scribis, & phariseis, & vniuerso concilio aduersus Iesum: vt eum morti traderent. Et adduxerunt eum in consilium suum, dicentes. Si tu es Christus, dic nobis palam. Et ait illis, Si dixero vobis, non credetis mihi: si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius Dei. Qui ait. Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi namque audiuiamus

ab ore eius. Tunc surgens omnis multitudo eorum, vincientes Iesum, adducunt ad Caipham, & ligatum eum tradiderunt Pontio Pilato praesidi in praetorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in praetorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Tunc videtur Iudas, qui tradidit eum, quod damnatus esset: poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus populi, dicens. Peccavi, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Hacedema, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem. Et acceperunt triginta argenteos, pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Iesus autem stetit ante praesidem. Exiit ergo ad eos foras praeses & dixit eis. Quam accusationem offertis aduersus hominem hunc? Responderunt, & dixerunt. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudaei. Nobis non licet interficere quenquam. Ut sermo (Iesu impleretur, quem dixit: significans qua morte esset moriturus. Cœperunt autem illum accusare, dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem

P A R S S E X T A

nostram : & prohibentem tributa dari Cæsari : & dicentem se Christum regem esse . Introiuit ergo iterum Pilatus in prætorium , & vocauit Iesum , & dixit ei . Tu es rex Iudæorum ? Iesus autem respondit . A temetipso hoc dicis , an alij tibi dixerunt de me ? Respondit Pilatus . Nunquid ego Iudæus sum ? Gens tua , & pontifices tui tradiderunt te mihi . Quid fecisti ? Respondit Iesus . Regnum meum non est de hoc mundo . Si ex hoc mundo esset regnum meum , ministri vtique mei decertarent pro me , vt non traderet Iudæis . Nunc autem regnum meum non est hinc . Dixit itaque Pilatus . Ergo rex es tu ? Respondit Iesus . Tu dicis , quia rex sum ego . Ego in hoc natus sum , & ad hoc veni in mundum , vt testimonium perhibeam veritati . Omnis qui ex veritate est , audit vocem meam . Dicit ei Pilatus . Quid est veritas ? Et cum hoc dixisset , exiit iterum ad Iudæos . At autem Pilatus ad principes sacerdotum , & turbas . Ego non inuenio causam in hoc homine . At illi inualecebant dicentes . Commouit populum , docens per vniuersam Iudæam , incipiens à Galilæa vsque huc . Auditis autem Pilatus Galilæam , interrogauit , si homo Galilæus esset . Et , vt cognouit , quod de Herodis potestate esset , remisit eum ad Herodem , qui & ipse Hierosolymis erat his diebus . Herodes vero viso Iesu , gaudius est valde . Erat enim cupiens ex multo iam tempore videre illum , eo quod audierat multa de eo , & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri . Interrogauit autem eum multis sermonibus . Et ipse nihil respondebat . Stabant autem principes sacerdotum , & scribæ , constanter accutantes eum . Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo : & illisit indurum

veste alba, & remisit eum ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant adinuicem.

De excusatione, & iniusta condemnatione per iudicem.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotū & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populū: & ecce, ego eum coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his, in quibus eū accusatis. Sed neque Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei. E-mendatum ergo illum dimittam. Et accusauerunt eum summi sacerdotes in multis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respōdit. Pilatus autem rursū interrogauit eum, dicens. Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia? Non respondes quicquam? Vides in quantis te accusant. Iesus autem amplius respondit ei ad vltimum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennē consueuerat præses, & necesse habebat eis dimittere vnum ex vinc-tis, quemcunque voluissent, & petiissent. Habebat autem tūc vinc-tum vnum insignem, qui vocabatur Barabbas. Erat autem Barabbas latro, qui cum seditiosis erat vinc-tus: & in seditione fecerat homicidiū. Congregatis autem illis, respōdit Pilatus & dixit. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Quem ergo vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem, & summi sacerdotes, & seniores populi, persuaserunt populis, & concitauerunt tur-

bam vt magis Barabbam dimitteret eis: Iesum vero
 perderet. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut
 semper faciebat eis. Respondens autem præfex,
 ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? Et
 clamauit simul vniuersa turba, dicēs. Non hunc, sed
 tolle hunc: & dimitte nobis Barabbam. Iterum lo-
 cutus est ad eos Pilatus, volens dimittere Iesum.
 Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? At
 illi succlamabant omnes, dicentes: Crucifige, cruci-
 fige eum. Erat autem quasi tertia. Ille autem tertio
 dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullam cau-
 sam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, &
 dimittam. At illi magis clamabant, & instabant vo-
 cibus magis postulantes, vt crucifigeretur: & in-
 lescebant voces eorum. Tunc ergo apprehendit Pi-
 latus Iesum, & flagellauit. Milites ergo præfedis sus-
 cipientes Iesum, adduxerunt eum in prætorium, &
 congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et
 exuentes eum, chlamydem coccineam circumdole-
 runt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt
 super caput eius: & arundinem in dextera eius. Et
 veniebant ad eum, & genuflexo ante eum, illudebāt
 ei, dicentes. Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas.
 Et exuentes in eum, accipiebant arundinē, & per-
 cutiebant caput eius: &ponentes genua adorabant
 eum. Et postquam illuserunt ei. Exiuit iterum Pilatus for-
 ras, & dixit eis. Ecce, adduco eum vobis foras: vt co-
 gnoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. Exiit
 ergo Iesus portās spineam coronam, & purpureum
 vestimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo
 dissent eum pontifices, & ministri clamabāt. Tolle,
 tolle, crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Ac-
 cipite eum vos, & crucifigite. Ego enim nō inuenio

in eo causam. Responderūt ei Iudæi. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est iterum in prætorium: & dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi nõ loqueris? Nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus. Non haberes potestatem aduersum me vllā, nisi datum esset tibi de super. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi vero clamabant, dicentes. Si hūc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus autē, cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue Paschæ, hora quasi sexta. Sedēte autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor sua, dicens. Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum per visū hodie propter illum. Et ait Iudæis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus. Regem vestrū crucifigam? Responderūt pontifices. Non habemus regem, nisi Cæsarem. Videns ergo Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, dicēs. Innocēs ego sū à sanguine iusti huius. Vos videritis. Et respōdens vniuersus populus, dixit, Sāguis eius super nos, & super, & c. Tūc Pilatus volēs satisfacere populo, adiudicauit fieri petitionē eorū: & dimisit illis Barabā, qui propter homicidiū & seditionē missus fuerat in carcerē, quē perebāt: Iesū vero flagellis cæsum tradidit voluntati eorū, vt crucifigeretur.

P A R S S E X T A

De crucifixione, & voluntaria expiratione.

Suscipientes autem Iesum postquam illuserunt
 ei exuerunt eum purpura, & induerunt eum
 vestimentis suis: & educunt, vt crucifigerent. Et
 baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Cal-
 uariae locum: hebraice autem Golgotha. Et cum
 exeuntes ducerent eum, apprehēderunt prateruen-
 tem quempiam hominem Cyrenæum, nomine Sym-
 monem, patrem Alexandri & Rufi, venientem ex
 villa. Hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius
 & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Se-
 quebatur autem illum turba multa populi, & mu-
 lierum; quæ plangebant & lamentabantur eum.
 Conuersus autem Iesus ad illas, dixit. Filiae Hiero-
 salem, nolite flere super me: sed super vos ipsas fle-
 re, & super filios vestros. Quoniam, ecce, venient
 dies in quibus dicent. Beatae steriles, & ventres qui
 non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tu
 incipient dicere montibus, cadite super nos: & col-
 libus, cooperite nos. Ducebantur autem & alij duo
 nequam cum eo, vt interficerentur. Quod si in vi-
 ridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Et post-
 quam venerunt in locum, qui dicitur Golgotha,
 quod est interpretatum, Caluariae locus, dederunt
 ei vinum myrrhatum bibere cum felle mixtum. Et
 cum gustasset, noluit bibere. Ibi crucifixerunt eum
 & cum eo alios duos, vnum à dextris, & alterum à
 sinistris, medium autem Iesum. Et impleta est, scri-
 ptura, dicens. Et cum iniquis deputatus est. Scriptum
 autem & titulum Pilatus causam ipsius, & posuit
 super caput eius. Erat autem scriptum: Iesus Naza-

renus, Rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebāt ergo Pilato pontifices Iudæorum. Noli scribere, Rex Iudæorū: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respōdit Pilatus. Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, mittentes sortem super eis, quid tollerent) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam, sed sortiamur de ea, cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt: & sedentes, obseruabant eum. Et stabat populus expectās. Prætereuntes autem blasphembant eum, mouentes capita sua, & dicentes. Vah, qui destruis templū dei, & in tribus dieb⁹ illud reæficas: saluum fac te ipsum. Si filius Dei es, descēde nunc de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes, ad alterutrum cum scribis, & senioribus dicebant. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si Christus Rex Israël est, descēdat nunc de cruce: vt videamus, & credamus ei. Confidit in Deum: liberet eum nunc, si vult: Dixit enim, quia filius Dei sum. Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, impropertabant ei, & conuitiabantur. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes illi, & dicentes. Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac. Iesus autem dicebat. Pater, ignosce illis: quia nesciunt quid fa-

PARS SEXTA

ciunt. Vnus autem ex his, qui pendebant, latronibus, blasphemauit eum, dicens. Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens. Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iudicemur, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Domine, memento me, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in Paradiso. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophae, & Maria Magdalenae. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suae. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et illa hora accepit eam discipulus in suam. A sexta autem hora, tenebrae factae sunt super vniuersam terram, usque ad horam nonam. Et obscuratus est sol. Et circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna, dicens. Eloy, Eloy: lammasabathani? Quod est interpretatum. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant. Ecce Eliam vocat iste. Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, ut scripsitura consummaretur, dixit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Et continuo currens vnus ex discipulis, acceptam spongiam circumligatam hyssopo, impleuit aceto: & imposuit arundini, & offerens ori eius, dabat illi bibere. Caeteri vero dicebant. Sine, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit. Consummatum est. Et iterum clamans voce magna, ait. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite

exp
scilicet
E
ra
do
tis
ciu
qu
die
&q
rifi
filiu
der
ban
ban

IV
In
gnu
fran
run
ra, &
auto
non
latu
qua
run
cit
scr
nu

expirans tradidit Spiritum. Et, ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & pertæ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & apparuerunt multis. Centurio autem, qui ex aduerso stabat, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ fiebant, & quia sic clamans expirasset: timuerunt valde, glorificantes Deum, & dicentes. Vere hic homo iustus, filius Dei erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant: percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe.

De sepelitione, & studiosa sepulchri custoditione.

Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, & deponerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum Iesu. Ad Iesum autem cum venissent, & videret eum iam mortuum non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur, dicens. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit.

P A R S S E X T A

Videbunt in quem transfixerunt. Post hæc cum se-
ro factum esset, (quia erat parasceue, quod erat an-
te Sabbatum, quod illucescebat) ecce, venit quidam
homo diues nomine Ioseph, qui erat nobilis decu-
rio: vir bonus & iustus: hic non consenserat con-
silio & actibus eorum: ab Arimathia ciuitate Iudee
qui & ipse expectabat regnum Dei (eo quod disci-
pulus esset Iesu, occultus autem propter metum
Iudæorum.) Hic audacter accessit ad Pilatum, &
petiit corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam
obisset. Et accersito Centurione, interrogauit eum
si iam mortuus esset. Et vt cognouit à Centurione
donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus
sindonem, & deponens illud, inuoluit sindone mi-
da. Venit autem Nicodemus, qui venerat ad Iesum
nocte primum, ferens mixturam Myrrhæ & Aloë.
Acceperunt ergo corpus Iesu, & depositum, ligau-
erunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos
Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus
est dominus Iesus, hortus: & in horto monumentum
nouum, quod exciderat sibi Ioseph in petra
in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi
propter parasceuem Iudæorum, quia iuxta erat
monumentum, posuerunt eum. Et aduoluit Ioseph
saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.
Erat autem ibi Maria Magdalenæ, & altera Maria
sedentes contra sepulchrum. Altera autem die,
est post parasceuem, conuenerunt principes sacer-
dotum, & Pharisei ad Pilatum, dicentes. Domine
recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc
uens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri
sepulchrum vsque in tertium diem: ne forte veniat
discipulus

discipuli eius, & furentur eum: & dicant plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior prior. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam: ite, custodite, sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signantes lapidem, cum custodibus. Deo gratias: & illi soli sit honor, & gloria in seculorum secula. Amen.

Hic finitur passio domini nostri Iesu Christi, secundum quatuor Euangelistas accordata.

Oratio.

ROgo te dulcissime Deus: vt mors tua amarissima, passio omnium membrorum tuorum, mortificet in omnibus membris fratris nostri omnia mala, quæ impediunt fructum passionis tuæ. Et vitam spiritualem illi in presenti concedat, & æternam in futuro tribuat. Peto etiam domine, vt os animæ suæ aperire digneris, & aquas gratiæ de latere tuo illi haurire concedas, & illum potum illi propines ad quem inuitasti fideles sitientes, cum dixisti. Si quis sitit veniat & bibat: & de ventre eius fluent aquæ viuæ. Respice ergo pater sanctissime de excelso cœlorum habitaculo in faciem Christi filij tui: & suscipe illud holocaustum suauissimi odoris, & accepta hanc hostiam quam offert tibi summus pontifex noster Iesus Christus pro peccatis illius. Et esto illi placabilis in presenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Sequuntur obseruationes & monitiones apud morientes faciendæ.

P A R S S E X T A

Patens studiosè inducatur ad debitum usum sacramentorum Ecclesiæ. Primo, vt per veram contritionem integram faciat confessionem. Alia etiam ecclesiæ sacramenta deuotè recipiendo. Quis autem sic dispositus est, se totum passioni Christi committat, continuè eam recitando atque meditando. Nam per hoc omnes tentationes diaboli in fide maximè superantur. Vnde morituri grauiora habent tentationes quàm vnquam habuerunt. Erant sunt quinque, contra quas bonus angelus eis suggerit quinque bonas inspirationes. Si autem in orationibus præmissis verisimiliter appareant responsiones patientis non vsquequaque sufficienter existere, remedium apponatur quantum id commodius fieri poterit, vel per ministracionem sacramentorum confessionis, Eucharistiæ, aut extremæ unctionis, vel eidem manifestando periculum quod incurrit non plenè satisfaciendo petitionibus supplicum fide sua & salute conscientia prolatis. Moneatur decedat tanquam verus & fidelis Christianus. Attendatur si infirmus ipse excommunicationis periculo astrictus teneatur, & propterea submittatur se totis viribus ordinationi sanctæ matris ecclesiæ vt absoluator. Si moriturus prolixum temporis spatium ad sui recollectionem habeat, nec morte festè præueniatur, legendæ forent coram eo ab astantibus historia & orationes deuotæ in quibus sanus & viuens amplius delectabatur. Vel recensenda essent diuina præcepta, vt profūdus meditetur si quidauerius ea negligenter oblitum deliquerit. Vel firmè coram eo instructio recitetur. Si infirmus gaudeat

quo privilegio quo posset absolui à pœna & culpa, & sibi impendi indulgentiam plenariam omnium peccatorum petat, an eam expediat hoc loco impendere sibi, aut aliam horam expectare? Si patiens vsu loquendi perdididerit, habet tamen sanam & integram notitiam ad interrogationes sibi factas, vel orationes coram eo recitatas, signo aliquo exteriori vel solo cordis consensu respondeat, hoc enim sufficit ad salutem. Præsentetur infirmo imago crucifixi, vel alterius sancti, quæ sanus & incolumis specialius venerabatur. Si non omnia præmissa dici breuitas sinat: proponendæ sunt orationes, illæ præsertim quæ saluatori nostro Iesu Christo diriguntur. Nullatenus, aut quàm minimè (si fieri possit) morienti, amici carnales, vxor, liberi, vel diuitiæ ad memoriam reducantur, nisi in quantum id exigit patientis spiritualis sanitas, & dum aliàs conuenienter omitti nequit. Non detur infirmo nimia spes corporalis salutis consequendæ: ingeratur potius eidem prima exhortatio vel monitio superius explicata. Sæpe namque per vnam talem inanem & falsam consolationem & incertam sanitatis corporeæ confidentiam, certam incurrit homo damnationem. Quinimo hortandus est patiens vt per contritionem & confessionem, animæ sanitatem procuret. Quia verò frequenter corporalis infirmitas ex animæ languore ortū habet: Papa per expressam decretalem cuiuslibet medico corporis districtè præcepit ne cuiquæ ægroto corporeā cōferat medicinā prius quàm de spiritualis medici (confessoris scilicet) requisitione eundem monuerit.

P A R S S E X T A
Cautela seruanda circa morituros.

PLurimum dicatur infirmo de morte, & eum fore moriturum, non obstante si ob hoc valde terreatur. Iustius enim est vt cum terrore salubri compungatur & saluetur, quàm cum blanditijs & dissimulatione noxia condemnetur. Absurdum quippe est nimis & Christianæ religioni contrarium, immo diabolicum: vt homini morituro temporis periculum ex humano terrore abscondatur, & exinde in periculum animæ inducatur. Quapropter Esaias propheta regem Ezechiam ægrotantem vsque ad mortem terruit salubriter dicens eum moriturum, cum tamen mori adhuc non deberet. Credo etiam quòd morte aut graui infirmitate ingrediente, ipsa deuotio ingrediatur: & quanto propinquius hæc accesserit, tanto longius illa fugabit. Ergo bene agas vt securus sis, dum vsus rationis habes. Morituro etiam candela ardens presentetur in manu, vt Christus vera lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum designatus per candelam, luceat illi morituro per viam ignotam secum manendo, vt discat tenere lucem sicut in manu candelam.

Et aqua benedicta detur, quæ habet dimittere peccata venialia, & de se extinguere ignem. Sic morituro extinguat ignem purgatorij dimissis peccatis.

Ex supradictis patet quod sequentia sex ab omni christiano in extremis sunt obseruanda. Sex morienti obseruanda.

Solutio debiti ab obligationibus si quid debet: quæ absoluit, & quasi ab impedimentis expedit, sub quâ intelligitur restitutio alieni.

Item compositio testamenti, quod à vinculis mundi te liberum facit.

Item confessio peccati, quæ à sorde diaboli te mundum reddit.

Item extrema vnctio, quæ offensas carnis delet, id est maculas ab anima, ex carnali commotione contractas abstergit.

Item viatici sumptio, quæ venialia & forte quædam mortalia obliuioni tradita plenius remittit, virtutes augmentat & roborat, & Christo amplius vnit.

Item intenta supplicatio, quæ iam terrena dispicientem, & in sublimia tendentem, totum in spiritu constituit, mundo eximit, & creatori suo restituit.

ORDO AD VNGENDVM

INFIRMVM.

Incipit ordo ad vngendum infirmum. In primis pulsetur campana capituli: & fratres qui possunt, in ecclesiam conueniant, quibus congregatis, & sacerdote cum ministris (vt supra dictum est) preparatis: sacerdos accipiat oleum sanctum. Deinde ordinate procedant cum Psalmo. Misere mei Deus secundum, &c. sicut in communicatione infirmorum dictum est. Cum autem peruentum fuerit ad locum vbi iacet infirmus, sacerdos intrans, dicat. Pax huic domui. Responso. Et omnibus habitantibus in ea. Deinde accedat, & stans ante agros, dicat. Versus.

P A R S S E X T A

Adiutorium nostrum in nomine domini. Respon.
 Qui fecit cœlum & terram. Versus. Dominus vo-
 biscum. Responsorium. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

INtroeat domine Iesu Christe domum hanc sub
 nostræ humilitatis ingressu æterna fœlicitas, diu-
 na prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sa-
 nitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus da-
 monum, adsint angeli pacis: domumque hanc de-
 ferat effugata discordia. Magnifica domine super
 nos nomen sanctum tuum, & ✠ benedic nostræ
 conuersationi, sanctifica ✠ nostræ humilitatis in-
 gressum, qui sanctus & pius es: & permanes cum
 patre & spiritu sancto in secula seculorum. Respon.
 Amen.

Oratio.

ORemus & deprecemur dominum nostrum Ie-
 sum Christum, vt benedicendo benedicat ✠
 hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo: &
 det eis angelum bonum custodem: faciat eos sibi
 seruire ad considerandum mirabilia de lege sua, &
 uertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat
 eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione:
 ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur.
 Qui cum patre.

Oratio.

EXaudi nos domine sancte pater omnipotens
 æterne Deus: & mittere digneris sanctum ange-
 lum tuum de cœlis: qui custodiat, foueat, protegat,
 uisitet atque defendat omnes habitantes in hoc ta-
 bernaculo. Per dominum nostrum Iesum Christum
 filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat.

Deinde in modum crucis aspergat agrotum aqua benedicta: postea domum dicendo.

Asperges me domine hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. cum Vers. Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. cum Vers. Gloria patri. & cum: Sicut erat. *Et repetitur antiphona Asperges me domine. Deinde immediate agrotus dicat. Confiteor Deo omnipotenti, &c. Quo dicto, omnes sacerdotes astantes insimul eum absoluant. Et tunc clerici astantes dicant legendo septem psalmos pœnitentiales cum Litanis. Sacerdos autem dum illi legunt psalmos, intincto pollice in oleo sancto, dicat absolute hanc orationem.*

IN nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum, immo per inuocationem omnium sanctorum, angelorum, & archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, atque omnium simul sanctorum. Respons. Amen.

Quo dicto faciat signum crucis de oleo sancto in corpore agri in septem locis infra scriptis, ad unamquamque crucem, propriam orationem dicendo.

Ad oculos.

PER istam sanctam vnctionem ✝ & suam piissimam misericordiam parcat tibi dominus quicquid oculorum vitio deliquisti. Respons. Amen.

Minister vero tergat locum intinctum & inunctum, cum stupa reponens eam in vase mundo: & sic faciat post quamlibet vnctionem.

P A R S S E X T A

Ad aures.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissimam
misericordiam parcat tibi dominus quicquid auri
vitio deliquisti. Resp. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissimam
misericordiam parcat tibi dominus quicquid nari
vitio deliquisti. Resp. Amen.

Ad os.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissi-
mam misericordiam parcat tibi dominus quicquid
linguæ vel oris vitio deliquisti. Resp. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissimam
misericordiam parcat tibi dominus quicquid ma-
nus vitio deliquisti. Resp. Amen.

Ad pedes.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissimam
misericordiam parcat tibi dominus quicquid pedum
vitio deliquisti. Resp. Amen.

Ad lumbos.

Per istam sanctam vnctionem ✠ & suam piissimam
misericordiam parcat tibi dominus quicquid lum-
borum seu carnis vitio deliquisti. Resp. Amen.

*Quibus omnibus peractis, & à clericis Psalmis & Li-
taniis lectis, sacerdos dicat.*

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Pater noster *sub silentio vsque ad Vers.* Et ne nos
Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Saluum fac ser-
uum tuum. Responso. Deus meus sperantem in te.
Vers. Mitte ei auxilium de sancto. Responso. Et
de Sion tuere eum. Vers. Esto ei Domine turris

fortitudinis. Resp. A facie inimici. Vers. Nihil proficiat inimicus in eo. Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Vers. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vobiscum. Respons. Et cum Spiritu tuo.

Oratio.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum locutus es, dum infirmatur quis in vobis, inducat præsbyteros ecclesiæ, & orent super eum vngente eum oleo sancto in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei: cura quæsumus domine redemptor noster gratia Spiritus sancti languores istius infirmi, & sua sana vulnera, eiusque dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo expelle, plenamque ei interius exteriorisque sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordiæ tuæ restitutus ad pristina reparetur officia. Qui cum patre & eodem Spiritu sancto viuis & regnas.

Oratio.

Respice quæsumus domine famulum tuum. N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refoue, quam creasti: vt piis castigationibus emendatus, sentiat se tua medicina saluatum. Per Christum dominum nostrum. respons. Amen.

Oratio.

Domine sancte pater omnipotēs æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis, ad inuocationem nōminis tui benignus assiste vt famulum tuum N. ab ægritudine liberatum, & sanitati donatū: dextera tua erigas, & virtute

P A R S S E X T A

confirmes, potestate tuearis, atque ecclesie tue, sanctisque altaribus tuis cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum dominum nostrum. Respons. Amen.

Oratio.

Dominus Iesus Christus, apud te sit, vt te defendat, intra te sit, vt tereficiat, circa te sit, vt te conseruet, ante te sit, vt te deducat, post te sit, vt te custodiat, super te sit, vt te benedicat. Qui in Trinitate perfecta viuit & regnat in secula seculorum. Respons. Amen.

Post hæc stupam proiciat in ignem. His peractis, eo ordine quo venerunt simul in Ecclesiam reuertantur, excepta quod crux remaneat coram infirmo.

O R D O C O M M E N D A T I O -
N I S A N I M A E.

*Incipit ordo commendationis anime. Primum sunt
& dicuntur Litanie breuiter: vt
sequitur.*

K Yrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.	
Sancta Maria	ora pro eo
Omnes sancti angeli, & archangeli	orate pro eo
Sancte Abel	ora pro eo
Omnis chorus iustorum	orate pro eo
Sancte Abraham	ora pro eo
Sancte Ioannes Baptista	ora pro eo
Omnes sancti Patriarchæ, & Prophetæ	orate
pro eo.	
Sancte Petre	ora pro eo
Sancte, Paule	ora pro eo

Sancte Andræa	ora pro eo.
Sancte Ioannes	ora pro eo.
Omnes sancti Apostoli & euāgelistæ	orate pro eo.
Omnes sancti discipuli Domini	orate pro eo.
Omnes sancti Innocentes	orate pro eo.
Sancte Stephane	ora pro eo.
Sancte Laurenti	ora pro eo.
Omnes sancti martyres	orate pro eo.
Sancte Siluester	ora pro eo.
Sancte Augustine	ora pro eo.
Omnes sancti pontifices, & cōfessores	orate pro eo.
Sancte Benedicte	ora pro eo.
Sancte Francisce	ora pro eo.
Omnes sancti monachi, & heremitæ	orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena	ora pro eo.
Sancta Lucia	ora pro eo.
Omnes sanctæ virgines, & viduę	orate pro eo.
Omnes sancti, & sanctæ Dei	intercedite pro eo.
Propitius esto,	parce ei domine.
Propitius esto,	libera eum domine.
propitius esto,	libera eum domine.
Ab ira tua	libera eum domine.
A mala morte	libera eum domine.
A periculo mortis	libera eum domine.
A pœnis inferni	libera eum domine.
Ab omni malo	libera eum domine.
A potestate diaboli	libera eum domine.
Per natiuitatem tuam	libera eum domine.
Per sanctam crucem, & passionem tuam,	libera eum domine.
Per mortem & sepulturam tuam	libera eum domine.

P A R S S E X T A

Per gloriosam resurrectionem tuam, libera eum domine.

Per admirabilem ascensionem tuam, libera eum domine.

Per gratiam spiritus sancti paracliti, libera eum domine.

In die iudicij, libera eum domine.

Peccatores, te rogamus, audi nos.

Vt ei parcas, te rogamus, audi nos.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison.

Deinde pro vicino morti cum in agone sui exitus animi visa fuerit anxiosi, dicuntur sequentes orationes.

Oratio.

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo, in nomine ✠ Dei patris omnipotentis, qui te creavit. In nomine Iesu Christi filii Dei viui, qui pro te passus est. In nomine spiritus sancti, qui in te effusus est. In nomine angelorum & archangelorum. In nomine thronorum & dominationum. In nomine principatum & potestatum. In nomine Cherubim & Seraphim. In nomine patriarcharum & prophetarum. In nomine sanctorum apostolorum & euangelistarum. In nomine sanctorum martyrum & confessorum. In nomine sanctorum monachorum & eremitarum. In nomine virginum, & omnium sanctorum & sanctarum Dei. Hodie sit in pace locutus, & habitatio tua sit in sancta Sion. Per eundem Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen.

Oratio.

DEus misericors, Deus clemens, Deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice propitius super hunc famulum tuum N. & remissionem sibi omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi. Renoua in eo piissime pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & unitati corporis Ecclesiæ membrum redemptionis annecte. Miserere domine gemituum, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam nisi in misericordia tua, ad tuæ sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum dominum nostrum. Responf. Amen.

Oratio.

Commando te omnipotenti Deo, charissime frater, & ei, cuius es creatura, committo: ut cum humanitatis debitum morte interueniente persolueris, ad auctorem tuum, qui te de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaque animæ tuæ de corpore, splendidus angelorum cætus occurrat. Iudex apostolorum tibi senatus adueniat. Candidatorum tibi martyrum triumphator exercitus obuiet. Liliata rutilantium te confessorum turma circumdet. Iubilantium te virginum chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu patriarcharum te complexus astringat: mitis atque festiuus Christi Iesu tibi aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignosces omne quod horret in tenebris,

P A R S S E X T A

quod stridet in flammis, quod cruciat in tormentis. Cedat tibi teterrimus Sathanas cum satellitibus suis, in aduentu tuo te comitantibus angelis contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei: & iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur & erubescant omnes tartaræ legiones, & ministri satanæ, iter tuum impeditæ non au deant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est. Liberet te à morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus filius Dei viui, intra paradisi sui semper amœna virentia, & inter oues suas te veter ille pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat, atque ad dexteram suam in electorū suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum faciem ad faciem videas, & præsens semper assistens manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem. Constitutus igitur inter agmina beatorum contemplationis diuinæ dulcedine potiaris in sæcula sæculorum. Respons. Amen.

Oratio
Suscipe domine seruum tuum in locum speranda tibi sibi saluationis à misericordia tua. Respons. Amen.

Libera domine animam serui tui ex omnibus periculis inferni, & de laqueis pœnarum, & ex omnibus tribulationibus. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberasti Enoch & Eliam de communi morte mundi. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Noë de diluio. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Abraham de Vr Chaldæorum. Resp. Amen.

Libera domine animã serui tui, sicut liberaſti Iob
de passionibus suis. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti I-
ſaac de hostia, & de manu patris sui Abrahæ. Resp.
Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Loth de Sodomis & de flamma ignis. Responſoriũ.
Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Moyſen de manu Pharaonis Regis Ægyptiorum.
Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Danielem de lacu leonum. Resp. Amen.

Libera domine animã serui tui, sicut liberaſti tres
pueros de camino ignis ardentis, & de manu regis
iniqui. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Sufannam de falso crimine. Resp. Amen.

Libera domine animam serui tui, sicut liberaſti
Dauid de manu regis Saul, & de manu Goliæ. Resp.
Amen.

Libera domine animã serui tui sicut liberaſti Pe-
trum & Paulum de carceribus. Resp. Amen.

Et sicut beatissimam Theclam virginem & mar-
tyrem tuam, de tribus atrocissimis tormentis libe-
raſti, sic liberare digneris animam serui huius, & te-
cum facias in bonis congaudere cœlestibus. Resp.
Amen.

P A R S S E X T A

Oratio.

Commendamus tibi domine animam famili-
tui N. precamurque te domine Iesu Christe
saluator mundi, vt propter quam ad terram miseri-
corditer descendisti: patriarcharum tuorum sinibus
insinuare non renuas. Agnosce domine creaturam
tuam non ex diis aliem̄is creatam, sed à te solo Deo
vivo, & vero, quia non est alius Deus præter te, &
non est secundum opera tua. Lætifica domine ani-
mam eius in conspectu tuo, & ne memineris iniqui-
tatum eius antiquarum & ebrietatum, quas suscita-
uit furor siue feruor mali desiderij. Licet enim pec-
cauerit, tamē patrem, & filium & spiritum sanctum
non negauit, sed credidit, & zelum Dei in se habuit,
& Deum qui fecit omnia adorauit. Resp. Amen.

Oratio.

Delicta iuuentutis, & ignorantias eius, quæ-
mus ne memineris domine, sed secundum ma-
gnam misericordiam tuā memor esto illius in glo-
ria claritatis tuæ. Aperiantur ei cæli, collætentur illi
angeli, in regnum tuum domine, seruum tuum sus-
cipe. Suscipiat eum sanctus Michaël archangelus
Dei, qui militiæ cælestis meruit principatum. Veniat
illi obuiam sancti angeli Dei, & perducant eum in
ciuitatem cælestem Hierusalem. Suscipiat eum be-
tus Petrus apostolus, cui à Deo clauis regis cælestis
traditæ sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus aposto-
lus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat
pro eo sanctus Ioannes electus Dei apostolus, cui
reuelata sunt secreta cælestia. Orent pro eo omnes
sancti apostoli, quibus à domino data est potestas
ligandi atque soluendi. Intercedant pro eo omnes
sancti

sancti Dei qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cælestis: præstare domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Alia oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, conseruator animarum, qui quos diligis corripis, & quos recipis, piè ad emendationem coerces: te domine deprecamur, vt medelam tuam conferre digneris in animam famuli tui qui in corpore patitur mēbro- rum debilitatem, vim laboris, stimulos infirmitatū. Da ei domine gratiam & misericordiam tuam: vt in hora exitus illius de corpore, absque peccati macula, tibi creatori proprio, per manus sanctorum angelorum eius anima præsentari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

Oratio.

Absolue domine animam famuli tui per intercessionem beatissimæ dei genitricis Mariæ, & beatorum N. & N. atque omnium sanctorum, ab omni vinculo delictorum, antequam separetur à membrorum compagine terrenorum: & præsta vt cum cæperit à corpore separari, mereatur à beatissimis & benignissimis angelis suscipi, atque tuis piissimis conspectibus præsentari, & in sinum beatæ requiei te donante deduci. Per eundem Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

P A R S S E X T A

Si anxietur adhuc anima, dicantur hi psalmi, videlicet. Confitemini domino, &c. Require infra in officio sepultura fratrum, folio 370. Et totus psalmus Beati immaculati, &c. ut infra ponitur in officio sepultura pauperum Christianorum folio Et psalmo videlicet.

AD dominum cum tribularer clamaui: & exaudivit me.

Domine libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus delicatoriis.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus cedar: multum incolatus anima mea.

Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis.

Gloriatri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Aut dicantur septem psalmi pœnitētiales vel psalmi.

Oratio.

DEus sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt, suscipe preces nostras: ut sicut famulo tuo Ezechiæ ter quinos annos ad vitam donasti: ita & hunc famulum tuum à lecto agitudinis tua potentia erigat ad salutem. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ deus, qui subuenis in periculis & necessitate laborantibus: maiestatem tuam suppliciter exoramus vt mittere digneris sanctum angelum tuum qui famulum tuum in angustiis & necessitatibus laborantem consolationibus attollat: quibus de præsentis auxilium & æterna remedia consequatur. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

Oratio ad beatam virginem Mariam.

Ontemerata & in æternum benedicta virgo semper Maria, mater saluatoris domini nostri Iesu Christi, totius angustiarum & necessitatis adiutrix: Succurre nobis dulciter: & ostende famulo tuo fratri nostro N. debitum carnis exoluenti, tuam gloriosam faciem in vltima necessitate sua: & disperge omnes inimicos eius virtute dilecti filij tui domini nostri Iesu Christi & sanctæ crucis: & libera eum de omni angustia corporis & animæ, laudes atque preces pro eo fundens deo nostro in sæcula seculorum. Resp. Amen.

*Ad sanctum Michaelem archangelum.**Oratio.*

O Sancte Michaël archangele domini nostri Iesu Christi, succurre nobis apud altissimum iudicem. Opugil inuictissime, assiste nunc famulo tuo N. fratri nostro in extremis laboranti: & defende

P A R S S E X T A

eum potenter à dracone infernali, & ab omni fraude malorum spirituum. Insuper exoramus te preclarum atque decorum ministrum diuinitatis: vt in hac extrema hora vitæ fratris nostri, benignissime suscipias animam eius in sinum tuum dulcissimum, & perducas in locum refrigerij & pacis atque quietis. Amen.

Egressa autem anima, dicatur cum deuotione hoc responsum.

Svbuenite sancti Dei, occurrite angeli domini, suscipientes animam eius. Offerentes eam in conspectu altissimi. Vers. Suscipiat te Christus qui vocauit te: & in sinum Abrahamæ angeli deducant te suscipientes animam eius. Vers. Requiem æternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Offerentes eam. *Deinde.* Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. *Postea.* Pater noster. Vers. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo. Vers. Requiem æternam dona eis domine. Resp. Et lux perpetua luceat eis. Vers. A porta inferi. Resp. Erue domine animas eorum. Vers. Requiescat in pace. Respon. Amen. Versus. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vobiscum. Responsum. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Tibi domine commendamus animam famuli tui. N. vt defunctus sæculo tibi viuat: & qui per fragilitatem humanæ conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissime pietatis abste-

ge. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Responsorium. Amen.

Hic explicit Ordo commendationis animæ.

INCIPIIT OFFICIUM SEPULTURÆ fratrum.

Tunc fratres, quibus præceptum fuerit, lauent corpus eius: postea reinduant eum habitum, chordam, & brachias, & ponant eum in feretro, & ex præcepto maioris, congregatis omnibus fratribus stent ordinatè in circuitu feretri, iuxta dispositionem maioris: & sacerdos incipiat absolutè dicendo. Kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Pater noster. *Secretò.* Versus. Et ne nos. Resp. Sed libera nos à malo. Versus. In memoria æterna erit iustus. Responsorium. Ab auditione mala non timebit. Versus. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. respons. Et animas pauperum tuorū, ne obliuiscaris in finem. Versus. Non intres in iudicium cum seruo tuo domine. Respon. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Versus. A porta inferi. Respon. Erue domine animam eius. Versus. Requiescant in pace. Respon. Amen. Versus. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Suscipe domine animam famuli tui N. quam de Sergastulo huius sæculi vocare dignatus es: & li-

P A R S S E X T A

bera eam de locis pœnarum, quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur: & inter sanctos, & electos tuos, in resurrectionis gloria resuscitari mereatur. Per Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

*Deinde fratres ordinate vadant, & corpus portent
in ecclesiam, decantando
hoc Resp.*

SVbuenite facti dei, occurrite angeli domini suscipientes animam eius. Offerentes eam in conspectu altissimi. Vers. Suscipiat te Christus, qui vocavit te, & in sinum Abrahamæ angeli deducant te. Offerentes. Versus. Requiem æternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Offerentes eam.

Deposito corpore in ecclesia præparent se fratres ad cantandum vigiliæ. Duo fratres incipiant absolute sicut decet: inustatorium. Regem cui omnia vitunt. Venite adoremus. Regem cui. Psalmus. Venite, exultemus domino.

Et solenniter cantent vigiliæ, cum novem lectionibus. Interim sacerdos cum ministris præparet se, & decantet missam solenniter, & ordinate sit tempus congruum fuerit. Quæ finita, sacerdos sine casula cum ministris: subdiaconus cum cruce, & omnes alij gradu suo veniant ordinati cum luminaribus, incenso & aqua benedicta, & stent in circuitu s. retri in modum rotæ: & sacerdos à capite incipiat absolute sequentem orationem sine dominus vocabilcum.

Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio: non ergo eum (quæsumus) tua iudicialis sententia premar, quem tibi vera supplicatio fidei Christianæ commendat: sed gratia tua illi succurrente, mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret insignitus est signaculo sanctæ trinitatis. In qua viuis & regnas Deus. Per omnia secula seculorum.

Respon. Amen.

*Post istam orationem statim cantor incipiat istud respon-
sorium. Subuenite sancti Dei &c. sicut superius dictum
est. Et dum cantatur Responsorium, sacerdos accipiat thi-
ribulum de manu ministri, & incenset corpus defuncti.
Finito Responso cantor incipiat cum choro suo. Kyrie
eleison. & alius chorus. Christe eleison. Postea omnes.
Kyrie eleison. Postea sacerdos dicat astantibus alta voce.
Pater noster. Et omnes sub silentio dicant. Pater noster.
Versus. Et ne nos. Respon. Sed libera nos. Versus.
Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo.*

Oratio.

Deus cui omnia viuunt, & cui non pereunt mori-
cndo corpora nostra, sed mutantur in melius,
te supplices deprecamur: vt suscipi iubeas animam
famuli tui N. per manus sanctorum angelorū tuo-
rum, deducendam in sinu amici tui Abrahamæ patriar-
chæ, resuscitandamque in nouissimo iudicij magni
die: & quicquid vitiosum diabolo fallente contra-
xit, tu pius, & misericors abluas indulgendo. Per
Christum dominum nostrum. Respon. Amen.

Zz iiij

P A R S S E X T A

Finita oratione, cantor incipiat

Responsorium.

NE recorderis peccata mea domine. Dum veneris iudicare seculum per ignem. Versus. Dirige domine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris iudicare. Versus. Requiem eternam dona eis domine, & lux perpetua luceat eis. Dum veneris iudicare.

Et dum Respon. cantatur, sacerdos incenset corpus defuncti sicut prius. Finito vero Respon. cantor incipiat sicut superius. kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison. Et postea sacerdos sicut prius dicat alta voce affectibus. Pater noster. Et omnes sub silentio dicant. Pater noster. Versus. Et ne nos. Responsorium. Sed libera nos à malo. Versus. Dominus vobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

FAc quæsumus domine hanc cum seruo tuo defuncto misericordiam: vt factorum suorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis renitens voluntatem: vt sicut hic cum vera fides iunxit fidelium turmis, ita illic cum tua miseratio affociet angelicis choris. Per Christum dominum nostrum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Finita hac oratione, cantor incipiat

Responsorium.

Libera me domine de morte aeterna, in die ultremæda. Quando cœli mouendi sunt & terra. Dum veneris iudicare seculum per ignem. Versus

Tremens factus sum ego & timeo , dum discussio
 venerit atque ventura ira. Quando cœli mouendi
 sunt & terra. Versus. Dies illa, dies iræ, calamitatis &
 miseræ, dies magna & amara valde. Dum veneris
 iudicare. Versus. Requiem æternam dona eis domi-
 ne, & lux perpetua luceat eis. *Expleto. Versic. reitere-
 tur. Responsorium.* Libera me domine. *vsque ad Versic.*
 Tremens. *Et dum cantatur Respon. sacerdos incenset cor-
 pus sicut prius. Finito Respon. cantor reiniciat alta voce
 sicut prius cum suo choro.* kyrie eleison. Christe elei-
 son. kyrie eleison. *Deinde sacerdos dicat circumstanti-
 bus alta voce. Pater noster. Et omnes sub silentio dicant.*
 Pater noster. Versus. Et ne nos. Respon. Sed libera
 nos. Versus. Requiem æternam. Respon. Et lux per-
 petua. Versus. A porta inferi. Respon. Erue domine.
 Versus. Requiescant in pace. Respō. Amen. Versus.
 Domine exaudi orationem meam. Responsorium.
 Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vo-
 biscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

ABsolue quæsumus domine animam famuli tui
 AN. vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per
 fragilitatem carnis humana conuersatione peccata
 commisit: tu venia misericordissimæ pietatis ab-
 sterge. Per Christum dominum nostrum. Respon.
 Amen.

*Finita oratione, prædictus sacerdos præcipiat fratribus,
 vt accipiant feretrum. Illi vero accipiētes deportent defun-
 ctum in tumulum. Et dum portatur, clerici cantent has
 antiphonas sequentes.* Antiphona. In paradysum dedu-
 cant te angeli, in tuo aduentu suscipiant te martyres
 & perducant te in ciuitatem sanctam Hierusalem.

PARS SEXTA

Antiphona. Chorus angelorum te suscipiat, & cum Lazaro quondam paupere, æternam habeas requiem.

Cum autem peruenerit ad tumulum: sacerdos cum sereno stet iuxta tumulum, & cantatis antiphonis, sacerdos dicat orationem absolute.

Oratio.

DEus, qui fundasti terram, formasti cælos: qui loca sideribus stabilia fixisti, qui captiuum de laqueo mortis hominem lauacri ablutione reparasti: qui sepultos Abraham, Isaac, & Iacob in spelunca duplici, in libro vitæ, atque totius gloriæ princeps annotasti benedicendos: ita benedicere dignaris & hunc tumulum famuli tui N. ut hic eum requiescere facias, & in sinu Abraham, Isaac, & Iacob collocare digneris. Qui dominum nostrum Iesum Christum contritis laqueis infernorum, credentium resurgere, se suorumque membra resuscitare voluisti: respice domine super hanc fabricam sepulture, descendat ad eam domine spiritus tuus sanctus: ut te iubente sit in hoc loco famulo tuo N. quæcunque deinitio, & tempore iudicij cum sanctis tuis omnibus vera resuscitatio: præstante eodem domino nostro Iesu Christo, qui tecum, & cum spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Respondeat Amen.

Dicta oratione, accipiat aquam benedictam, & aspergat corpus defuncti & tumulum: & postea incenset similiter. His peractis in persona defuncti, dicantur hæ antiphona, & cantor incipiat eas. Antiphona. Aperite.

Psalmus 117.

Confitemini domino, quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius.

Dicat nunc Israël, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant nunc qui trahent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in domino: quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in domino: quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.

Circudantes circundederunt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.

Circudederunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.

Impulsus enerfus sum vt caderem: & dominus suscepit me.

P A R S S E X T A

Fortitudo mea & laus mea dominus: & factus est
mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.

Dextera domini fecit virtutem, dextera domini
exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: & morti non
tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in ea
confitebor domino, hæc porta domini, iusti intro-
bunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me & factus
es mihi in salutem.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: factus
est in caput anguli.

A domino factum est istud: & est mirabile in
oculis nostris.

Hæc dies quam fecit dominus: exultemus, & letemur
in ea.

O domine saluum me fac, ô domine bene sperare:
benedictus qui venit in nomine domini.

Benedicimus vobis de domo domini: Deus domini
dominus & illuxit nobis.

Constituete diem solennem in condensis: & respiciet
ad cornu altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi: deus meus es
tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus
es mihi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam
in seculum misericordia eius.

Requiem æternam, &c. Ant. Aperite mihi portas

iustitiæ, & ingressus in eas, confitebor domino.

Antiph. Ingrediar.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea, ad deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi ad mirabilis vsque ad Domum Dei.

In voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei: & Deus meus.

Ad me ipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui, de terra Iordanis & Hermonij à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.

In die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

Apud me oratio deo vitæ meæ: dicam Deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.



P A R S S E X T A

Dū dicūt mihi per singulos dies, vbi est deus tuus
quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi saluare
vultus mei, & Deus meus.

Requiem æternam, &c. ant. Ingrediar in locum
tabernaculi admirabilis vique ad domum Dei. ant.
Hęc requies mea, Psalmus 138.

Memento domine Dauid: & omnis inuentionis
manuum eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit Deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: non
cendero in lectum strati mei.

Si dederō somnum oculis meis: & palpebris meis
dormitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam
locum domino: tabernaculum Deo Iacob.

Ecce audiuimus eum in Ephrata: inuenimus eum
in campis syluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus
in loco vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu & arca
sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti
exultent.

Propter Dauid seruum tuum: non auertas faciem
Christi tui.

Iurauit dominus Dauid veritatē, & nō frustrabitur
eum: de fructu ventris tui ponā super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: &
testimonia mea, hæc quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in seculum: sedebunt super
sedem tuam.

Quoniam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegeram eam.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis. Antip. Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam elegeram eam. Antiphona. De terra formasti me.

Psalmus 138.

Domine probasti me: & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longè: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce domine tu cognouisti omnia, nouissima, & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

P A R S S E X T A

Si sumptero pennas meas diluculo: & habitauero
in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: & ginebit
me dextera tua.

Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me, & non
illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & non
sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius: ita &
lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me
in utero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus
es, mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet
nimis.

Non est occultatum os meum ad te quod fecisti
occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in li-
bro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & no-
moin eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici
Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, & super arenam multiplicati-
buntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.

Si occideris deus peccatores: viri sanguinam de-
clinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: accipiant in vanitate
ciuitates suas.

Nonne, qui oderunt te domine oderam: & super
inimicos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti sunt
mihi.

Proba me Deus, & scito cor meum: interroga

& c
E
vi
Re
I
ma
do
No
D
me i
Et
iustit
Q
mili
Co
anxi
est c
M
in or
rum
Ex
ra fir
Velo
Ne
tene
Au
In te
N
tele
E
doc

& cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via aeterna.

Requiem aeternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis. Antiph. De terra formasti me: & carne induisti me, & redemptor meus domine suscita me in nouissimo die. Antiphona Non intres. Psalmus 142.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationē meā in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam. humiliavit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxius est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuā: quia in te speraui.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatē tuā, quia deus meus es tu.

P A R S S E X T A

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam
propter nomen tuum domine uiuificabis me in
quietate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in
misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam
quoniam ego seruus tuus sum.

Requiem æternam dona eis domine.

Et lux perpetua luceat eis. Antiph. Non intreat
iudicium cum seruo tuo domine: quoniam non
iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Antiph.

Omnis spiritus. Psalms 124

Laudate Dominum de cœlis: laudate eum
in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum
in omnes virtutes eius.

Laudate eum sol, & luna: laudate eum omnes
læ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ super
cœlos sunt laudent nomen domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit
& creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculique
ceptum posuit, & non præteribit.

Laudate dominum de terra: dracones & oēs abyssi
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum
quæ faciunt uerbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes
cedri.

Bestiæ & uniuersa pecora: serpentes, & uolucres
pennatæ.

Reges terræ & omnes populi: principes, & omnes

iudices terræ.

Iuvenes, & virgines, senes, cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israël populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur. Requiem. Psalmus 149.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum.

Lætetur Israël in eo, qui fecit eum: & filiae Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij accipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Hic non dicitur. Requiem æternam. Psalmus 150.

Laudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

PARS SEXTA

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in platerio & cithara:

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonātibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

Requiem æternam dona eis domine.

Et lux perpetua luceat eis. Antip. Omnis spiritus laudet dominum. *Ad benedictus.* Ant. Ego sum

Canticum Zachariæ. Luc. 3.

Benedictus dominus Deus Israël: quia visitauit nos & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui à seculis sunt, prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso: omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præcedit enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus

stituit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in ymbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viā pacis.

Requiem æternam dona eis Domine.

Et lux perpetua luceat eis.

Antiphona.

Ego sum resurrectio, & vita. qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.

Et interim dum ista antiphona cantantur cum suis psalmis, sacerdos dicat has orationes.

O Remus fratres Christum pro spiritu fratris nostri: quem dominus Deus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur: vt eum pietas domini in sinu Abrahamæ, Isaac, & Iacob collocare dignetur: vt cum iudicij dies aduenerit, inter sanctos & electos suos eum in parte dextera collocandum resuscitari faciat, Per Christum dominum nostrum. Resp. Amē.

Oratio.

Deus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriendo fidelium corpora, sed mutantur in melius, te supplices deprecamur: vt quidquid anima famuli tui N. vitiosum, tuęque voluntati contrariū, fallente diabolo, seu propria iniquitate vel fragilitate contraxit: tu pius, ac misericors abluas indulgendo, eamque suscipi iubeas per manus angelorum tuorum deducendum in sinum patriarcharum & prophetarum tuorum, Abrahamæ scilicet amici tui, Isaac electi tui, & Iacob dilecti tui: quo au fugit dolor atque tristitia & suspirium, fidelium quoque animę fœlici iucunditate latentur: & in nouissimo

P A R S S E X T A

iudicij magni die inter sanctos & electos tuos eam
 facias perpetuæ gloriæ percipere portionem, quam
 oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor homi-
 nis non ascendit, quæ præparasti diligentibus te. Per
 Christum dominum nostrum. Resp. Amen.

Alia Oratio.

Temeritas quidem est domine, vt homo homi-
 nem, cinis cinerem, mortalis mortalē, tibi do-
 mino Deo nostro audeat commendare: sed qui
 terra suscipit terram, & puluis conuertitur in pul-
 uerem, donec omnis caro in suam redigatur origi-
 nem: inde tuam piissime pater lachrymabiliter que-
 sumus pietatem: vt huius famuli tui N. animā, quā
 de huius seculi cœnulenta voragine ducis ad patris
 Abrahæ amici tui sinu recipias: & refrigerij non
 perfundas. Si ab æstuantis gehennæ truci incendio
 segregata, & beatæ requiei tuæ te donāte cōmitti
 & si quæ sunt illi domine dignæ cruciatibus culpa-
 tu ei gratia mitissimæ lenitatis indulge: nec peccator
 recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem
 sed indulgentiæ tuæ piā sentiat bonitatem. Cum
 que finito mundi termino, supernum cunctis libe-
 xerit regnum, nouus homo sanctorum orationum
 cœtibus aggregatus, cum electis tuis resurgat
 parte dextera coronandus, Per Christum dominum
 nostrum. Respons. Amen.

Oratio.

Opus est misericordiæ, domine sancte pater et
 omnipotens, sempiternus Deus, rogare pro alijs
 qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam
 facimus: suscipe rogamus animam famuli tui
 reuertentem ad te. Adsit ei angelus testamenti

Michaël, & per manus sanctorum angelorum tuorum inter sanctos & electos tuos in sinibus Abrahamæ, Isaac & Jacob patriarcharum tuorum eam collocare digneris. Libera eam domine de principibus tenebrarum, & de locis pœnarum: & ne famulus tuus vllis iam primæuæ natiuitatis, vel ignorantia confundatur erroribus. Agnoscatur à tuis, & misericordia bonitatis tuæ, ad locum refrigerij & quietis in sinum Abrahamæ transferatur. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen.

Oremus.

Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes, Deum cui omnia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus fratris nostri N. à nobis in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet, & eius spiritum sanctis ac fidelibus aggregari iubeat, cum quibus innarrabili gloria, & perenni felicitate perfrui mereatur. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen.

Alia Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es, dum te iubente puluis redit in puluerem: tu imaginem tuam cum sanctis & electis tuis æternis sedibus præcipias sociari. Per Christum dominum nostrum. Responsorium. Amen.

his omnibus expletis, postquam sepultus fuerit: sacerdos cum aqua benedicta aspergat tumulum, & dicat alta voce. Versus. Pater noster. Et omnes sub silentio dicant. Pater noster, Dicat sacerdos. Versus. Et ne nos. Responsorium. Sed libera. Versus. Non intres in iudicium cum ser-

P A R S S E X T A

uo tuo domine. Responsorium. Quia non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuens. Versus. A porta inferi. Reipontorium. Etue domine animam eius. Versus. Domine exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Versus. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Satisfaciat tibi quæsumus domine Deus noster, pro anima famuli tui N. fratris nostri, beatissime Dei genitricis semp̄que virginis Mariæ, & sanctissimi confessoris tui patris nostri Francisci, omniumque sanctorum tuorum oratio, & præsentis familia tuæ, humilis, & deuota supplicatio: vt peccatorum omnium veniam quam precamur obtineat, nec compatiaris cruciati gehennalibus flammis: quem tu tui domini nostri Iesu Christi precioso sanguine redemisti. Qui tecum & cum spiritu sancto vniuersè regnat Deus: per omnia secula seculorum. Resp. Amen. Versus. Dominus vobiscum. Responsorium. Et cum spiritu tuo. *Sacerdos dicat.* Anima eius, & animæ omnium fidelium defunctorum: per misericordiam Dei requiescant in pace. Resp. Amen. *Et statim cantor incipiat sequens responsum.* Memento mei Deus, cum quo reuertuntur in Ecclesiam. Respon. Memento mei Deus: quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. Versus. De profundis clamauit ad te domine: domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat. Versus. Requiem æternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Nec aspiciat me visus hominis.

cum reuertuntur in Ecclesiam, & peruenerint in tan ordinatè stent in choro. Et finito Responso, sacerdos dicat

Pater noster. Verſ. Et ne nos inducas in tētationem.
 Reſp. Sed libera nos à malo. Verſus. A porta inferi.
 Reſp. Erue domine animas eorum. Verſ. Requieſcāt
 in pace. Reſp. Amen. Verſ. Domine exaudi orationē
 meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat. Verſ. Do-
 minus vobiscum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. *Oratio.*

Tibi domine commendamus animam famuli
 tui N. vt defunctus ſeculo tibi viuat: & pecca-
 ta quæ per fragilitatem mundanæ conuerſationis
 commiſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis ab-
 ſterge. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū filium
 tuum. Qui tecum viuut & regnat in vnitae ſpiritus
 ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Reſponſ.
 Amen.

Alia Oratio.

Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parce-
 re: te ſupplices exoramus pro anima famuli
 tui N. quam de hoc ſæculo hodie migrare iuſſiſti: vt
 non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiſ-
 caris in finem: ſed iubeas eam à ſanctis angelis ſuſ-
 cipi, & ad patriam paradifi perducere: vt quia in te
 ſperauit, & credidit, non pœnas æternas ſuſtineat:
 ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per Chriſtum do-
 minum noſtrum. Reſp. Amen.

Hic finitur officium, & ordo ſepulturae fratrum.

*Incipit officium ſepulturae paruulorum Chriſtianorum.
 Quando puer extrahitur de domo incipitur pſalmus.*

pſalmus 118.

Beati immaculati in via: qui ambulat in lege
 domini.

P A R S S E X T A

Beati qui scrutantur testimonia eius : in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem : in viis eius ambulauerunt.

Tu mandasti : mandata tua custodiri nimis.

Vtinam dirigantur viæ meæ : ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar : cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis : in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

Iustificationes tuas custodiam : non me derelinquas vsquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam ? in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te : ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua : vt non peccem tibi.

Benedictus es domine : doce me iustificationes tuas.

In labiis meis pronunciaui omnia iudicia tua.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum : sicut in omnibus diuitiis.

In mandatis tuis exercebor : & considerabo vias tuas.

In iustificationibus tuis meditabor : non obliuiscar sermones tuos.

Gloria patri, &c.

LAudate pueri dominum : laudate nomen domini.
mini.

Psalms 111

Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc & usque in seculum.

A solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini.

Excelsus super omnes gentes dominus: & super cælos gloria eius.

Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in caelo, & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem.

Cum Gloria patri & filio.

Quando puer est in Ecclesia incipitur antiphona. Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentiũ dominum.

Psalmus 13.

Domini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem à domino: & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei iacob.

P A R S S E X T A

Attollite portas principes vestras, & eleuamini
portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus fortis & potens,
dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini
portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum, ipse
est rex gloriæ.

Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper: & in se-
cula seculorum. Amen.

Finito hoc psalmo, dicatur. Kyrie eleison. Christe elei-
son. Kyrie eleison. Pater noster. Versus. Et ne nos
Respon. Sed libera nos. Versus. Me autem propter
innocentiam suscepisti. Respon. Et confirmasti me
in conspectu tuo in æternum. Versus. Dominus vo-
biscum. Respon. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens & mitissime Deus qui omnibus
paruulis renatis baptisate: dum migrant à se-
culo sine vllis eorum meritis, vitam ilico largiris æ-
ternam, sicut animæ huius paruuli credimus te fo-
cisse: fac nos quæ sumus domine per intercessionem
beatæ Mariæ virginis, & omnium sanctorum tuo-
rum, hic purificatis tibi mentibus famulari: & para-
diso beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum
dominum nostrum. Respon. Amen.

*Dum portatur ad tumulum dicatur Canticum trium
puerorum. Dan. 3.*

Benedicite omnia opera domini domino: lauda-
te & superexaltate eum in secula.

Benedicite angeli domini domino : benedicite
cæli domino.

Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt do-
mino: benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite sol & luna domino : benedicite stellæ
cæli domino.

Benedicite imber & ros domino: benedicite om-
nes spiritus Dei domino.

Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite fri-
gus, & æstas domino.

Benedicite rores & pruina domino : benedicite
gelu & frigus domino.

Benedicite glacies, & niues domino : benedicite
noctes, & dies domino.

Benedicite lux, & tenebræ domino : benedicite
fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dominum: laudet, & superexaltet
eum in secula.

Benedicant montes & colles domino: benedicite
vniuersa germinantia in terra domino.

Benedicite fontes domino : benedicite maria &
flumina domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis
domino: benedicite omnes volucres cæli domino.

Benedicite omnes bestiæ, & pecora domino: be-
nedicite filij hominum domino.

Benedicat Israël dominum: laudet, & superexal-
tet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini domino: benedi-
cite serui domini domino.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum domino:
benedicite sancti & humiles corde domino.

P A R S S E X T A

Benedicite Anania, Azaria, Misaël domino: laudate & superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem, & filium cum sancto spiritu: laudemus & superexaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento cœli: laudabilis, & gloriosus, & superaltatus eum in secula.

Antiphona. Iuvenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent dominum. *psalmus 148.*

Laudate dominum de cœlis, &c. *Requie supra.*
Deinde repetitur. Antiphona. Iuvenes, & virgines.

kyrie eleison. Christe eleison. kyrie eleison.
postea dicitur. Pater noster. Versus. Et ne nos. Respon.

Sed libera nos. Versus. Sinite paruulos venire ad me.

Respon. Talium est enim regnū cœlorum. Versus. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus sanctæ purissimæ amator, qui animam huius paruuli, ad regnū cœlorum hodie misericorditer vocare dignatus es: concede nobis ita misericorditer agere: vt meminerimus tuæ sanctissimæ passionis, & intercessione beatæ Mariæ virginis, & omnium sanctorum tuorum eodem regno nos cum omnibus sanctis tuis, & electis semper facias congaudere cœlestibus. Qui uiuis & regnas Deus. Per omnia.

Quando reuertitur ad ecclesiam dicitur Antiphona.
Benedicite dominum omnes electi eius, agite eum in lætitiâ: confitemini illi. *Canticum trium puerorum.*
Benedicite omnia opera, &c. *requie supra.*
Omnipotens & mitissime Deus. *Vt supra.*

Oratio.

DEus, qui corda fidelium, sancti spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: & de eius semper consolatione gaudere. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus, &c.

Alia Oratio.

CONcede nos famulos tuos, quæsumus, domine Deus, perpetua mētis, & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione à præsentī liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per dominum nostrum.

Oratio.

DEus, qui miro ordine, angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propicius: ut quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Respon. Amen.

*Explicit modus inhumandi parvulos pueros
Christianos.*



PARS SEPTIMA SEQUITVR,
ADMONITIO.

Quoniam sæpæ contingit vt doctrinam Christianam suscipiendi aut suscepti isto in ordine nesciant, hac de re sequentem paruum Catechismum prælo dare fecimus isto in loco.

*Sequitur doctrina Christiana.
Quis dicendus est Christianus atque Catholicus?*

QVI Baptismatis Sacramento initiatus Iesu Christi veri Dei atque hominis salutarem doctrinam in eius Ecclesia profiteatur, neque sectis vel opinionibus ab Ecclesia Catholica alienis adhæret.

Quibus de rebus primum docendi sunt Christiani?
De fide, Spe, charitate, Sacramentis, & officii iustitiæ Christianæ.

Quid est fides?
Donum Dei ac lumen, quo illustratus homo firmiter assentitur omnibus, quæ Deus reuelauit & nobis per Ecclesiam credenda proposuit: si scripta illa sint, siue non sint.

Quæ summa est fidei seu omnium credendorum?
Symbolum Apostolorum, in duodecim distinctum articulos.

Qui sunt illi duodecim articuli?

Hi videlicet:

1. Credo in Deum patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.
2. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum.
3. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine.
4. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.
5. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.
6. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.
7. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.
8. Credo in Spiritum sanctum.
9. Sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem.
10. Remissionem peccatorum.
11. Carnis resurrectionem.
12. Et vitam æternam, Amen.

Quid sibi vult primus Symboli articulus,

Credo in Deum Patrem?

Ostendit primam in Deitate personam, Patrem scilicet cœlestem & æternum, cui nihil factu impossibile sit vel difficile, qui cœlum & terram, visibilia simul & inuisibilia cuncta ex nihilo produxerit, & producta vsque conseruat, & gubernat summa bonitate & sapientia.

Quid verò secundus articulus, Et in Iesum christum filium eius?

Commonstrat secundam in Deitate personam,

PARS SEPTIMA

Iesum Christum scilicet, filium Dei naturalem, & unicum illum, ab æterno genitum, & patri consubstantialem, dominum ac redemptorem nostrum, qui nos perditos liberavit.

Quid porrò tertius, Qui conceptus est de Spiritu sancto?

Mysterium proponit Dominicæ incarnationis. Qui idem Dei filius de cælis descendens, humanam naturam assumpsit: sed modo singulari prorsus, qui conceptus fuit sine patre ex virtute Spiritus sancti, & natus ex Maria virgine illibata.

Quid verò quartus, Passus sub Pontio Pilato?

Mysterium tractat redemptionis humanæ. Nam idem verus Dei filius secundum humanam illam naturam assumptam, extrema verè passus est pro nobis, & peccatoribus omnibus redimendis. Unde licet Agnus esset sine macula, tamen sub Pontio Pilato fide in crucem suffixus, in cruce mortuus, & deinde sepultus fuit.

Quid autem quintus, Descendit ad inferos?

Mysterium resurrectionis Christi completum, qui secundum animam quidem Patres è limbo liberaturus descendit: Tertio vero post mortem die, sumpto corpore, vi propria factus est rediivus.

Quid sextus articulus, Ascendit ad cælos?

Mysterium affert gloriose ascensionis Christi, ut qui post expletum Redemptionis nostræ opus ad Patrem transiit ex hoc mundo, & cælos virtute Triumphator ascendit, atque in ipsa æternæ patris gloria super omnia collocatus.

Quid septimus, Inde venturus est iudicare?

Demonstrat extremum iudicij diem, quâdo Christus humana in carne visibilis rursus de cælo

scendet, ac tremendum aget iudicem omnium, proborum ac improborum, & reddet vnicuique secundum opera eius.

Quid verò octauus, Credo in Spiritum sanctum?

Exhibet tertiam in Trinitate personam, Spiritum sanctum, qui ex patre filioque procedens, vnus verus æternusque Deus est, & regnat cum patre & filio, & proinde cum vtroque simul adoratur & cōglorificatur.

Quid nonus articulus, Sanctam Ecclesiam

Catholicam?

De Ecclesia docet quatuor nobis credenda esse. Primum, Ecclesiam esse vnā, nimirum in vno spiritu Christi Iesu, in vna fideique & Sacramentorum doctrina, in vno capite ac rectore vniuersalis Ecclesiæ, vicario Christi scilicet, ac Diui Petri Successore. Secundò, hanc ipsam sanctam esse, quia tum à Christo capite & sponso suo, cui per fidem & Sacramenta coniungitur, sanctificatur, tum à Spiritu sancto perpetuò gubernatur. Tertio, eandem esse Catholicam seu vniuersalem, quia toto orbe diffusa, Christi fideles omnes omnium temporum comprehendit. Quarto & postremò, in hac ipsa Ecclesia Cōmunionem esse sanctorum, puta non eorum solū, qui in terris credentes peregrinantur, verū qui carnis mortalitate exuti, vel regnant in cælo, vel illic regnaturi in igne purgatorio, suorum peccatorum sordibus expiantur. Qui quidem veluti vnus corporis membra se inuicem iuuant mutuis officiis, meritis, orationibus & sacrosancti Missæ sacrificij, Sacramentorūque Ecclesiæ virtute participant.

PARS SEPTIMA

Quid porò dicimus, Remissionem peccatorum?

Offert præsentem Dei gratiam peccatoribus omnibus, ne quis de venia peccatorum suorum consequenda vnquam desperet, modò in Ecclesia perseveret Catholica, & ritè eiusdè Sacramentis utatur.

Quid autem undecimus, Carnis resurrectionem?

Mortuos omnes ad vitam excitandos asserit, & nouissimum iudicij diem cõfirmat: Nam ante Christi tribunal in carne rediuiui omnes apparebimus, vt recipiat vnusquisque prout gessit in suo corpore, siue bonum, siue malum.

Quid demum postremus, Et vitam æternam?

Fidei & virtutis Christianæ præmium beatam immortalitatem ostendit, vt certò sciamus, post hanc vitam superesse aliam longè diuersam, verèque leticram, beatam, ac sempiternam, quæ credentibus, & obtemperantibus Christo promissa sit.

Qua est summa omnium Symboli articulorum?

Corde & ore confiteor dominum Deum, quoniam nihil aut maius, aut sapientius, aut melius potest excogitari, eum & vnum in essentia seu natura diuinam & trinum in personis esse, vt potè Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: ita vt hi tres vnum sint, vnus verus æternus, immensus, & incomprehensibilis Deus: ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Pater est Conditor vniuersorum, Filius redemptor hominum, Spiritus sanctus Ecclesie, seu Christi, fidelium sanctificator & rector. Igitur huic sanctissimæ & indiuiduæ Trinitati respondent Symboli tres partes præcipuæ: Prima, quæ de Creatione est, Patri. Secunda quæ de Redemptione, Filio. Tertia

quæ de Sâctificatione, Spiritui sancto accômodatur.

Quid est Ecclesia?

Est omnium Christi fidem atque doctrinam profitentium congregatio, quæ sub vno & summo post Christum capite & pastore in terris gubernatur.

Qui ab Ecclesia prorsus alieni sunt?

Primùm Iudæi, & infideles omnes, atque à fide apostatæ: deinde hæretici, ij scilicet, qui cùm baptizati sint, contra Catholicam fidem cum pertinacia tuentur errorem: præterea Schismatici, quia à pace & vnitæte Catholica ipsi se segregant: postremò, qui à communione sanctorum, participatione Sacramentorum, & ab Ecclesiæ suffragiis diuinisque officiis per Ecclesiasticam potestatem legitimè excluduntur: Vnde & excommunicati dicuntur. Qui omnes à Christi corpore, quod est Ecclesia, seiuncti & alieni sunt, proindèque spiritualis vitæ ac salutis expertes manent, Sathanæ, mortique perpetuæ, nisi relipiscant, obnoxij. Ac vitandi quidem illi Catholicis, sed imprimis hæretici & Schismatici, non minùs, quàm pestes quædam exitiales fugiendi ac excrecrandi sunt.

*Quæ demum est simplex, brevis & recta fidei
regula, qua Catholici ab hæreticis
discernuntur?*

Ea est, Christi fidem atque Ecclesiæ auctoritatem integram profiteri, illudque ratum ac fixum tenere oportere, quod Ecclesiæ Catholicæ pastores atque doctores credendum definierint. Cæterùm si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit Christus ipse, sicut Ethnicus & Publicanus. Non enim habet deum Patrè, qui Ecclesiã noluerit habere matrè.

PARS SEPTIMA
CAPVT SECVNDVM. DE SPE
& oratione Dominica.

Quid est spes?

VIRTUS est diuinitus infusa per quam
certa cum fiducia nostræ salutis & æter-
næ vitæ bona expectantur.

Vnde modum rectè sperandi & petendi discimus?

Ex oratione Dominica, quam Christus ipse Do-
minus & magister noster ore suo sacrosancto tra-
didit & præscripsit.

Recita per partes Orationem Dominicam.

Prima petitio.

1. Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur no-
men tuum.
2. Adueniat regnum tuum.
3. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.
4. Panem nostrum quotidianum, da nobis hodie.
5. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
mittimus debitoribus nostris.
6. Et ne nos inducas in tentationem.
7. Sed libera nos à malo, Amen.

*Quid sibi vult initium huius orationis, Pater
noster qui es in cœlis?*

Præfatiuncula est, quæ nos memores reddit sum-
mi beneficij, qua Deus Pater per Christum nos sibi
in filios adoptiuos, & hæredes cooptauit. Atque hoc
dulci Patris nomine prouocamur, tum ad eum re-
damandum, tum ad precandū magna cum fiducia.

*Quid explicat prima petitio, Sanctificetur
nomen tuum.*

Proborum filiorum iustum & liberale desiderium hi petant semper & ubique in se aliisque promoveri cognitionem, timorem, honorem, amorem, & cultum aeternae Maiestatis, & quicquid demum ad gloriam spectat summi optimique patris.

Quid secunda petitione agimus,

Adueniat regnum tuum?

Petimus gloriam regni caelestis, & aeternae felicitatis nobis donari, ut cito cum Christo in sempiternum regnemus.

Quid tertia, Fiat voluntas tua?

Petimus diuinæ gratiæ nobis opem adesse, ut Patris voluntatem in terra, sicut beati omnes in caelo faciunt, syncerè, alacriter, & constanter adimpleamus.

Quid quarta, panem nostrum quotidianum da nobis hodie?

Petimus suppeditari nobis, quæ ad vitam siue corporis, siue animi fouendam & sustentandam spectat, ut victum & vestitum, verbum Dei, & Ecclesiæ Sacramenta.

Quid quinta, Et dimitte nobis debita nostra?

Petimus veniam ac remissionem peccatorum, parati vicissim remittere, quod in nos alij peccauerint.

Quid penultima, Et ne nos inducas in tentationem?

Petimus in hac tanta vitæ imbecillitate diuina virtute fulciri, atque aduersus Mundum, Carnem, Dæmonemque defendi, ne quocumque modo tentationi succumbentes, peccato consentiamus.

Quid septima & postrema petitione, sed libera nos à malo?

Petimus Dei benignitatem, qua ipse nos liberet,

PARS SEPTIMA

& vindicet à miseria, tum corporis, tum animi, siue in hac vita, quoad salutem nostram congruit, siue in futura. Et additur, Amen, hoc est, fiat siue fiet ut speratum desideriumque monstremus accipiendi ea, quæ septem his petitionibus continentur.

Quæ summa est priorum orationis huius petitionum?

Priores quatuor ostendunt, quæ hic bona sperare ac petere debeamus. Inter quæ primum ac summum est, diuinæ maiestatis honor & gloria: Proximum nostra felicitas: huic accedit deo debita obedientia. Postremum est corpori animæque sustentatio necessaria. Hæc summatim continentur prioribus quatuor.

Quæ summa est reliquarum petitionum?

Tres posteriores continent mala, quæ deprecari debeamus, ut sunt peccata, quæ nobis Dei regnum præcludunt: tum tentationes quæ nisi ope diuina protegatur, sua vi ad peccandum nos protrahunt: postremò huius ac futuræ vitæ calamitates. Docet igitur Dominica precatio simul & bona petere, & mala deprecari. Vide supra & infra adhuc.

*Quomodo salutationem Angelicam recitas
virgini Matri?*

Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria ora pro nobis peccatoribus. Amen.

*Vnde hic modus Deiparam Virginem salutandi
profluxit?*

Primum ab exemplo Angeli Gabrielis, & sanctæ Elizabethæ: deinde ex usu ipso & consensu Ecclesiæ Catholicæ.

Quem verò fructum affert hæc saluatio?

Sacrofanctæ Virginis, & Dominicæ incarnationis gratiam, & æquè salutarem nobis reficit memoriam, ac præterea monet vt gratiosæ Virginis fauorem, atque apud Deum intercessionem nobis conciliemus.

Quid discimus ex hac salutatione?

Eximias dotes, ac laudes incomparabilis Virginis ac virtutibus amplissimis refertæ, quòd eadem virgo & mater, quòd inter omnes omnium temporū mulieres benedicta, quòd regis Regum Christi Dei & Domini nostri parens, ac perinde inuentrix gratiæ, genitrix vitæ nobis extitit.

CAPVT TERTIVM DE CHARITATE ET DECALOGO.

Quid est Charitas?

Infusa à Deo virtus, qua Deus propter se diligitur, proximus autem propter Deum.

Quot sunt Charitatis Præcepta?

Duo principalia, quæ Dominus Deus nobis his verbis proponit: Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis: hoc est primum & maximū mandatum. Secundū verò simile huic: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. In his præceptis vniuersa lex pendet & Prophete.

Quo indicio se prodit Charitas erga Deum?

Si eius obserues mandata. Hæc est enim Charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauiam non sunt, Ioanne Apostolo teste. Et Christus ipse docet. Qui habet mandata mea, &

seruat ea, ille est qui diligit me.

Quomodo se prodit, & agnoscitur Charitas erga proximum?

Id satis Paulus his verbis explicat: Charitas patiens est, & benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur: non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non iratur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Cur præcepta Decalogi decem proponuntur?

Etsi duo sunt Charitatis præcepta, in quibus plenitudo legis versatur: tamen præcepta Decalogi ibi circum adiciuntur, vt perspicuè magis omnes intelligant, quæ ad Charitatem tum Deo tum proximo exhibendam pertinent.

Quæ sunt præcepta Decalogi?

- 1 Ego sum Dominus Deus tuus. Non habebis Deos alienos coram me: nõ facies tibi sculpturam, vt adores illud.
- 2 Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nõ enim insonnem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.
- 3 Memento vt diem sabbati sanctifices.
- 4 Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
- 5 Non occides.
- 6 Non mæchaberis.
- 7 Non furtum facies.
- 8 Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

- 9 Non concupisces vxorem proximi tui.
 10 Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt.

Quid sibi vult primum præceptum, Non habebis deos alienos?

Prohibet ac damnat idololatriam, seu cultum falsorum deorum, artem Magicam vel diuinatoriã, obseruationes superstitiosas, omnem denique cultum impium. E diuerso autem requirit, vt vnum Deum Optimum Maximum credamus, colamus, & inuocemus.

Licetne sanctos colere & inuocare?

Licet, non ad eum quidem modum, quo iubemur Deum colere & inuocare, tanquam Creatore & redẽptorem, & largitorem bonorum omnium, at longè inferiore gradu, nimirum veluti lectissimos Dei amicos, nostrósque apud ipsam intercessores & patronos.

Huicne præcepto aduersatur vsus Imaginum Christi ac sanctorum?

Nequaquam quia præcepto huic, Non facies tibi sculprile, causa mox additur, vt adores illud, videlicet Ethnicorum more, qui falsorum Deorum statuunt simulachra, & idola sua impiè colunt. Nos autè in imaginibus Christũ & Sanctos, quos repræsentant, pio à maioribus tradito more veneramur.

Quid secundum prohibet, Non assumes nomen Dei tui in vanum?

Vetat abusum diuini nominis, & irreuerentiam quæ committitur à periuris, blasphemis, per Deum, sanctos, vel creaturam aliquam absque graui causa

P A R S S E P T I M A

veritate & reuerentia iurantibus.

Quid imperat tertium praeceptum, Memento, vt diem sabbati sanctifices?

Vult sabbatum, seu diem festum in Ecclesia pijs operibus celebrari, quod fit adeundo templum, & audiendo missam. Laborare autem, & occupationibus deditum esse seruilibus planè interdicir.

Quid iniungit quartum, Honora patrem & matrem?

Vt his, qui secundum Deum vitæ nostræ sunt ætiores, reuerentiam, obedientiam, opemque præbimus, ac omni demum officij genere illis ipsis factis faciamus. Deinde iubet, vt magistratus cum ciuilitate Ecclesiasticos parentum & maiorum loco habeamus, illorum dicto lubentes pareamus, & reuerentiam potestatem, atque auctoritatem.

Qua ratione Potestatem & auctoritatem Ecclesiasticam reuererimus?

Videlicet, si sacris & Oecumenicis Concilijs, si præceptis Apostolorum ac patrum institutis ac decretis, si probatis maiorum consuetudinibus, denique si summis Ecclesiæ pastoribus ac pontificibus obtemperauerimus, quam singularem illis debemus obedientiam, obedientiamque. Vbi vel maximè peccant, periculum diuinum & sanctiones, ceremoniasque Ecclesiasticas conuellunt, atque contaminant: tum Synodis & Pontificibus obtreçant, ac in sacerdotum iura & templa inuolant, sacra profanantes.

Quid sibi vult quintum praeceptum, Non occides?

Prohibet vim externam, cædem & iniuriam conuenientem quæ corpori & vitæ proximi adferri possit. Hæc Iram, Odium, Rancorem, Indignationem,

quo
do f

Pe
mó
cun
vide
chat
minu

On
tio, v
malis
cómu
stiana

Qui

In
omni
furro
mend

Q

Ve
niam
libidi
te qu
vt no
latio

quosuis affectus ad proximi læsionem quouis modo spectantes excludit.

Quid vetat sextum, Non mæchaberis?

Fornicationem, adulterium, & obscænos illegitimosque concubitus, tum quicquid honestati, verecundiz, & ingenuo pudori aduersatur. Nam & qui viderit mulierem ad concupiscendū eam, iam mæchatus est eam in corde suo, dicit Christus Dominus.

Quid precepto septimo cauetur, Non furtum facies?

Omnis rei alienæ illicita contrectatio, & vsurpatione, vt fit in furto, rapina, vsura, lucris iniustis, dolis malis, & iniquis contractibus, demùm quibusuis cõmutationibus & distributionibus, quibus Christiana Charitas læditur, & proximus circumuenitur.

Quid in octauo agitur, Non loqueris contra proximum falsum testimonium?

Interdicitur testimonium falsum, mendacium, & omnis linguæ contra proximum abusus, vt est in suffronibus, detractoribus, maledicis, adulatoribus, mendacibus, ac periuris.

Quid postrema duo precepta, Non concupisces uxorem, nec rem proximi?

Vetant cõcupiscentiam vxoris, ac rei alienæ: quoniam quod alienum est, haud solùm iniustè, & pro libidine nostra occupare non licet, sed ne voluntate quidem ad illud appendum ferri debemus: ita vt nostris rebus contèri absque omni inuidia, æmulatione & cupiditate vitamus.

Quæ summa quæ sue finis preceptorum Decalogi?

P A R S S E P T I M A

Nimirum vt Deus & proximus sincerè diligantur: cuius rei symbolum fuit in duas tabulas Decalogi à Deo facta distinctio: In priore quidem tabula tria docentur, quæ ad charitatem Dei: in secunda verò septem, quæ ad dilectionem proximi spectant explicantur.

Qua ratione præcepta primæ tabule charitatem Dei edocent?

Quòd tollunt & prohibent vitia cultui, honorique Dei maximè contraria, idololatriam, apostatiam, hæresin, periurium, superstitiones: admonet autem verum purumque Dei cultum corde, ore, ac opere fideliter exhibendum esse: quod vbi fit, solus verus Deus cultu latriæ colitur & adoratur.

Quomodo præcepta secundæ tabule charitatem proximi explicant?

Eo ipso, quod nostrum erga proximum officium ordine complectuntur: videlicet, vt non solum maioribus honoremus, sed etiam opere, verbis, ac voluntate prodesse omnibus, & nocere nemini student: siue corpus proximi, siue persona iuncta coniugum, siue bona fortunæ considerentur.

Quæ summa est præceptorum de proximo diligendo?

Summa est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Omnia verò quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.

Süntne præter Decalogum alia præcepta?

Sunt vtrique, nec solùm vtiliter illa, verum etiam necessariò obseruanda præsertim Ecclesiæ præcepta cui veluti sanctissimæ matri, sponsæque Christi

res & mentes præbere Catholici filij omnes debemus. Vide infra adhuc expositionem dictorum præceptorum.

*Quem fructum affert observatio præceptorum
Ecclesiæ?*

Hæc atque id genus alia Ecclesiæ tum instituta, tum præcepta, primum fidem, humilitatem, & obedientiam Christianam exercent: deinde cultum diuinum, honestam disciplinam & publicam tranquillitatem alunt, conseruant, & ornant, eoque mirificè conferunt, vt decenter & ordine cuncta in Ecclesia peragantur. Præter quàm quòd æternam vitam mereamur, si illa ex charitate obseruemus.

CAPVT QVARTVM DE Sacramentis.

Quid est Sacramentum?

Est inuisibilis gratiæ signum visibile ad nostram sanctificationem diuinitus institutum. Aliud est enim quod in Sacramento videmus, aliud quod in eo accipimus. Signum videmus externum: occultam verò & spiritualem gratiã, quæ res dicitur Sacramenti accipimus.

Quos sunt Sacramenta?

Septem, quæ à Christo Domino instituta, ab Apostolis tradita, & in Ecclesia Catholica semper conseruata ad nos vsque peruenerunt. Sunt autem hæc,

PARS SEPTIMA

Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo, Matrimonium.

Quare Sacramenta veneranda, & summo in pretio habenda sunt?

Primùm quidem, quia à Deo & Christo Domino in lege noua instituta: deinde, quia gratiam Deo nobis necessariam, eamque vberissimam non modò significant, verùm etiam ceu vasa quædam sacra diuini spiritus continent, & ritè suscipientibus conferunt: ad hæc, quoniam aduersus peccatum prælestissima sunt remedia, seu diuina medicamenta nostri Samaritani: Postremò quia bonis gratiam habentibus, eam ipsam conseruant, augent, amplificant.

Cur Sacramentis ceremonia solennes & Ecclesiastica adhibentur?

Multis profectò & grauibus de causis. Primò vt Sacramentorum administrationè spectantes admoncantur, nihil hîc prophanum, sed arcana quædam, & diuinis plena mysteriis geri, quæ singulari reuerentiam exigant. Deinde, vt ad sacramenta accedentibus cultum promoueant interiorè, quod Deus præcipuè postulat, & cuius veluti signa, ceremonia, & exercitia sint ceremoniæ. Præterea, vt sacramenta ministrâtes maiori cum dignitate & fructu munus suum obeant, dum veteris Ecclesiæ institutis, sanctorumque patrum vestigiis fideliter hærent. Cõstat etenim huiusmodi ceremonias per rasque inde à temporibus Apostolorum, per continuam successionem ad nos vsque in Ecclesia peruenisse. His demum retinetur honesta religio-

sciiplina: his fouetur publica tranquillitas, quæ sæpè rituum externorum aut immutatione, aut inno-uatione grauitè interturbatur.

Quid est Baptismus?

Primum maximèque necessarium legis nouæ Sa-
cramentum, quod semel in aqua cõfertur, quo spi-
ritualiter renascimur, & peccatorum plena remis-
sione percepta, in filios Dei adoptamur, hēredēsque
vitæ cœlestis adscribimur.

Quid est Confirmatio?

Est Baptizatis collatum ab Episcopo sacramen-
tum, in quo per sanctum Chrisina & verba sacro-
sancta confertur gratia, & robur spiritus additur,
tum ad firmiter credendum, tum ad nomen Domi-
ni, quando sic est opus liberè confitendum.

*Quot sunt præcipua de Eucharistia doctrina capita
scitu necessaria?*

Quinque. Primum est eius veritas. Alterum panis
& vini in Christi corpus & sanguinem conuersio.
Tertium adoratio debita. Quartum eius oblatio.
Quintum & postremum, eiusdem sumptio.

Quæ est veritas Sacramenti Eucharistia?

Nimirum, hæc Christum verum Deum ac homi-
nem verè ac integrè in hoc Sacramento contineri
& nobis adesse, vbi Sacerdos ritè ordinatus, panem
& vinum verbis illis arcanis, & à Christo traditis
consecrat.

P A R S S E P T I M A

Quæ fit conuersio per verba illa, quibus hoc Sacramentum Sacerdos consecrat?

Ea, vt per ipsa verba operante Christo, panis & vinum in corpus, & sanguinem Dominicum conuertantur, ac transsubstantientur, atque ita panis & vinum esse desinant in Eucharistia.

Quæ sacramenti huic debetur adoratio?

Eadem sanè, quæ Christo Domino, ac æterno Deo debetur, quippe quem illic præsentem agnoscimus. Ideoque religioso cum corporis, tum animi cultu, vt par est, hoc Sacramentum supplices veneramus.

Quare censetur hoc Sacramentum oblatio?

Quia est legis nouæ sacrificium, & oratio mundi cruentis legis Iudaicæ sacrificiis incruenta succedens, quæ pro viuis ac defunctis Christi fidelibus, in altari offertur, ac celebratur. Vnde fit, vt Eucharistia non solum à fidei populo sumatur, sed etiam pro peccatis, à Sacerdotibus ad Dominicæ passionis & mortis continuam commemorationem quotidiè immoletur, semperque oblata fuerit in Ecclesia Dei.

Quid in Sacramenti huius sumptione seruandum?

Quod fides & auctoritas sanctæ matris Ecclesiæ docet, videlicet, Christiano Laico sat esse, sub vna specie panis totum Christum accipere: & ex hac sumptione consequi, vt, qui non indignè accesserint, ingentem Dei gratiam, ac æternam quoque vitam obtineat, qui verus ac integer sacramenti huius fructus existit. Eoque fit efficacior, quò sæpius sacra salutaris illa communio dignè iteratur.

Quid est pœnitentia?

Est secunda post naufragium tabula, & necessariũ
relapsis Sacramentum, in quo remissio peccatorũ,
& à reis petitur, & à Sacerdotibus tribuitur.

*Quot sunt partes & actiones
pœnitentiæ?*

Tres. 1. Contritio, vel dolor animi peccata sua
detestantis, & ad vitam meliorem aspirantis. 2. Cõ-
fessio seu peccatorum suorum coram Sacerdote fa-
cta explicatio: & 3. Satisfactio denique, seu vindi-
cta punitioque criminum de seipso sumpta ad præ-
standos fructus dignos pœnitentiæ. Vide infra de
partibus pœnitentiæ.

Quid est extrema Vnctio?

Est Sacramentum quo ægroti per oleum sacrum,
& verba Christi in magnis morbi molestiis releuã-
tur, (vt felicius ex hoc mundo demigrent,) & cor-
pora etiam, si ita expedit, sanantur.

Quid est ordo?

Est Sacramentum, quo Sacerdotibus aliisque mi-
nistris Ecclesiæ, potestas confertur, ad Ecclesiastica
munia ritè decentèrque obeunda.

Quid postremò est matrimonium?

Sacramentum, quo vir ac mulier legitimè contra-
hentes indiuiduam vitæ societatem ineunt, gratiãq;
diuina donantur, tum vt soboles honestè & Chri-
stianè suscipiatur ac educetur, tum, vt fœdæ libidi-
nis, & incontinentiæ peccatum declinetur.

Estne inter sacramenta discrimen?

Est sanè. Baptismus enim, Confirmatio, & Ordo
semel collata nunquam iterantur, sicuti cætera.
Item Baptismus necessariò suscipitur ab omnibus.

PARS SEPTIMA

Eucharistia à ratione vtentibus, & à relapsis poenitentia. At est arbitrarium vti reliquis, modò nullum contempnas aut negligas in tempore. Vt melius dicta sacramenta intelligas, vide infra si quid populo Christiano volueris tute proponere.

CAPVT QVINTVM DE
Officiis Iustitiæ Christianæ.

Quot sunt officia iustitiæ Christianæ?

HÆc duo: Declina à malo siue peccato, & ad bonum, siue officium Iustitiæ.

Qui potest homo cauere peccatum, & bonum facere, seu præsare iustitiæ?

Non per se quidem, sed Christi gratia ac spiritu instructus Christianus potest ac debet, quantum huius quidem vitæ status admittit, iuste viuere legem implere.

Qui sunt supremi gradus peccantium?

Eorum, qui scientes ac prudentes ex mera peccant malitia, & qui etiam de peccato ipso gloriatur, & qui benè monentibus obstrepunt, ac salutaria consilia prorsus contempnunt.

Quare peccatum fugiendum?

Quia Dominum Deum offendit, ideoque summum bonum eripit, & summum affert malum peccanti, dum diuinam tollit fruitionem nunquam recuperandam, & pœnas ærumnâsque accersit sempiternas.

Quæ dicuntur peccata capitalia?

Illā ex quibus veluti capitibus & fontibus omnia alia peccata proficiſcuntur.

Qua ratione vitari & vinci hæc peccata poſſunt?

Si Ieſu Chriſti gratiæ cooperemur, peccatorum damna & pericula conſiderātes, & virtutes ſeptem his peccatis contrarias exercentes.

Quæ virtutes peccatis capitalibus aduerſantur?

Hæ ſeptem: Humilitas, Largitas, Caſtitas, Benignitas, Temperantia, Patientia, Deuotio, ſeu ſedula pietas.

Quæ peccata in Spiritum ſanctum committi dicuntur?

Ea, quæ ſua malitia ſic diuinam excludunt gratiā, vt neque in hoc ſeculo niſi ægrè admodum, neque in futuro remittantur.

Quot ſunt peccata in Spiritum ſanctum?

Sex. Præſumptio de miſericordia Dei, vel de impunitate peccati. Deſperatio, Agnitæ veritatis impugnationis, Fraternæ charitatis inuidentia, Obſtinatio, & Impenitentia.

Quæ peccata in cælum clamare dicuntur?

Quæ per ſe vehementer abomināda ſunt, & aperte humanæ charitatis iura violant: vnde Vindictam clamare in ſacra ſcriptura perhibentur, & horrendis ſæpè modis in hac vita diuinitus vindicantur.

Quot ſunt peccata in cælum clamantia?

Hæc quatuor: Homicidium voluntarium, Peccatum Sodomiticum, Oppreſſio pauperū, viduarum, atque pupillorum, demum Merces operariorum defraudata.

Quæ peccata dicuntur aliena?

PARS SEPTIMA

Ea, quæ ab aliis quidem committuntur, sed nobis interim auctoribus, vel quoquo pacto adiutoribus, aut saltem non impredientibus, vt idcirco nobis etiam imputentur.

Quos modis aliena peccata nobis imputantur?

Nouem his modis: Consilio, iussione, consensu, irritatione, laudatione seu adulatione, reticentia culpæ alienæ, conniuentia, vel indulgentia, rei alienæ participatione, ac praua facti alieni defensione.

Quæ dicuntur opera Carnis?

Ea, quæ homines secundum carnem viuentes, Dei filiis spiritualibus degenerantes, committunt solent.

Quæ sunt opera carnis?

Paulus ea recenset in hunc modum, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

Estne satis Christiano malum fugere, & à peccato declinare?

Nequaquam, sed prætereà bonum agere, & virtutes exercere necesse est: alioqui, scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi.

Quid boni faciendum est Christiano?

In genere quidem, quicquid boni lex naturalis, & diuina, vel humana præcipit & ostendit. In specie vero, pro sua quisque vocatione præstare officium.

acceptę dei gratiæ cooperari cum gratiarum actio-
ne debet. Omnis enim arbor, quæ nõ facit fructum
bonum, excindetur, & in ignem mittetur.

DE PARTIBVS ET ACTIONIBVS
PŒNITENTIÆ.

Tres sunt partes pœnitentiæ.

Contritio, confessio, & satisfactio.

Sciendum est quid sit pœnitentiæ.

Pœnitentiæ: est peccati commissi, cum intima cor-
dis contritione, & firmo amplius non peccandi
 proposito, emendatio.

DE HIS QVÆ NECESSARIA
SVNT PŒNITENTIÆ.

Quinque sunt necessaria pœnitentiæ.

Veniæ spes, cordis contritio, culpæ confessio, eo-
rum quæ sacerdos fieri iussit completio, peccati
fuga.

De Contritione.

Contritio est dolor voluntariè assumptus pro
peccatis, cum proposito confitendi & satisfaciendi.

De Confessione.

Confessio: est legitima coram Sacerdote idoneo,
vel in extrema necessitate coram quouis peccatorũ
suorum declaratio.

PARS SEPTIMA

Qualem decet esse confessionem, sciendum est.

Veram, de propriis peccatis, integram, citam, frequentem, firmam, modestam, voluntariam, apertam, cum mora, vt planè intelligatur, cumque sufficienti contritione, ita vt hominem talia fecisse multum pœniteat, cum firmo amplius non peccadi & deinceps pœnitentiam agendi proposito.

Patet in his versibus qualis debeat esse confessio.

Cùm tu peccata dicis, confessio quod sit integra, consulo: sit festina, frequens, & amara, propria, secreta, lachrymosa, morosa, fidelis, vera sit, & nunquam diuisa, tibi manifestans omne scelus: nullaque abscondas: humilisque fatere.

De his quæ agenda sunt homini volenti confiteri.

Ante omnia secū in cubiculo, aut cellula, vel in secessu sæpè multum cogitet: Vbi, quomodo, quando, cum quibus, quoties, & quàm enormiter peccauerit, in locutione, an consensu, an voluntate, an opere: quid boni amiserit, quod factum oportuit.

Nec satis putet, si mentitum se fuisse fateatur: sed qua in re, quid mali attulerit mendacium, explicet. Nec solum dicat, peccaui in gula: sed addat, quantum, an ebrius fuerit, an vomuerit, &c. Idque vbi, quoties, &c.

Vnde versus.

Quis, quid vbi, per quos, quotiens, cur, quomodo, quando: Dic circa factum committere quod voluisti.

Ad peccatorum obliuionem agnitionem possumus venire per puncta sequentia.

Per statum, ætatem, bona fortunæ, societatem

officium, locum, tempus, cogitationē, locutionem, operationem, & omissionem.

De impedimentis confessionis.

Quatuor sunt impedimenta confessionis: vt patet in his versibus.

Quatuor impediunt ne crimen confiteatur.

Spes, timor, atque pudor, sed desperatio maior. 1

De satisfactione.

Satisfactio dicitur dupliciter: vno modo. Reconciliatio. Alio modo: Solutio pœnæ debitæ: id est assumptio siue adimpletio pœnitentiæ iniunctæ vel debitæ.

Nihil dimittitur illi, qui neque dimittit aliis, neque ablata pro viribus restituit, Quia ait Diuus Augustinus: Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Ergo quibuscunque malefecimus verbo vel opere pro parte virili satisfaciamus, & quicquid odij in quemuis concepimus eradicemus.

DE PARTIBVS SATISFACTIONIS.

Partes satisfactionis sunt tres.

1. Oratio. 2. Ieiunium. 3. Eleemosyna.

Notandum est quid sit peccatum, & qualis differentia est inter peccatum & delictum.

Peccatum: est præcepti diuini inobediētia. Delictum verò: est boni, quod fieri oportuit omissio.

Potest evitari peccatū: peccandi occasione cauēdo, vt pote voluptatem, ludos, spectacula, prauū sodalem, consortium malum, & id genus reliqua.

Tria sunt inducentia ad peccatum.

1. Suggestio, 2. Delectatio, 3. & Consensus.

SEPTIMA PARS
DE CONDITIONIBVS AGGRA-
VANTIBVS PECCATA.

Conditiones aggravantes peccata.

1.	2.	3.	4.	5.	6.
Ordo, locus, scientia, tempus, ætas, conditio,					
7.	8.	9.	10.	11.	12.
numerus, mora, copia, causa, modus, dignitas,					
13.					
pusilla resistantia.					

Vnde versus.

Aggravat ordo, locus, (peccata) scientia, tempus,
Ætas, conditio, numerus, mora, copia, causa.

SEQUUNTUR TENTATIONES
DÆMONIS TENTANTIS HOMINEM
*de septem peccatis mortalibus & eorum ramis: Causa
in quo & post statim sequuntur defensiones boni
geli hominis custodis, contra hac sacram Scripturam
gantia.*

<i>Diabolus tentans dicit:</i>	{	Non, quia scriptum est.
<i>Superbus sis.</i>	{	Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Iacobi 5.
<i>Invidus.</i>	{	Invidia diaboli mors introibit orbem terrarum, Sap. 2.
<i>Iracundus.</i>	{	Qui irascitur fratri suo reus est iudicio. Matth. 5.

- Cupidus.* } Radix omnium malorum est cupiditas.
 1. Timoth. 6.
- Vorax.* } Videte, ne crapula & ebrietate grauentur corda vestra.
 Luc. 21.
- Tristis.* } Tristitia huius seculi mortē operatur.
 2. Cor. 7.
- Incontinens.* } Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.
 Hebr. 13.

SVPERBIA CVM RAMIS.

- Diabolus.* } Angelus bonus.
- In altum erigere.* } Non, quia scriptum est, ante ruinam exaltatur cor.
 Prouerb. 17.
- Inobediens esto.* } Non, quia melior est obedientia quam victimæ.
 1. Reg. 15.
- Iacta te.* } Non, quia qui se iactat & dilatat, iurgia quærit.
 Prouerb. 28.
- Simula.* } Non, quia simulatores & callidi prouocant gratiam.
 Iob. 33.
- Contende.* } Non, quia vbi est contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum.
 Iac. 4.

PARS SEPTIMA

- Pertinax sis.* { Non, eo quòd sit maledictus fror eorum, quia pertinax. Genes. 49.
- Discordias semina* { Non, quia Deus detestatur eum qui seminat inter fratres discordias. Prouerb. 6.
- Novitates semina* { Non, quia Paulus illas prohibuit. Timoth. 6.

AVARICIA CVM RAMIS.

- Angelus malus.* Angelus bonus.
- Auarus sis.* { Non, quia nihil est auaro scilicet stius. Eccles. 10.
- Furtum fac.* { Non, quia neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt. 1. Cor. 3.
- Mendax sis.* { Non, quia Deus perdet omnes qui loquuntur mendacium. Psal. 5.
- Periura te.* { Non periurabis in nomine Domini tui. Leuit. 19.
- Fraudem fac.* { Non, quia qui moliuntur fraudem agunt contra animas suas. Prouerb. 1.
- Inquietus sis.* { Non, quia cor impij quasi feruens mare, quòd quiescere non potest. Isaiz 57.

- Violentiam fac.* { Non, quia iudicat Deus opera eorum sceleratorum, qui violenti fuerunt. Iob. 36.
- Immisericos sis.* { Non, quia iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Iac. 2.

GVLA CVM RAMIS.

- | <i>Diabolus.</i> | Angelus bonus. |
|-------------------------|--|
| <i>Inebriare.</i> | { Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Ephes. 5. |
| <i>Ride.</i> | { Non, quia vix est illis qui nunc ridet, quoniam flebunt. Luc. 6. |
| <i>Ventrem imple.</i> | { Non, quia venter est Deus eorum & gloria est in confessione ipsorum. Philip. 3. |
| <i>Immunde age.</i> | { Non, quia non vocavit nos Deus in immundiciam, sed in sanctificationem. 1. Thessal. 4. |
| <i>Scurrilitatē ama</i> | { Non nominetur in vobis stultiloquium seu scurrilitas. Ephes. 2. |
| <i>Multum loquere.</i> | { Non, nam in multiloquio non effugies peccatum. Prouerb. 10. |
| <i>Fatue age.</i> | { Non, quia os fatuorum ebullit stultitiam. Prouerb. 15. |

PARS SEPTIMA

Peccatum age.

Quasi facie colubri sic fuge peccata.

Ecclesiast. 21.

LUXURIA CVM RAMIS.

Damon.

Angelus bonus.

Luxuriare.

Non, nam filius prodigus dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Luc. 15.

Fornicare.

Non, quia qui fornicatur in corpus suum peccat. 1. Cor. 6.

Polluere.

Non, nam omnis pollutus & immundus non habet hereditatem in regno Dei. Ephel. 4.

Adulterare.

Non, quia qui adulter est, perdit animam suam. Prouerb. 6.

Inconstanter age.

Non, quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Iac. 1.

Ornatus incede.

In veste ne glorieris vnquam, in die honoris extollaris. Eccles. 11.

Voluntate ama.

Ne fias vt sus amans loca volentis bro luti. 2. Petr. 2.

Deum odito.

Non, nam si quis non amat Deum minimum Iesum Christum, anima sua fit. 1. Cor. 13.

HVIYS MANIPVLI.
INVIDIA CVM RAMIS.

182

Damon.

Angelus bonus.

Inuidiam exerce. { Imo nil per inuidiam & contentionem facias.

Philip. 2.

odium habe. { Non, quia qui odit fratrem suum suum homicida est.

1. Ioan. 3.

Susurra. { Imo non eris criminator & susurro in populo.

Leuit. 19.

Detrahe. { Non, quia detractores sunt Deo odibiles.

Rom. 1.

Gaude in malis proximi. { Non, quia qui in ruina alterius letatur, non erit impunitus.

Prouerb. 17.

Dole in bonis eius { Imo noli prohibere benefacere cum qui potest, & si vales ipsemet benefac.

Prouerb. 3.

Prædare. { Si prædaris nonne & ipse prædaberis?

Isaïæ 33.

Occide. { Non, quia omnis homicida non habet vitam æternam in seipso manentem.

1. Ioan. 3.

S E P T I M A P A R S
I R A C V M R A M I S.

<i>Damon.</i>	Angelus bonus.
<i>Iram effunde.</i>	Imo omnis ira, & indignatio, & blasphemia tollatur à vobis. Ephes. 3.
<i>Rixare.</i>	Vir iracundus prouocat rixas. Prouerb. 15.
<i>Tume mente.</i>	Quid tumet contra Deum spiritus tuus. Iob 15.
<i>Clamorem emitte</i>	Qui exaltat os suum querit ruinam. Prouerb. 17.
<i>Contumelias adhibe.</i>	Vbi fuerit superbia, & contumelia ibi erit. Prouerb. 20.
<i>Indignare.</i>	Qui ad indignandum est facilis est ad peccata procliuior. Prouerb. 29.
<i>Blasphemia.</i>	Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur. Leuit. 23.
<i>Sperne.</i>	Væ, qui spernis, nonne & ipse sperneris? Haia 20.

accit

HVIUS MANIPVLI.
ACCIDIA CVM RAMIS.

183

Damon.

Angelus bonus.

Piger esto.

Si fuerit piger veniet sibi quasi viator egestas.

Prouerb. 6.

Insulanimit.

Væ illis qui perdiderunt suam substantiam.

Ecclês. 2.

Rancorem tene.

Cum statis ad orandum remittite si quid habetis in cordibus vestris.

Marc. 11.

Maliciam exerce.

Non, quoniam qui malignantur exterminabuntur.

Psal. 36.

Tristare.

Non contristabis iustum, quid ei acciderit.

Prouerb. 12.

Somnolentiã amã

Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.

Lucæ 22.

Vagus fidẽ.

Stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere bono.

1. Cor. 15.

Despera.

Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Iob. 13

Magistri nouitiorum debent has sequentes 10. considerationes docere suos nouitios: vñ nam sciunt quomodo in orando Deum deprecant Patrem, Filium, & Spiritum sanctum Sanctosque: nam quoniam sumus miseri mittimur ab ecclesiaque semper curam gerit salutis suorum filiorum.

DD

PARS SEPTIMA

Versus

Decem consideramus secundum decem dictiones, versus sequentes in orando Deum habent sunt.

1. Oro patrem, 2. sanctos, 3. quia miser, 4. quia mittor & vices
6. officium, 7. dona, 8. debita, 9. vis, 10. pietas.

Oro ex affectu { Pio,
Humili, } In fide, spe, & charitate.
Reuerenti. }

1. Patrem qui totus est, { Potens.
Sapiens.
Clemens. }

Iterum patrem qui { Sapientia.
Iusticia.
factus est nobis, } Sanctificatio.
Redemptio.
Via, veritas.
& vita. }

2. Sanctos in quibus est { Proximitas.
Officiositas.
Charitas. }

3. Miser ex omni parte, { Suprà.
Intra.
Iuxta. }

4. Mittor. { Ab Ecclesia.
A Sanctis.
A parentibus.
A mœrentibus. }

3. *Urgent sub* } Non criminari.
conditione tri- } Non damnari.
plici si volo. } Sed saluari.
6. *Officium quasi* } Regale. } *Genus electum.*
 } Sacerdotale. } *Regale sacerdotum.*
 } Spiritale. } *Gens sancta.*
7. *Dona,* } Naturæ.
 } Fortunæ.
 } Gratia.
8. *Debita nocendo* } Positiuè.
 } Priuatiuè.
 } Occasionaliter.
9. *Vis ab hoste.* } Mundo. } *Dimanās vulnerauit mē*
 } Carne. }
 } Dæmonio. }
10. *Pietas ad* } Deum. } *Quæ pietas est amor ex ge-*
 } Scipsum. } *nere consurgens.*
 } Proximum. }

CAPVT SEPTIMVM DE ORA-
 tione Dominicali

Eum oratis dicite pater noster, &c.
Matthæi 6.

CVM vult se nominari Deum patrem, dat fidu-
 ciam impetrandi quæ postulamur: eoque Pa-
 ter libenter dat de suo thesauro.

CUM verò dicitur noster, docet dilationem affe-
 ctus vt nullus orationem suam ad se solum contra-
 hat.

Cum autem dicitur, Qui es in cœlis, excitat puri-

SEPTIMA PARS

tatem intentionis, vt orans sola cœlestia quærat ac requirat.

Cum autem subdit, Sanctificetur nomen tuum, oratio subiungitur quæ in septem petitionibus continetur: quarum 3. primæ pertinent ad Dei honorẽ: quatuorque sequentes ad petentium vtilitatem.

Ideo cum dicitur sanctificetur nomen tuum, petitur vt fidei veritas certissima, qua Deus est Pater fidelium, & fideles filij Dei appellantur, ab infidelibus cognoscantur.

Cum autem dicitur Adueniat regnum tuum, petitur vt eius legibus accedentibus obediatur.

Cum autem dicitur Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra, petitur vt eius bonitas diligatur, & propter se colatur ab infirmis sicut fortibus.

In quatuor enim petitionibus sequentibus: Primo petitur collatio omni boni corpori animæque necessarij.

Cum dicitur Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, petendo tantum pro hodie excludit avariciam quam vitare debemus: etiam vult vt petamus quæ suprâ in alia expositione huiusce orationis diximus.

Secundo subditur amotionis petitio omnis mali: Primo quantum ad præterita cum dicit, Et dimitte nobis debita nostra, &c.

Et hic notandum est ibi implicari debitum innocentia, vt sciat se ad malum suum petere qui in corde suo retinet adhuc iræ rancorem.

Quantum ad futura, vt detur gratia, omnia devoti tandi pericula peccatorum siue tentationum cum dicit, Et ne nos inducas in tentationem, id est, ne in

duci permittas.

Tertio quantum ad præsentis exilij vniuerfa mala præsentia, vt habentes vitam in patientia, mortem optemus cum Deo opt. max. placuerit, ideo subditur, Sed libera nos à malo.

Et hæc omnia confirmantur cum dicitur, Amen.

DILECTE in Christo frater ne mireris si quater isto in volumine apposui sacra orationis Dominicæ expositionem, quia dignitatem fructumque dictæ orationis me induxit ad hoc, ac zelū quo exubero vt nam fideles scitè sciant quæ Dominus vult nos ritè postulare ab eo. Si in vna descripsissem has quadruplices expositiones, forsan quis nostrū fuisset captus nausea, seu caruisset memoria illa qua affluere debent illi, qui sacra proponunt populo Christiano, qui nobis minoritis contribuunt temporalia pro spiritualibus bonis quæ illis seminamus, partim verbo partimque exemplo, quo debemus prius pollere, vtpotè Christus Dominus nos docuit per annos triginta: necnon seraphicus pater Franciscus, suus benemerito signifer, cui nostrum imo suum institutum commendo.

PARS SEPTIMA
CAPVT OCTAVVM.

Qua sunt præcipua bonorum operum genera?

EA quibus sobriè, iustè, pièque viuitur in hoc seculo, & per quæ itidem, iusti magis magisque iustificantur, & sancti in dies sanctificantur.

Quotuplicia sunt hæc operum bonorum genera?

Triplicia, utpotè, Ieiunium, Eleemosyna seu misericordia, & Oratio, de quibus ita legimus. Bona est Oratio cum Ieiunio, & Eleemosyna.

Quis est fructus bonorum operum?

Habent ea promissionem ac mercedem huius, & æternæ vitæ, Deum placant, gratiam conseruant, & augent, denique Christiani hominis vocationem certam faciunt atque consummant.

Quid est Ieiunium?

Est certis diebus iuxta morem & præscriptum Ecclesiæ carnibus abstinere, & saltem vnica tibi refectio in die contentum, viuere frugalius. Sed si generatim hoc nomen accipias Ieiunium, est corporis quædam castigatio piè suscepta, vel vel caro spiritui subiiciatur, vel obedientia exerceatur, vel Dei gratia impetretur.

Quid est Oratio?

Est mentis in Deum eleuatio, per quam vel mala deprecamur, vel bona nobis, aliisque petimus, vel Deo benedicimus.

Quid est Eleemosyna, seu misericordia?

Est beneficium, quo alterius miseriam commiserationis affectu subuenimus.

Quotuplex genus est Eleemosyna, seu misericordia?

Duplex: alia quippè sunt opera misericordiam corporalia, alia verò spiritualia: quoniam vel ad corporalem, vel ad spiritualem miseriam proximi subleuandam spectant.

Quot sunt virtutes omnium præcipue?

Post Theologicas quidem illas, de quibus dictum est, Fidem, & Spem, & charitatem, præcipue sunt Cardinales, quæ Christianos cum primis decet.

Quæ dicuntur Cardinales virtutes?

Quæ tanquam fontes aliarum & cardines, omnem honestæ vitæ rationem continent.

Quot sunt Cardinales virtutes?

Quatuor: Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudo, quibus in Christo consequitur homo, ut prouidè, iustè, temperatè, ac fortiter in omni vita degat, ac placeat Deo. Vide infra.

Quæ dicuntur dona Spiritus sancti?

Septem illa, quæ super Christum requieuisse Prophetam testatur, & quæ ab ipso ceu fonte omnis gratiæ, in alios deriuantur: Ut, donum sapientiæ, donum intellectus, consilij, scientiæ, fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini. Vide infra & bene nota.

Quenam illa, quæ fructus Spiritus vocantur?

Ea, quæ pij secundum spiritum viuentes operantur, & per quæ spirituales à carnalibus dignoscuntur.

PARS SEPTIMA

Qui sunt fructus spiritus?

A Paulo Apollolo sic numeratur: Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas.

Quæ dicuntur beatitudines Evangelicæ?

Illæ propter quas in Euangelio etiam hi, qui miseri prorsus ac infelices videtur, beati ac felices pronunciantur.

Quæ dicuntur Evangelicæ consilia?

Videlicet quæ per Euangelium non tanquam ad salutem necessaria, sed veluti suscipientibus magis expedita atque vtilia, à Christo non præcipiuntur quidem, sed consulente proponuntur.

Quot sunt Evangelicæ consilia?

Principalia tria sunt, nimirum: Paupertas voluntaria, castitas perpetua, & obedientia integra, quæ propter Deum homini religiose exhibetur.

Quæ hominis nouissima dicuntur?

Ea quæ homini ad extremum accidunt, ut mortis iudicium, infernus, & cœlestis gloria, de quibus ait dixit Sapiens: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

CAPVT NONVM.

TESTIMONIA SCRIPTVRÆ
sacræ contra hæreticos in promptu
semper habenda.

SI difficile & ambiguum apud te iudicium esse
Sperpexeris, inter sanguinem & sanguinem, cau-
sam & causam, lepram & non lepram, & iudiciũ in-
tra portas tuas videris verba variari, surge, & ascen-
de, in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,
veniẽsque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudi-
cem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui
indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quod-
cunque dixerint, qui præsumt loco, quem elegerit
Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, seque-
risque sententiam eorum, nec declinabis ad dexte-
ram neque ad sinistram.

Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi ma-
iores tuos, & dicent tibi.

Hæc dicit Dominus: State super vias & videte, &
interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona, &
ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus
vestris.

Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas
legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, &
torques collo tuo.

Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimit-
tas legem matris tuæ: liga eam in corde tuo iugiter,
& circunda gutturi tuo.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos po-
suerunt patres tui.

P A R S S E P T I M A

Non te praterat narratio seniorum. Ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ab ipsis disces intellecti, & in tempore necessitatis dare responsum. Videte ne quis vos seducat. Surgent enim multi pseudo-prophetæ, & seducent multos. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce est Christus, aut, Ecce illic, nolite credere. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.

Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera verò illorum, nolite facere. Dicunt enim & non faciunt.

Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauem regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

Simon, ecce Sathanas expetiuit vos, vt ecclesiam sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, vt non deficiat fides.

Simon Ioannis diligis me? pasce agnos meos, pasce oues meas.

Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.

Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quæcunque suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis.

Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.

Fuerunt verò & pseudoprophetae in populo, sicut in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis: & multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes cum ipsi serui sint corruptionis. Et ibidem.

Hoc primum scientes, quod veniet in nouissimis diebus in deceptione, illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes.

Hoc est mandatum, vt quemadmodum audiuitis ab initio, in eo ambuletis. Multi enim seductores exierunt in mundum. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.

Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus.

Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.

Denunciamus autem vobis fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.

Itaque fratres stete & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

Oportet hæreses esse, vt & qui probati sunt, ma-

nifesti fiant in vobis.

Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, quæ eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.

Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Hæc tibi scribo, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viuæ columna & firmamentum veritatis.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abducite præpositis vestris, & subiaceite eis.

O Timothee, depositum custodi, deuitans phanas vocum nouitates, & oppositiones falsæ humanis scientiæ: quam quidam profitentes, circumcidem exciderunt.

Si quis venit ad vos, & hanc Doctrinam non fert, nolite recipere eum in domum, nec accipite eum, si fuerit hereticus.

Vos autem charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis: quoniam in novissimis temporibus venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus: hi sunt qui sepe negant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Hi sunt murmuratores quærule, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam.

*B. Augustini sententia tres notatis
dignissima.*

Firmissimè tene, & nullatenus dubites non solum omnes Paganos, sed etiam Iudæos, Hæreticos atque Schismaticos, qui extra Ecclesiam catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Firmissimè tene & nullatenus dubites quemlibet hæreticum siue schismaticum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quârascunque Eleemosynas fecerit, & si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omnium enim hominum, qui Ecclesiæ catholicæ non tenent unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem, quamdiu in hæretica vel schismatica prauitas perseverat, quæ ducit ad mortem.

Firmissimè tene & nullatenus dubites, non omnes qui iuxta Ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam, sed eos qui præcepto baptismate rectè viuunt, id est qui abstinuerunt se à vitis & concupiscentiis carnis. Regnum enim calororum, sicut infideles, hæretici atque schismatici non habebunt, sic Catholici criminosi possidere non poterunt.



PARS OCTAVA SEQUITUR

Ad Lectorem.

QUAE frequenter contingit, quod noni prædicatorum & confessorum, ac ceteri fratres simplices, quorum capacitas ad inuestigandam sacra Theologiae subtiliora & altiora minimè exèditur, in diuersis etiam questionibus subtilia sunt sæpè deficiunt, quòd quidem non accidit si circa huiusmodi grossiora, & communiora (quae frequenter accidunt, & de quibus seculares multoties faciunt questiones) exercerentur. Idcirco considerans huic defectui viribus obuiare: presentim volumine ex dictis sacrorum Patrum, & quasi quadam sacra Theologia rudimenta compilauimus, & in unum aggregauimus, ac praelo deriuauimus, post præcedentem catechismum, seu doctrinam Christianam, ut eo medio melius intelligatur quae facta scripta (compèdit) in dicta doctrina siue catechismo, ut predicti fratres ea in promptu habeant, cum eis sit opportunum. Sumitur autem principium à gratia, quae esse spirituale, ut infra dicetur, & tam in spiritualibus quam in corporalibus præcedit esse.

CAPVT PRIMVM,

*De gratia quid est, & quot modis
accipitur.*

GRATIA Dei dicitur vno modo bona voluntas siue dilectio Dei, quia vult bonum alicui. Alio modo beneficium gratis non ex debito exhibitum, & collocatum à Deo. Et gratia hoc modo dicta adhuc dupliciter sumitur: vno modo pro nobis naturalibus etiam fortuita includendo: & sic accipitur largè & communiter: alio modo dicitur propriè, & spiritualiter pro bonis spiritualibus aditis naturalibus, & hoc modo diuiditur in gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam. Gratia autem gratum faciens est quoddam donum habituale, & quædam bona qualitas: per quam anima assimilatur, & coniungitur maximè creatori. Et est subiectiuè in anima: sicut color in pariete, & ista in vno subiecto non multiplicatur. Gratia autem gratis data est: per quam homo cooperatur alteri, vt in Deum reducatur sicut bene prædicare, facere miracula & prophetare: & alia quæ enumerat apostolus Corinthiis: (Diuisiones inquit gratiarum sunt, &c.) Dicitur ante gratia gratum faciens, & gratia gratis data, quia prima excludit peccatum mortale, & semper est cum charitate: secunda autè stat simul cum peccato mortali, & potest esse sine charitate: quia mali aliquando bene prædicant, & faciunt miracula: sicut illi de quibus legitur in actibus qui in nomine Iesu dæmones expellebant, &

PARS OCTAVA

prophetabant, sicut legitur de Balaam in libro Numerorum. Gratia gratum faciens est principium merendi, & sine ipsa homo saluari non potest: & hæc cōfertur in baptismo: & in aliis sacris, si homo fuerit dispositus. Differt autem hæc gratia à charitate, sicut anima à suis potentiis: quia gratia est principium essendi spiritualiter, sicut anima est principium essendi naturaliter: charitas autem est principium operandi spiritualiter, sicut potentia est principium operandi naturaliter: quamuis aliqui ponant idem esse gratiam & charitatem. Conueniunt autem dari aliæ distinctiones de gratia: quas late prosequitur Sanctus Thomas in prima secunda

CAPVT SECVNDVM,

De tribus virtutibus Theologicis.

CONsequenter dicendum est de tribus virtutibus Theologicis: quæ sunt fides, spes, charitas. Quæ imò theologicæ appellantur: quia à Deo tribus supernaturaliter infunduntur: quæ etiam necessariæ sunt & sufficiunt ad salutem. De quibus primo videndum est in generali: & postea in speciali: & hoc de his in quibus explicantur, & de quibusdam aliis ad eas pertinentibus. (Fides est substantia sperandarum rerum: argumentum non apparentium: ut dicitur ad Hebr. ii.) & potest clarius dici, quod fides est virtus, qua creduntur ea, quæ non videntur: tamen diuinitus reuelata pertinentia ad salutem. Hæc autem in articulis fidei continentur, qui in symbolo declarantur. Consistit ergo fides in hoc, quod

homo captiuus suum intellectum ad assentiendum his, quæ reuelata sunt à deo quamuis naturalem capacitatem rationis excedant. Principale autem obiectum fidei est veritas prima siue diuina quod idem est, ex quo sequuntur duæ cõclusiones. Prima cõclusio est: quòd fidei falsum subesse non potest: quia eius obiectum est veritas ineffabilis, scilicet Deus: qui semper verax est. Secunda conclusio: quod fides est vna propter vnitatẽ obiecti, licet enim credibilia sunt diuersa, omnia tamen reducuntur ad vnum. Actus autem fidei sunt duo. Primus est credere, qui consistit in interiori adhesionẽ, & assensu mentis ad ea quæ proponuntur. Secundus est confiteri, qui consistit in hoc, quòd in casu necessitatis vbi fides periclitatur, homo exponat audacter fidem suam aliis ad instructionem ignorantium vel ad confirmationem fidelium seu ad insultationem infidelium reprimendam. Nam ille quòd non libere pronunciat veritatem, nec defendit quam pronuntiare, & defendere tenetur: proditor est veritatis. De istis duobus actibus dicitur ad Rõ. 10. (Corde creditur ad iustitiam) quo ad primũ: (orẽ autem confessio fit ad salutem) quo ad secundum. Est etiam sciendum quod quædam est fides formata, quæ scilicet est in habente charitatem: quia charitas est forma fidei quædam informis, quæ scilicet est in non habente charitatem seu gratiam, de qua dicitur Iacobi secundo. (Fides sine operibus mortua est.) Eadem autem potest esse fides numero informis, & formata, quia idem est habitus fidei in homine, qui amisit charitatem per peccatum sicut ante. Spes autem dici potest virtus, qua speratur futu-

PARS OCTAVA

tura beatitudo ex diuina gratia & personalibus meritis sumens originem, & hoc secundum Augustinum in enchyridion per orationem dominicam explicatur. Expectare autem futuram beatitudinem sine meritis non est spes, sed præsumptio, consistit ergo in hoc: quod homo innitens auxilio diuino confidit bene agendo ad æternam beatitudinem peruenire. Spes autem sine fide esse non potest secundum Augustinum. Differunt autem non solum in se: sed etiam respectu obiecti: quia fides est bonarum rerum, & malarum. creduntur enim gaudia paradisi supplicia inferni: spes autem est solum bonarum rerum. Item est præsentium, præteritorum & futurorum, ut patet de se: spes autem solum est futurorum. Est autem spes in viatoribus, & est in hiis qui sunt in purgatorio, quia sperant suam liberationem: in beatis autem & damnatis non est spes: tenent meliores. Item in Christo nec spes, nec fides fuit: quia anima eius clare videbat & apprehendebat diuinitatē à principio suæ cōceptionis. Charitas autem est virtus, qua deus diligitur propter se: id est super omnia, & proximus propter Deum: In quibus etiam includitur dilectio sui corporis proprii, ut dicit Augustinus in lib. de doc. Christiana. In dilectione etiam proximi continetur dilectio angelorum secundum eundem ibidem. Ad dilectionem autem charitatis omnia præcepta vtriusque testamenti ordinantur secundum eundem ibidem: ad idem ordinati videntur omnia consilio: ad idem etiam ordinati videntur monitiones, & exhortationes positæ in scripturis. De omnibus autem istis, & aliis pertinentibus ad dictas tres virtutes lata fit prosecutio in tertio se-

tentiarum tam in textu quàm in glosis, & etiam in secunda secundæ sancti Tho. Consistit ergo charitas in hoc quod homo totum studium suum deputet ad vacandū deo omnibus aliis prætermisissis: nisi quantum necessitas præsentis vitæ requirit. Et hæc est charitas perfectorum in vita, vel saltem quod habitualiter homo totum cor suum ponat in deo: ita quod nihil cogitet vel velit quid sit diuinæ dilectioni contrarium, & est necessaria generaliter cuilibet viatori. Ordo autem in charitate seruandus est talis, quia in primo gradu super omnia diligendus est Deus: in secundo gradu diligēda est anima propria super cætera post Deum: in tantū, quod homo non debet peccare mortaliter pro vita alicuius conseruanda secundum Augustinum, in tertio gradu diligenda est anima proximi: etiam plusquam corpus propriū vt dicit Augustinus: in quarto gradu corpus proprium non vt lasciuiet, sed vt viuat. Inter proximum magis sunt diligendi propinqui cæteris paribus: inter propinquos parentes cæteris paribus sunt amplius diligendi. Sed contra hæc, quæ dicta sunt: videtur esse illud præceptum. (Diliges proximum tuum sicut te ipsum) non ergo debeo plus me diligere quam proximum. Sed dicēdum, quod illud aduerbium sicut est aduerbium similitudinis, cum ergo dicitur. (Diliges proximum tuum sicut te ipsum:) ly sicut aut dicit similitudinem quantum ad quantitatem dilectionis: & sic non intelligitur præceptum: quia plus debeo diligere me quam alium: vnde secundum Augustinum: plus debeo quemcunque alium velle damnari etiam patrem meum quam meipsum. Aut ly sicut dicit si-

PARS OCTAVA

militudinem quantum ad modum diligendi, vt sicut debeo me diligere in his quæ benefacio, & non in malis nec in peccatis, sic etiam proximum: Aut dicit similitudinem quantum ad fidem: & obiectum, vt sic diligo me, quia volo mihi gratiam in præsentem, & gloriam in futuro, sic etiam proximum. Aut dicit similitudinem quantum ad causam, vt scilicet sicut debeo me diligere propter Deum in quantum percipio aliquam diuinam bonitatem, sic etiam proximum. Et in istis tribus modis dilectio proximi cadit sub præcepto.

CAPVT TERTIVM.

De symbolo, & distinctione eius.

Fides explicatur in symbolo in articulis in eo contentis. Est autem triplex symbolum fidei, videlicet symbolum apostolorum, symbolo Niceni concilij, & symbolum Athanasij. Symbolum apostolorum dicitur: quod apostoli post ascensionem domini ad docendum fidem tanquam regulam fidei ediderunt. Dicitur autem symbolum à syn, quod est simul, & bolus, quod est morcellus, quia quilibet apostolorum bolus suum: id est particulam suam posuit in eodem. Nam Petrus dixit primum articulum, & alij apostoli subsequenter alios adederunt.

Quia verò symbolum fuit editum quando fides nondum erat propalata: ideo non palam dicitur: sed in secreto. Item quia fuit editum ad proponendam fidei doctrinam: ideo dicitur in prima &

In completorio quasi in principio diei & noctis: ad designandum: quod omnis nostra operatio à fide debet accipere initium: & etiam quia per ipsam fidem dirigimur in prosperis, & aduersis. Per diem enim prosperitas & per noctem aduersitas designatur. Symbolo autem Niceni concilij quod incipit. (Credo in vnum Deum:) est quod sancti patres in prima vniuersali synodo apud Nicenā urbem congregati ediderunt ad declarationē fidei, confutationem heresum: quæ à temporibus apostolorum vsque tunc fuerāt per diuersos hereticos suscitata: in quo symbolo clarius explicātur, quæ in primo symbolo implicite continebātur. Quia verò prædictum Nicenum symbolum fuit factum, seu editum tempore fidei propalata: ideo dicitur statim immediate post euangelium: quasi expositio ipsius euangelij. Forma autem secundum quam cantatur in missa fuit tradita à sanctis paribus congregatis in secunda synodo vniuersali apud Constantinopolim celebrata tēpore Damasi papæ. Symbolum Athanasij, quod incipit. (Quicumque vult saluus esse) ipse sanctus Athanasius Alexandrinæ urbis venerabilis patriarcha edidit pro integritate fidei ostendenda specialiter contra hereticos, qui suis temporibus insurrexerunt contra personam Iesu Christi quantum ad vtrāque naturam, diuinam scilicet & humanam. Quia ergo illud symbolū editum est contra hereticos, ideo dicitur in prima hora diei, quasi tenebris hereticorū iam expulsis. Et quia symbolū Nicenum & symbolum Athanasij fuerunt edita, non quidem ad proponendam fidē & symbolum apostolorum, sed potius ad defendendā: seu elucidandam ipsam

PARS OCTAVA

fidem: ideo non dicuntur singulis diebus: sed in illis in quibus homines maximè ad ecclesiam venire consueuerunt, & in illis, in quibus fit aliqua solennitas, de illis quæ noscuntur ad articulos fidei pertinere.

CAPVT QVARTVM.

De articulis fidei quantum ad diuinitatem & humanitatem.

Articuli fidei in symbolo apostolorum, & in symbolo Niceno continentur. In primis igitur oportet nos scire, quod tota fides christiana circa diuinitatem, & humanitatem Christi versatur: vnde Christus loquens voce hominis dicit. (Credite in Deum, & in me credite.) Circa vtrunque horum à quibusdam septem, à quibusdam sex articuli distinguuntur, & sic omnes articuli secundum quosdam 12. secundum quosdam verò 14. esse dicuntur. Primo igitur 7. articuli circa fidem diuinitatis hoc modo distinguuntur, sunt enim circa diuinitatem tria consideranda, scilicet vnitas diuinæ essentiae, trinitas personarum, & effectus diuinæ virtutis. Primus igitur articulus est: vt credamus diuinæ essentiae vnitatem, secundum illud quod scribitur Deuteron. 11. (Audi Israël: Dominus Deus tuus vnus est.) & quantum ad hunc articulum ponitur in symbolo apostolorum. (Credo in Deum,) & in symbolo Niceno additur (vnum.) Et nota quod fides catholica credit Deum, credit in Deum, & credi

Deo. Credere Deum est credere Christum : credere in Deum est credendo amare Deum & credendo eum ire & membris eius incorporari : Credere autem Deo, est credere verbis ipsius. Primum & tertium credere bonorum & malorum est, sed secundum bonorum tantum : quia credere Deum, & credere Deo & bonis & malis commune est, sed in Deum credere, specialiter bonorum est. Secundus articulus est, quod credamus personam patris, & quantum ad hunc ponitur in vtroque simbolo : (Patrem omnipotentem.) Tertius est, vt credamus personam filij : & quantum ad hunc ponitur in simbolo apostolorum. (Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum) & in simbolo Niceno. (Et in vnum Dominum Iesum Christum & cætera.) vsque (per quem omnia facta sunt.) Quartus est, vt credamus personam Spiritus sancti, & quantum ad hunc articulum ponitur in simbolo apostolorum. (Credo in Spiritum sanctum:) & in simbolo Niceno (Et in Spiritum sanctum Dominum, & cæt.) vsque. (Qui locutus est per Prophetas.) Quantum ad hos quatuor articulos dicitur primæ Ioannis vltim. (Tres sunt: qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & Spiritus sanctus, & tres vnum sunt.) Quintus est de effectu naturæ, vt credamus Deum omnium creatorem : quia Deus de nihilo creauit omnia: quia vt dicitur in specialiter. (Ipse dixit: & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.) & quantum ad hoc ponitur in simbolo apostolorum. (Creatorem cæli & terræ) & in simbolo Niceno.) Facto-

PARS OCTAVA

rem celi & terre, visibilium omnium, & invisibilium.)
 Sextus est de effectu sanctificationis, vt credamus
 Deum collatorem gratiæ: iuxta illud ad Rom. 3.
 (Iustificati gratia ipsius) & sub hoc articulo conti-
 nentur omnia sacramenta ecclesiastica & quæcun-
 que pertinent ad ecclesiæ vnitatem, & quantum ad
 hunc articulum dicitur in symbolo apostolorum
 (Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum com-
 munionem, remissionem peccatorum,) & in sym-
 bolo Niceno. (Et vnam sanctam catholicam, &
 apostolicam ecclesiam: confiteor vnum baptismum
 in remissionem peccatorum. Septimus est de effe-
 ctu remunerationis, vt credamus resurrectionem
 mortuorum, de qua dicitur primæ ad Cor. 12. (Om-
 nes quidem resurgemus:) & quantum ad hoc
 ponitur in symbolo apostolorum. (Carnis resur-
 rectionem, vitam æternam) subintelligendum est
 in omnibus semper credo in symbolo Niceno. (Et
 expecto resurrectionem mortuorum, & vitam ven-
 turi seculi.) Isti autem 8. articuli in hoc versu con-
 tinentur videlicet. Est vnus trinus, factor, dator, re-
 tributor. Vnus scilicet in essentia: trinus personis
 per creationem factor, per sanctificationem dator,
 per rectitudinē bonorum & malorum retributor.
 Alij verò, qui ponūt solum 7. articulos circa fidem
 diuinitatis: coniungunt secundum & tertium &
 quantum de trinitate personarum in vnum articu-
 lum: vltimum verò de remuneratione diuidunt
 in duos, vt vnus sit de resurrectione, qui tangitur
 in symbolo, cum dicitur. (Carnis resurrexio-
 nem, & alius de remuneratione, qui tangitur cum
 dicitur: (Vitam æternam.) Primus igitur est de

essentiæ unitate: Secundus de personarum Trinitate: Tertius de effectu creationis: Quartus de effectu sanctificationis: Quintus de resurrectione: Sextus de remuneratione. Nunc autē restat considerare articulos qui pertinet ad humanitatem, quorū primus est de Conceptione, secundus de Natiuitate, & quantū ad hos duos dicitur in Symbolo Apostolorum, (Qui conceptus est de Spiritu sancto: natus ex Maria virgine.) Et in Symbolo Niceno, (Qui propter nos homines, &c. vsq; & homo factus est.) Tertius est de passione, & mortē Christi, & quantū ad hunc dicitur in symbolo Apostolorum. (Crucifixus, mortuus, & sepultus:) & in Symbolo Niceno. (Crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.) Quartus est de descensu ad inferos, credimus enim animam Christi ad inferos descendisse: corpore in sepulchro iacente, & ideo dicitur in Symbolo Apostolorum. (Descendit ad inferos) In alio autem iste articulus non ponitur: cuius ratio duplex est: est vna, quia aliqd Symbolum editum fuit contra errores, qui insurrexerant, vt dictum est: contra autem hunc articulum nullus insurrexerat error: alia est, quia illud symbolum editum fuit maximē contra Arium hæreticum, qui dicebat Christum esse puram creaturam, & quia descensus ad inferos superficialiter videbatur arguere defectum humanitatis magis quàm excellentiam diuinitatis: ideo ibi non fuit positus. Quintus est de resurrectione Christi: & quantum ad hunc articulum ponitur in Symbolo Apostolorū. (Tertia die resurrexit à mortuis:) & in Niceno Symbolo. (Et resurrexit tertia die secundum scripturas.)


PARS OCTAVA

Sextus est de ascensione in cælum: vnde in vtroque symbolo dicitur. (Ascēdit in cælum, &c.) Septimus est de aduentu ad iudicium: & quātum ad hunc dicitur in symbolo apostolorum. (Inde venturus est iudicare viuos & mortuos:) & in symbol. Nicen. (Et iterū venturus est cū gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nō erit finis) Isti autē articuli cōtinentur in his versibus. Conceptus, natus, passus, descendit ad ima. Surgit, & ascendit, veniet discernere cuncta. Alij autem, quia ponunt solum sex articulos, coniungunt duos, scilicet de conceptione: & de natiuitate in vnum, & sic solum restant sex: alij quinque stātibus: vt supra. Est autem sciendū, quod articulus dicitur quasi artans mentem ad credendum: vel dicitur articulus indiuisibilis veritas de eo. Sicut enim membra illa hominis dicuntur articuli: quæ non possunt diuidi in alia mēbra, sic in proposito ista: quæ non probantur per alia nec resoluantur in alia principia: sed supponuntur tanquā principia Theologiæ: dicuntur articuli fidei.

DE SACRAMENTIS ECCLESIE
& officio Sacerdotali.

Ad erudimentum nouellorum officium Sacerdotale per ordinis susceptionem adipisci volentium hoc opusculum scribere, cōpendiosissimè quod poterit curatur.

Gratia cuius queritur.


& p
mat
offic
tion
hoc
à le
ment
dans,
quæ,
in ple
& pro
culos
ma.

Q
quod
cuius
qua
tuit
scilic
Pœni

IN quot consistit officium Sacerdotale? In quatuor etymologiis huius dictionis sacerdos. In quibus? Primo in Missarū celebratione: & sic dicitur quasi sacra dicēs: & propter hoc requiritur in sacerdote, vt sit grammaticus: ad intelligendum verba quæ distinctè in officio tali profert. Secundo, in confessionum auditionibus: & sic dicitur quasi sacer dux. & propter hoc debet sacerdos cognoscere & discernere leprā à lepra, id est peccatum à peccato. Tertio in sacramentorum ministracione: & sic dicitur quasi sacra dans, & propter hoc debet sacerdos scire quot, & quæ, sunt sacramenta & in quibus constant. Quarto in plebis doctrina, & sic dicitur quasi sacra docens: & propter hoc debet sacerdos ad minus scire articulos fidei, præcepta legis, & cætera necessaria animæ.

CAPVT QVINTVM.

Tanquam à digniori de sacramentis prius est agendum.

Quis fuit institutor sacramentorum, siue quis instituit sacramenta? Responsio. Christus: quod probatur: quia eius est instituere sacramenta cuius est legem dare. Sed Christus dedit legem sub qua sacramenta conferuntur: ergo Christus instituit sacramenta. Quot sunt sacramenta? Septem: scilicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vñctio, Ordo & Matrimonium.

PARS OCTAVA

Quare sunt tot? Ratio est. Quia sicut est in vita corporali, sic suo modo debet esse in vita spirituali: sed est in vita corporali quod homo primo generatur: Secundo augetur: Tertio nutritur: Quarto per prolem multiplicatur. Quia sanitas eius potest impediri & indiget medicina. Similiter in vita spirituali sunt quinque necessaria: scilicet generatio: & sic est baptismus. Secundo augmentatio: & sic est confirmatio. Tertio nutritio sive nutrimentum: & sic est Eucharistia. Quarto multiplicatio spiritualis: & sic est ordo: vel corporalis, & licet matrimonium. Quinto medicina & hoc est dupliciter, vel medicina contra peccata: & sic est poenitentia, vel contra reliquias peccati: & sic est extrema unctio. Eucharistia & matrimonium possunt iterari. Et ratio est: quia sacramenta quae imprimunt characterem per quem virtus eorum semper manet non debent neque possunt iterari. Sed baptismus, ordo, & confirmatio imprimunt talem characterem: imo non debent iterari. Caetera autem sacramenta non imprimunt talem characterem: ideo possunt iterari. Vnde versus,

Fons sacer, ordo, confirmatio non iterantur.

Unctio, poena, cibiisque, simul thorus, hac iterantur.

Quid est character? Est quaedam impressio potestatis spiritualis per quam suscipiens sacramentum potest aliquid facere quod non poterat ante. Exemplum. Ut ordinatus in presbyterum potest aliquid quod non potest non presbyter.

D
plex
tuit
citius
sacram
mate
bus, n
tur à
maxim
omni
bapti
Vtr
Hoc
nedic
bened
sacram
Qu
facere
ista? I
Spiri
uotio
Sec
tur a
vetul
stina
verb
neral

HVIVS MANIPVLI.
CAPVT SEXTVM,

197

De Baptismo.

Dicitur baptismus à baptiso as: quod est ablutio. Quæ est materia baptismi? Aqua simplex & elementaris. Et ratio est: quia Christus instituit baptismum in aqua: aqua ergo est materia. Quare citius in aqua quam in alio liquore? Ratio est quia sacramentum maximæ necessitatis debet habere materiam communem omnibus locis & hominibus, ne propter defectum materię aliquis impediat a susceptione illius sacramenti. Sed baptismus est maximæ necessitatis, & aqua est liquor communis omnibus: ergo aqua & non alius liquor est materia baptismi.

Vtrum debeat esse benedicta, vel non? Responsio. Hoc non facit ad sacramentum: quia siue fuerit benedicta siue non, est baptismus: tamen in Ecclesia benedicitur propter maiorem reuerentiam circa sacramentum.

Quæ est forma baptismi? Verba quæ proferuntur à sacerdote, vel alio baptifante sunt forma. Quæ sunt ista? Ego baptiso te in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ista verba debent proferri cum deuotione & intentione baptifandi, sine pausa.

Sed quid dicendum est de his de quibus dubitatur an sint baptifati vel non? Vt puta quando aliqua vetula baptifauit quæ fortè per ignorantiam, vel festinationem, vel aliquid aliud tale nõ bene protulit verba vel alio modo: Tenendum est pro regula generali de quibus est dubium, an sint baptifati, vel

PARS OCTAVA

non, verba debent sic proferri. Si tu es baptisatus
vel (ta.) non te baptiso. Sed si non es baptisatus vel
(ta.) ego te baptiso in nomine Patris & Filij & Spi-
ritus sancti, Amen.

Quis potest conferre baptismum siue quis est
minister baptismi? Respondeo. Aut est extra ca-
sum necessitatis, & sic solus sacerdos est minister
vel in casu necessitatis, & sic omnis, tam presbyter
quàm laicus, tam vir quàm mulier, tam fidelis quàm
infidelis, tam Christianus quàm paganus, dum ta-
men proferat verba cum intentione proferen-
di baptismum potest conferre istud sacrame-
tum.

Quare alius à sacerdote potest conferre bap-
tismum, cum nullum ad sacramentum alius à sacerdote
vel Episcopo possit conferre? Ratio est: quia sacra-
mentum maximæ necessitatis debet habere mini-
strum communem: ne propter defectum ministri
aliquis se excuset à tali sacramento: vel periculum
aliquod superueniat. Sed baptismus est maxime in
necessitate, cum nullus sine baptismo possit saluari:
ergo debet esse minister communis huius sacra-
menti. Et sic alius à sacerdote potest conferre: cæteris
paribus digniori deferendo: quia laicus non
debet baptisare sacerdote præsentem: & sic de aliis.
Qui debent suscipere baptismum? Omnes tam viri
quàm mulieres. Ratio est. Quia sine baptismo non
vel in voto nullus potest saluari. Teste Christo
dicente. Nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritu
sancto non potest intrare regnum Dei. In adultis autem
requiritur intentio propria suscipiendi baptismum:
paruulis vero sufficit fides, & intentio eorum

afferunt eum ad baptismum. Vtrum baptismus debeat fieri immergendo vel aspergendo? *Responsio.* Vnusquisque debet tenere ritum suæ Ecclesiæ siue Diocesis. Vtrum debet fieri trina immersio vel vna? *Responsio.* Sufficit vna: quamuis cæteris paribus melius sit per trinam in figura trinitatis. Quid est effectus baptismi? Est delere omnem culpam tam originalem quàm actualem & conferre gratiam & aperire ianuam regni cœlestis.

CAPVT SEPTIMVM,

De confirmatione.

Materia sacramenti confirmationis est sacrum Chrisma: in quo sunt duo, scilicet oleum oliuarum, balsamus. Ratio est, quia Christus illud sacramentum instituit fieri in chrismate. Quæ est forma confirmationis? Verba quæ profert Episcopus confirmando: quæ sunt ista. Consigno te signo crucis & confirmo te chrismate salutis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen. Quis est minister sacramenti confirmationis? Solus Episcopus. Ratio est. Quia sicut est in corporalibus, ita in spiritualibus. Sed sic est in corporalibus quod promouere aliquem ad statum excellentiæ pertinet ad illū qui habet curam communitatis, ita in spiritualibus. Sed Episcopus curam habet communicatis in spiritualibus: ergo Episcopus habet confirmare seu conferre sacramentum confirmationis quod per aliquos promouetur ad statum militiae Christi siue efficitur miles Christi. Qui debent recipere con-

P A R S O C T A V A

firmationem? Omnes tam viri quam mulieres dum tamen habeant vsum rationis. Et hoc est vt sint apti ad confitendum nomen Christi.

Qualis est ritus confirmationis? Vnctio cum chrismate ab Episcopo in fronte confirmati per modum crucis sub forma verborum supposita. Quis est effectus huius sacramenti confirmationis? Robor ad fidem Christi & audacia confitendi nomen Christi. Quia ad Episcopum conferre sacramentum confirmationis pertinet.

C A P V T O C T A V V M,

De Eucharistia.

Eucharistia est sacramentum corporis & sanguinis Christi contentorum sub speciebus panis & vini virtute verborum à sacerdote prolatorum. dicitur ab eu, quod est bonum, & charis, gratia quae bona gratia. Quia in illo sacramento continetur Christus qui est fons gratiae. Quis est minister huius sacramenti Eucharistiae? Respondeo. Omnis sacerdos ritè & legitime ordinatus, ieiunus exultans sine peccato mortali: & cui non est prohibitum celebrare Missam. Vtrum presbyter in peccato mortali existens celebret Missam & consecret? Respondeo quod sic, quamuis sit ad damnationem. Vtrum angelus possit esse minister Eucharistiae? Respondeo quod non quia character sacerdotis praesupponit characterem baptismalè: sed angelus non potest baptisari cum sitres incorporea: ergo non potest esse sacerdos, & per consequens nec potest

esse minister Eucharistiæ. Quæ est materia sacramenti Eucharistiæ? Duplex est, panis & vinū. Et ratio est: quia Christus instituit panem & vinum esse materiam Eucharistiæ, quia primo consecrauit in pane & vino. Et ideo corpus Christi datur in hoc sacramento sub specie panis, & sanguis eius sub specie vini. Vt dicitur Ioan. 6. Caro mea verè est cibus: & sanguis meus verè est potus. Quæritur de quo pane? Respondeo de pane tritici azimo, id est non fermentato, aqua elementari confecto. Quæritur etiam de quo vino? Respondeo de vino vitis puro, non agresti vel acetoso. Vtrum debeat poni aqua cum vino? Respondeo, ita. Vtrum sit de essentia sacramenti Eucharistiæ? Respondeo, non. Quare ergo ponitur aqua? Ad denotandum vñctionem Christi, & populi fidelis quæ fit virtute huius sacramenti. Quæ est forma sacramenti Eucharistiæ? Respondeo verba quæ proferuntur à sacerdote consecrâdo. Et est duplex forma, vna corporis, & alia sanguinis. Forma corporis, est ista. Hoc est enim corpus meum. Forma sanguinis est ista. Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. In forma siue in verbis formæ sanguinis Christi tangitur quæ beneficia siue effectus quæ recipimus à passione Christi. Primum beneficium siue primus effectus est: quia à potestate dæmonis sumus per ipsam passionem liberati. Et hoc tangitur cum dicitur. Hic est enim calix sanguinis mei. Secundum beneficium siue secundus effectus est quia per ipsum sumus facti hæredes Christi, & regni cælestis. Et hoc tangitur cum dicitur noui, &

æterni testamenti. Tertium est quia per ipsum sumus in fide catholica formati. Et hoc tangitur cum dicitur misterium fidei. Quartum est, quia per ipsum sumus à peccato liberati, & hoc tangitur cum dicitur in remissionem peccatorum. In quo loco debet Missa celebrari? Respondeo in loco sacro & mundo: vt puta in Ecclesia. Iuxta dictum Augustini dicentis, extra Ecclesiam non est locus veri sacrificij. Duplex est Ecclesia quo ad propositum: vna est congruitatis fidelium, fide, charitate: & de talibus intelligitur dictum Augustini extra Ecclesiam non est locus veri sacrificij. Alia est Ecclesia domus materialis in qua dicuntur horæ ad Missarum solemnia & extra talem Ecclesiam in quibusdam casibus potest Missa celebrari. Casus sunt isti propter honestum exercitium.

Item propter maximam congregationem populi quæ in ecclesia parua non potest recipi, potest in cœmeterio vel alio loco celebrari: dum tamen modo aptentur omnia quod non ibi possit inferri offendiculum. Item in domo alicuius magni domini: necessitate tamen imminente, & cum licentia Episcopi potest Missa celebrari.

Nota aliqua circa hoc, quod semper debet esse tabula lapidea & benedicta alicui stipiti annexa & integra: quia si quis præsumeret celebrare aliter peccaret mortaliter. Item nota, quod calix debet esse de auro, vel de argento, vel de stanno, non de alia materia propter pericula quæ possunt euenire. Item nota quod corporalia debent esse linea de sericeo: non de alia materia: quia Christus fuit inuolutus in monumento in sindone munda, id est, in la-

candidissimo, quod significatur per corporalia lineae. Item nota quòd siue in ecclesia, siue extra celebratur Missa, altare semper debet erigi versus orientem. Ita quòd ille qui dicit Missam habeat faciem ad Orientem. Ratio est: quia Christus Oriens est. Luc. i. Visitauit nos Oriens ex alto, id est, Christus.

Item, nota quòd in Ecclesia polluta sanguine, non debet celebrari. qui autē celebraret peccaret mortaliter: non tamen efficeretur irregularis.

Item, nota quòd quando Ecclesia polluta est cœmeterium sibi contiguum est pollutum, nec est ibi celebrandum. Sed cœmeterium non cōtiguum non est pollutum. Sed si cœmeterium siue contiguum siue non, sit pollutum, ecclesia non propter hoc est polluta, & potest celebrari.

Item, nota quòd tempore interdicti generalis, & non alias non debet dici Missa alta voce, nec ianuis apertis, nec horæ in Ecclesia nisi in quatuor festiuitatibus: scilicet in die Natalis, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis beatæ Mariæ virginis.

Item, nota quòd excommunicato præsentem nulus debet celebrare, quia peccaret mortaliter. Quare requiritur tabula lapidea: Responsio. Quia signat monumentum Christi siue sepulchrum quod fuit excisum in petra. Vtrum requiritur quòd Ecclesia sit semper benedicta? Responsio. Dicendum est quod hoc non facit ad sacramentum, quia siue sit benedicta siue non, potest celebrari: tamen propter solennitatem valde honorificum est in Ecclesia benedicta celebrare. In quo tempore debet Missa celebrari? Responsio. De die, & non de nocte.

Et ratio est quia per noctem denotatur status peccati: & per diem status gratiæ. Ideo ad denotandum quod ille qui dicit Missam debet esse in statu gratiæ, debet dici de die, & non de nocte, iuxta dictum Apostoli. Abiiciamus opera tenebrarum: id est peccata, & induamur arma lucis, id est, virtutes. Excepto tamen in festo Natiuitatis Domini. Sunt tres horæ principales quibus debet dici Missa: scilicet Tertia, Sexta, & Nona. Quia Missa dicitur in memoria passionis Christi: quæ fuit principaliter in illis horis, vt patet in Euangelis, & intelligitur de Missa solemniter dicta in Ecclesiis. Item, nota quod à puncto auroræ vsque ad nonam potest Missa celebrari, post nonam vero, non. Item nota quod nobiles debet Missam celebrare antequam dixerit horas: & congruum est vt dicat primam ante Missam.

Item nota quod presbyter non debet facere suum officium ad voluntatem, sed secundum ordinarium suum.

Quot Missas quilibet sacerdos potest celebrare de die? Responso, Nullus debet dicere Missam, nisi semel in die. Excepto in die natalis Domini, in quo celebrantur tres.

Quare in die Natalis Domini celebrare potest presbyter tres Missas? Responso. Quia per illas tres Missas representant tres natiuitates Christi scilicet natiuitatem æternam à patre, natiuitatem spiritualem qua nascitur in animabus iustorum per gratiam, natiuitatem corporalem qua nascitur de virgine Maria.

Nota quod sunt quidam casus in quibus potest aliquis sacerdos duas Missas de die celebrare. Vnde

in m
It
bis
sum
non
indu
alba,
uis ta
sic no
tem d
tur pe
na sp
sus: ve
dinar
gnant
cardin
opera
ditus,
bit in
ex par
Ite
tæ qu
albo d
nem r
alii: r
alba?
sacerd
per q
Qu
oper
radif
C

in manipulo curatorum.

Item nota quòd quando sacerdos vult celebrare bis vel ter non debet post sumptionem sanguinis sumere vinum vsque ad vltimam Missam, quia iam non esset ieiunus. Quot sunt vestes quibus debet indui sacerdos? Septem, scilicet superlicium, amictù, alba, cingulum, manipulus, stola, & casula: quamuis tamen superlicium non sit de essentia Missæ: & sic non requiritur quòd sit benedictum. Cætera autem debent benedici ab Episcopo. Quid significatur per illas septem vestes? Responso. Septem dona spiritus sancti quibus debet esse sacerdos perfusus: velut arma contra septem peccata mortalia ordinantur quibus sacerdos debet esse munitus, vel signant septem virtutes, tres theologales, & quatuor cardinales: quibus debet esse ornatus, vel septem opera misericordiæ: quibus sacerdos debet esse deditus, vel septem dotes: quas celebrans digne habebit in paradiso. Quatuor ex parte corporis, & tres ex parte animæ.

Item, superlicium quid signat? Mundiciam vitæ quam debet habere sacerdos, & sic fit de lino albo & mundo. Quid significat amictum? Eleuationem mentis: ad quem sacerdos debet habere præ aliis: maximè quando dicit Missam. Quid significat alba? Perseuerantiam in bono: quam debet habere sacerdos. Quid significat cingulum? Timorem Dei: per què prohibetur peccatù perpetrari à sacerdote.

Quid significat manipulus? Fructum bonorum operum quem boni sacerdotes reportabunt in paradiso.

Quid signatur per stolam? Mortificatio car-

nis: & debet poni in modum crucis: ad designandū quòd sacerdos debet portare crucem pœnitentiæ in corpore suo. Quid significat casula? Caritatem, quæ præeminet omnibus aliis virtutibus, & cooperit multitudinem peccatorū. Quibus debet dari istud sacramentum? Omnibus fidelibus in ætate debita, sine peccato existentibus, & requirentibus, & ieiuniis nisi sit infirmitas.

Nota quòd ad sumptionem huius sacramenti tria requiruntur, scilicet, Eleuatio mentis ad Deum, Mundicia corporalis, immunitas peccati, vltimum de necessitate requiritur: alia non, sed de congruitate. Quot modis sumitur sacramentum Eucharistiæ? Quatuor modis scilicet, corporaliter: sicut si infidelis sumeret non credens ibi esse corpus Christi verum. Spiritualiter vt fideles audientes Missam cum deuotione. Sacramentaliter, & corporaliter vt Christiani qui sumunt in peccato mortali. Sacramentaliter, corporaliter, & spiritualiter simul: qui cum charitate, & gratia, deuotione, & fide existentes recipiunt istud sacramentum sine peccato, qui ex tali perceptione recipiunt gratiam in hoc mundo, & gloriam recipient in paradiso.

Item, excommunicatis non est dandum istud sacramentum, de ritu huius sacramenti aliquid dicitur in sequentibus: ideo pro nunc taceo. De pecculis occurrentibus in Missa causa breuitatis omitto: & multa alia quæ possent inuestigari quæ continentur in manipulo curatorum.

O
ordin
priè c
muni
Secur
statu
diaco
sunt r
corpu
cont
presb
conat
eucha
rend
gadu
ne hu
recip
scep
Vel
in ve
septe
maio
facti
diaco
non
host
riatu

CAPVT NONVM.

De Sacramento ordinis.

ORdo est signaculum quoddam in quo & per quod spiritualis potestas seu officiū tribuitur ordinato. Cur dicit potestas? propter ordines propriè dictos. Cur dicit officiū? propter ordines communiter dictos. Quot sunt ordines? Responsio. Secundum theologos sunt septem, scilicet exorcistatus/ hostiarius/ lectoriatus/ acolitus/ subdiaconatus/ diaconatus/ & presbyteratus. Quare sunt tot? Ratio est, quia omnis ordo ordinatur ad corpus Christi prout in Sacramento eucharistiæ continetur. Vel ergo ad consecrandum/ & sic est presbyteratus. Vel ad dispensandum/ & sic est diaconatus: Vel ad præparandum materiam sacramenti eucharistiæ/ & sic est subdiaconatus. Vel ad quærendum materiam, & sic est acolitus. Vel ad fugandum diabolum ne aliquem impediatur assumptione huius sacramenti/ & sic est exorcistatus: vel ad recipiendum dignos & excludendum indignos susceptores huius sacramenti, & sic est hostiarius. Vel ad proponendum ea quæ de Christo dicta erant in veteri testamento, & sic est lectoriatus, & sic sunt septem ordines. Nota quod sunt quidam ordines maiores & facti, & quidam minores, qui non sunt facti. Quot sunt facti & maiores? tres. scilicet Subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. Quot sunt non facti? quatuor. scilicet exorcistatus, lectoriatus, hostiarius, & acolitus. Quod est officiū lectoriatus? Legere prophetias. Quod est officium exor-

PARS OCTAVA

cistatus? Fugare diabolum ne impediatur aliquem a sumptione sacramenti eucharistiæ. Quod est officium hostitiatus? Recipere dignos, excludere indignos ad recipiendum eucharistiæ. Quod est officium accolitus? Portare vrceolos cum vino & aqua. Quod est officium subdiaconatus? Portare calicem cum vino ad altare, & preparare necessaria ad sacramentum eucharistiæ. Quod est officium diaconatus? Dispensare corpus Christi fidelibus. Quod est officium presbyteratus? Consecrare verum corpus, & verum sanguinem Christi.

CAPVT DECIMVM.

Nota quod his visis potest in particulari dari diffinitio cuiuslibet ordinis. Exemplum.

Quid est ordo presbyteratus? est potestas per quam ordinatus in presbyterum potest consecrare corpus & sanguinem. Quid est ordo diaconatus? Est potestas per quam ordinatus in diaconum potest dispensare corpus Christi. Quid est ordo subdiaconatus? Est potestas per quam ordinatus in subdiaconum potest necessaria ad consecrationem preparare, & sic de aliis. Quid est ordo lectoratus? Est officium per quam ordinatus potest legere prophetias, & sic de aliis. Vtrum character omnium ordinum præsupponat characterem baptismalem? Respondetur quod sic: quia non baptizatus non debet, nec est dignus promoueri ad ordines: cum baptismus sit ianua & fundamentum omnium sacramentorum.

C
ria.
eius n
quib
ris de
est vt
Qu
uarum
institu
quanc
sanare
cti Ia
cat pro
tes eur
For
sacerd
istam
diam i
visum
virtus
do age
Not
sacram
crame
tiuæ:
istius

CAPVT VNDECIMVM.

De Sacramento extrema vñtionis.

Circa sacramentum extrema vñtionis confide-
 randa sunt septem. Primo quæ est eius mate-
 ria. Secundo quæ est eius forma. Tertio quis est
 eius minister. Quarto quis sit eius effectus. Quinto
 quibus debet dari. Sexto in quibus partibus corpo-
 ris debet fieri. Septimo & vltimo considerandum
 est vtrum debeat iterari.

Quæ est materia huius sacramenti? Est oleum oli-
 varum ab episcopo benedictum. Ratio huius est
 institutio Christi, quæ instituit ipsum fieri in oleo
 quando misit apostolos vngere infirmos oleo &
 sanare eos. Et huic concordat promulgatio san-
 cti Iacobi dicentis. Infirmatur quis ex vobis: indu-
 cat presbyteros Ecclesiæ, vt orent super eum, vnguen-
 tes eum oleo sancto.

Forma huius sacramenti sunt verba quæ dicit
 sacerdos qui vngit infirmum: scilicet ista, Per
 istam vñtionem & suam piissimam misericor-
 diam indulgeat tibi Deus, quicquid deliquisti per
 visum, auditum, &c. ita quod in ista forma tangitur
 virtus istius sacramenti: de qua dicitur infra quan-
 do agitur de eius effectu.

Nota quod differentia est inter formas aliorum
 sacramentorum & istius: quia formæ aliorum sa-
 cramentorum secundum Ambrosium sunt indica-
 tiuæ: vt patet discurrendo per singulas: sed forma
 istius sacramenti est optima, vt patet aspicienti.

PARS OCTAVA

Minister huius sacramenti est presbyter, & non alius, unde nullus nisi sit presbyter potest ministrare istud sacramentum: quod patet ex prædicta auctoritate Iacobi. Infirmatur quis ex vobis, &c. Cuius ratio est: quia ille qui habet dispensare sacramenta corporis Christi mystici, oportet quod habeat potestatem supra corpus Christi verum: sed iste est solus presbyter, quare solus presbyter habet ministrare istud sacramentum. Nec est instantia de baptismo: quia baptismus est maximæ necessitatis ideo oportet quod habeat ministrum maximè communem. Quis est effectus istius sacramenti: est lenatio debilitatis spiritualis. Est etiam alius effectus quia per ipsum peccata venialia & etiam mortalia oblita remittuntur, & gratia habita augetur. Est etiam alius effectus, quia si sit expediens animæ suscipiens sacramentum, si sit expediens animæ suscipiens sanitas corporalis sibi restituitur virtute ipsius sacramenti. Probatur omnia prædicta per auctoritatem iam dictam Iacobi 5. Infirmatur quis ex vobis, &c. Non quod istud sacramentum extremam unctionem debet solum dari infirmis, & non omnibus: sed solum illis qui sunt in periculo, & sunt propinqui morti: qui cum deuotione ante petierant. Vnde in isto sacramento debent inungi oculi, aures, nares, manus, pedes, & renes. Sed quid fiet de cæco à natiuitate, vel de surdo qui non peccauit per visum, nec per auditum, vel de claudo: qui non peccauit per gressum. Nunquid debet inungi in istis membris? Dico quod sic: quia licet cæcus non peccauerit videndo: tamen fortè peccauit inordinatè visum appetendo. Et idem dico de surdo & claudo. Vtrum istud sacramentum possit iterari cum in

sacramentum
est quod
tienti

Cum
do qua
trahi p
Quint
sunt sp
sio, ex
stis & l
dere m
Et dicit
promitt
tuor m
do dicit
virum.
puta pe
do ant
sponsa
to mod
semper
essent v
matrim
mulier
suetud
lierum

facramento nō imprimatur character? Manifestum est quod potest iterari: cum homo possit multotiens ad mortem infirmari.

CAPVT DVODECIMVM

De Sacramento matrimonij.

Circa sponsalia consideranda sunt quinque. Primo quid sint sponsalia, & vnde dicantur. Secundo qualiter contrahantur. Tertio in qua ætate contrahi possint. Quarto quis sit effectus sponsalium. Quinto quibus casibus dissoluantur spōsalia. Quæ sunt sponsalia? Sunt futurarum nuptiarum promissio, ex qua diffinitione quæ communis est canonistis & legistis patet quod sponsalia debent præcedere matrimoniū sicut præsens præcedit futurum. Et dicuntur de spondeo spondes, quod est idē quod promittis. Contrahuntur autem sponsalia quatuor modis. Vno modo nuda promissione, vt quando dicitur, accipiam te in vxorem, & accipiam te in virum. Secundo modo datis arris sponsalium vt puta pecunia vel aliquibus aliis rebus. Tertio modo anuli subarratione. & istud dicitur vulgariter desponsatio: sed propriè subarratio nūcupatur. Quarto modo interueniente iuramento: ita tamen quod semper sint verba de futuro, vt dictum est: quia si essent verba de præsentī non essent sponsalia: sed matrimonium. Quid est matrimonium? Est viri & mulieris legitima coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Non autem dicitur viri & mulierum, nec virorum & mulieris: quia nec vnus

PARS OCTAVA

vir plures mulieres: nec vna mulier plures viros habere potest. Dicit indiuiduā vitæ, &c. Hoc est quod neuter absque consensu alterius potest continentiam profiteri vel orationi vacare: & quod interdum viuunt permanet vinculum coniugale. Alio diffinitur matrimonium. Est viri & mulieris coniunctio, vitæ communis cōsortium, diuini & humani iuris communicatio. Dicitur autē matrimonium de mater tris, & munio is. Vnde matrimonium est quasi matris munium, id est officium, quia dat mulieribus esse matres: vel ideo magis denominatur matre, quam à patre: quia eius officium magis apparet in matrimonio quam officium viri.

CAPVT DECIMVMTERTIVM

De pœnitentia.

SECUNDUM autem Augustinum pœnitentia diffinitur: pœnitentia est quædam doloris virtus, quæ pœnitens in se quod se dolet commisisse. Et dicitur pœnitentia de pœna pœnæ, & teneo tenes, quæ pœnæ tentio, in quantum scilicet pœnitens per penam quam sustinet punit se propter illicita quæ commisit, vel aliter diffinitur sic pœnitentia: est quædam res optima & perfecta omnis defectus reuocans ad perfectum. Pœnitentiarum alia est solennis, alia publica, alia priuata. Pœnitentia solennis est illa quæ imponitur ab episcopo, vel de mādato eius à sacerdote. Pœnitentia publica est propriè illa quæ in ecclesia, non tamen cum prædicta solennitate fit: sicut quando iniungitur peregrinatio per mare

dum
cum
posse
Pœnitentia
uatè
secret
tur. Sc
scilicet
satisfa
riè pro
& satis
gustin
peccat
assum
contri
omnis
tatem
torius
contri
do res
quand
lor erg
Ad de
de pec
quolib
Qui
scinder
gere. I
deben
medic
tatis p
& satis

dum cum baculo cubitali vel cum veste aliqua, vel cum aliquo tali. Et credo quod talis pœnitentia posset iterari totiens quotiens iteraretur peccatum. Pœnitentia priuata est illa quæ singulariter & priuatè fit cum quis quotidie peccata sua confitetur secretè sacerdoti. Et de ista specialiter hic intenditur. Sciendum est quod sunt tres partes pœnitentiæ, scilicet oris confessio, cordis contritio, & operis satisfactio. Quid est contritio? Est dolor voluntariè pro peccatis assumptus cum proposito cõfiteendi & satisfaciendi. Si enim peccatum (teste beato Augustino) agimus, nec est voluntarium, iam non est peccatum. Sic contritio debet esse à deo voluntariè assumpta: quod si non est voluntaria, iam non est contritio. Et ratio istorum est, quia oportet quòd omnis actus meritorius & demeritorius sit ad volùtatem elicitus siue imperatus, alias non esset meritorius, nec demeritorius. Vnde differentia est inter contritionem, & fractionem. nam fractio est quando res frangitur in magnas partes. Contritio est quando frangitur seu teritur in minutas partes. Dolor ergo de peccatis dicitur contritio, & nõ fractio. Ad designandum quod non solum pœnitens debet de peccatis suis in generali confiteri: imo etiam de quolibet in speciali.

Quid est satisfactio? Est peccatorum causas exscindere, & earum suggestionibus aditū nõ indulgere. Ita quod in ista diffinitione duo tanguntur, que debent esse in omni satisfactione. Sicut enim bona medicina & completa debet esse curatiua infirmitatis præteritæ & præseruatiua respectu futuræ: ita & satisfactio debet esse remedium peccati præteriti

PARS OCTAVA

& cautela respectu futuri? Primum tangitur, cum dicitur peccatorum causas excindere. Secundum, cum dicitur earum suggestionibus aditum non indulgere.

De septem Sacramentis monasticorum.

Bis hoc non dantur: sed nepe reiterantur, per hoc baptismus, ordo, confirmatio: per nepe matrimonium, eucharistia, poenitentia, & unctio extrema intelligere debes.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De oratione dominica.

Secundum Augustinum spes explicatur per dominicam orationem: oratio autem dominica perfectissima est, quia secundum eundem Augustinum: si recte, & congruenter oramus: nihil aliud dicere possumus: quam quod in illa oratione positum est. In ea enim sunt 7. petitiones, vt supra patet.

Sciendum igitur, quod in hac oratione tria principaliter ponuntur, primo ponitur captatio beneuolentiae cum dicitur (Pater noster: qui es in caelis) secundo ponuntur 7. petitiones continentes omnia necessaria homini qualitercunq;, cum dicitur. (Sanctificetur, &c.) tertio subiungitur confirmatio: hoc conclusio cum dicitur. (Amen.) Primo ergo captatur beneuolentia dei ex tribus. primo ex clementia quia (pater.) secundo ex providentia quia (noster) tertio ex magnificentia quia (in caelis.) Vel sic. Captatur beneuolentia dei ex tribus: primo ex sapientia: vt ostendatur quod pie nouit bona dare petentibus se: ideo dicitur (pater) in patre enim proposita

antiquitatem denotatur sapientia: secundo ex voluntate, & amore: & ideo dicitur (noster) qui enim dedit nobis filium, vt esset frater noster: & redemptor, omnia cum illo nobis donauit: tertio ex potentia: ideo dicitur, (qui es in cœlis) id est, in domo tua: vbi est omnium bonorum abundantia: sic enim oratores captant beneuolentiam iudicis: commendando eum de bonitate, sapientia, & potentia. Vel sic dici potest. Dicitur (pater) primo ad ostendendum specialē gratiā adoptionis, non iugū seruitutis: secundo vt daret nobis fiduciā impetrandi quod petimus. *Isaiæ 49.* (Nunquid obliuisci potest mater infantem suum?) Dicitur autem (noster) primo vt cum quis orat non propter se tātum: sed etiā pro aliis oret. *Iacobi quinto.* (Orate pro inuicem vt saluemini.) secundo, vt eleuetur mens nostra quòd tantæ sumus dignitatis: quòd sumus filij Dei. Dicitur autem (qui es in cœlis.) Primo vt sciamus: nos habere patrē cœlestē, & sic homo erubescat se terrenis subdere: secundo vt ostendatur, quod potest nobis dare quod petitur: cum enim in cœlo abundet omne bonum: ille qui est in cœlo, vt Dominus, potest nobis dare quod petimus. Secundo ponuntur 7. petitiones que sic ordinantur, duæ sunt partes iustitiæ, scilicet, declinare à malo, & facere bonum. Primo igitur petimus: vt Deus det nobis gratiam faciendi bonum in quatuor primis petitionibus. Secundo, vt det nobis gratiam vitandi malum in aliis tribus petitionibus. Bonorum autem quædam spiritualia sunt, & hæc petuntur in tribus primis, quædam temporalia: & hæc petuntur in quatuor, & patet ordo ex verbis Domini dicentis. (Primum quærite regnū Dei,

PARS OCTAVA

& iustitiam eius.) Bonorum autem animarum quaedam
 pertinent ad futuram vitam, & quantum ad hoc est
 prima petitio: quaedam ad presentem vitam, & haec
 petuntur in aliis duabus. Primo ergo petitur bonum
 gloriae, quantum ad animam pertinet in futuro: ut
 dicitur (sanctificetur nomen tuum) id est in nobis
 clarificetur, ut te videamus facie ad faciem, quod in
 futuro implebitur. (Vel sanctificetur) id est fiat
 nobis firmetur: quod non possimus illud amittere
 per peccatum, quod erit in vita beata: ubi homo peccati
 care non poterit. Ut sanctificetur nomen tuum
 quod nomen est pater, ut sicut tu es pater per crea-
 tionem: ita nos sumus filij tui per beatificationem.
 Ut sanctificetur nomen tuum: quod nomen est be-
 uator: ut scilicet, des nobis vitam aeternam: Des
 enim secundum etymologiam literarum dicitur
 quasi dans aeternam vitam suis. Secundo petitur bonum
 perseverantiae cum dicitur. (Adueniat regnum
 tuum) id est, tu Deus regnes in nobis: ut sic in bono
 perseveremus: & non regnet in nobis peccatum. Tertio
 petitur bonum gratiae cum dicitur. (Fiat voluntas
 tua, sicut in caelo, & in terra:) id est da nobis gratiam
 ut nos, qui habitamus in terra: ita faciamus voluntatem
 tuam, & sic mereamur vitam aeternam: sicut
 ciues caelestes eam faciunt) Vel sicut in caelo) id est
 in viris iustis, ita in terra, id est, in peccatoribus, quod
 fit quando conuertimur. (Vel sicut in caelo.) id est
 in Christo: sic in terra, id est, in Ecclesia militante.
 Possunt autem haec tres petitiones aliter distingui
 fortè melius: quod in prima petatur honor De-
 reuerentia cum dicitur. (Sanctificetur nomen tuum)
 quod, ut dicit Augustinus, non sic petitur: quia

fit
 i. it
 (Sa
 &
 &
 etit
 om
 quo
 Chr
 in n
 enim
 sanc
 de f
 bita
 sanc
 stial
 non
 aute
 Chr
 dum
 laud
 bon
 vt sc
 ueni
 à te
 ri n
 regn
 petit
 nece
 (Fia
 peru
 form

fit sanctum: sed vt sanctum habeatur ab hominibus
 i, ita innotescat Deus vt nō extimetur alius sanctus.
 (Sanctificetur ergo nomē tuum:) id est honoretur:
 & glorificetur à nobis iuxta illud. (Soli deo honor
 & gloria.) vel sic secundum Chrysostomum: (San-
 ctificetur nomen² tuum.) i. fac nos ita viuere: vt per
 omnia te glorificemus: sanctificare enim idem est
 quod glorificare vel honorare secundum eundem
 Chrysostomum. vel sic (Sanctificetur nomen tuum)
 in nobis vt s. si non sumus sancti, fiamus. Inquātum
 enim nos sanctificamur in Christo: sic Deus per nos
 sanctificatur, & glorificatur in mētibus aliorum. vnde
 sanctitas illorum hominum qui ex diuina inha-
 bitatione sanctificantur: est euidentissimum signum
 sanctitatis diuinæ. (Vnde Gregorius.) Quis tam be-
 stialis, qui in credentibus puram vitam conspiciens:
 non glorificet nomen in tali vita inuocatum? ideo
 autem hæc petitio prima ponitur, quia secundum
 Chrysostomum tunc digna est deprecantis oratio,
 dum nihil ante patris gloriam quæritur, sed omnia
 laudi eius postponuntur. In secunda autem petitur
 bonum gloriæ, cum dicitur. (Adueniat regnū tuum)
 vt scilicet simus participes regni cælestis. Vel (Adueniat
 regnum tuum) id est petimus regnum tuum
 à te promissum: & Christi sanguine acquisitum da-
 ri nobis. Vel (Adueniat regnum tuum) vt scilicet in
 regno tuo te regnantem videamus. In tertia autem
 petitione petitur bonum gratiæ & meriti quod est
 necessarium ad veniendum ad regnum cum dicitur.
 (Fiat voluntas tua) ad regnū enim nemo potest
 peruenire nisi voluntati Dei consentiat, & ei se con-
 formet: quod habet per adimpletionem mandato-

rum, & per bona opera, per quæ habetur gratia & conseruatur. [Sicut in cælo & in terra] expone sicut supra. [Vel sicut in cælo.] id est in anima viri cælestis. [Sic in terra] id est in carne terrena, vt caro cõsentiat spiritui. Notandum vero, quod ex modo loquendi datur nobis doctrina: quod ad vitam æternam habendam sunt duo necessaria, scilicet gratia Dei, & voluntas hominis: quia licet Deus hominem creauerit sine eo, non tamen eum iustificat sine eo, vt dicit Augustinus. Ideo igitur nõ dixit, fac voluntatem tuam, ne videretur quod nihil faceret conatus noster: nec faciamus, ne videretur quod nihil faceret gratia Dei, sed dicit [fiat] per gratiam [scilicet dei] adhibito tamen studio, & conatu nostro. Et eadẽ ratio est de hoc quod dicitur impersonaliter. [Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum.] nõ ergo est præsumendum de seipso, sed confitendum de gratia dei: nec totaliter negligendum bonum, sed studium adhibendum. Quarto petimus bonum temporale quod facit ad sustentationem corporis & instrumentaliter ad habendam gloriam cum dicitur. [Panem nostrum quotidianum da nobis hodie] per panem autem omnia necessaria ad vitam corporalem intelliguntur: Dicit autem [panem] contra eos qui non sunt cõtenti cibo communis secundum conditionem sui status. Dicit [nostrum] non alienum contra auaros, & contra illos, qui de rapina & furto vel vsura comedunt, & viuunt. Dicit autem [quotidianum] contra gulosos, qui non solum panem quotidianum: sed multorum dierum comedunt. Dicit [da] contra illos, qui ex superbia sua non reputant se habere bona ex gratia dei: sed ex labore vel industria sua. Dicit [nobis] contra eos

ti
ra
P
fo
Pe
ius
eni
cha
stin
sup
exp
nis
ptu
nem
quo
diue
scrip
pert
decl
cet p
lum
pæn
hoc
culp
di, p
fumu
malu
Deus
dam
tena
pæn
id est

uidos qui nollent, quod alij haberent bona temporalia, sed quod essent indigentes: debemus enim pro alijs optare bona. Dicit [hodie] contra nimis sollicitos, vt doceamur de crastino non esse solliciti. Potest etiam intelligi hoc de pane sacramentali, cuius quotidianus vsus valde proficit homini, sicut enim panis corporalis est præcipuus cibus, sic & eucharistia præcipuum sacramentum, vt dicit Augustinus: vnde & in euangelio Matthæi scriptum est supersubstantialem] i. præcipuum vt Hieronymus exponit: & vt ipse Christus dicit. [Ego sum panis viuus &c.] Potest adhuc intelligi de pane scripturæ secundum Augustinum: vt accipiamus panem quotidianum, diuina præcepta quæ oportet quotidie meditari, & operari, sic ergo secundum diuersos hic petitur panis naturæ, & eucharistiæ, & scripturæ. Postea docet nos petere Christus ea quæ pertinent ad alteram partem iustitiæ, quæ scilicet est declinare à malo. Est autem triplex malum, scilicet præsens, præteritum & futurum, vel illud triplex malum est culpa, seu peccatum: pugna, seu tentatio: & pœna & amotio istius triplicis mali petitur hic. Per hoc autem, quod petimus à nobis amoueri malum culpæ, ostendimus, quod sumus peccatores & immundi, per malum autem tentationis indicamus quod sumus infirmi non valentes per nos resistere, per malum verò penè inuimus quod sumus miseri. Deus autem est clemens: & misericors ad dimittendam culpam, potens ad auxiliandum in pugna & tentatione, & copiosus ad beatificandum contra pœnas, quas patimur. Quinto ergo petimus malum, id est peccatum culpæ remoueri à nobis cum dicitur

PARS OCTAVA

[Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] [Dimitte nobis debita nostra.] i. peccata nostra propter quæ sumus debitores: nam qui offendit aliquem, eius debitor efficitur. Potest autem intelligi de tribus debitis sine offensis quæ petimus nobis dimitti, nam peccavimus in Deum, in proximum & in nosipfos. Primo autem hic manifestamus culpam cum dicimus. [Debita nostra.] signanter autem dicit nostra, quia culpa non est à Deo auctore, sed à voluntate nostra prava. Secundo postulamus misericordiam cum dicitur. [Dimitte nobis debita nostra.] Tertio obligamus nos ad aliorum indulgentiam, cum dicimus. [Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] quia nos scilicet offenderunt: & nobis satisfacere debent. Sed nunquid orat contra se, qui non vult dimittere, & dicitur. [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris?] Dicendum, quod non quia hæc oratio dicitur in persona ecclesiæ. Et idem dicendum de illo, qui nullum habet peccatum, secus autem est, si dicatur in propria persona, quia tunc videtur mentiri. Augustinus [Cum qua spe orat, qui contra alterum inimicitiam servat?] Sicut enim ipse orans mentitur: & dicit remitto, & non remittit, sic & à deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur. Vel potest dici: quod etiam dicendo in propria persona non peccat, quia non dicit illud quantum ad id quod agit, sed quantum ad illud: ad quod optat pervenire. Sciendum autem quod dimittere offensam non petenti ex affectu & ex corde necessitatis est: dimittere autem effectu, licet ostendere signa familiaritatis, perfectionis est

dimittere autem petenti affectu & effectu: necessi-
 tatis est: & de his habes in tertio sententiarum dist.
 30. Sexto petimus amoueri malum futuræ tenta-
 tionis cum dicitur. [Et ne nos inducas in tentatio-
 nem.] Id est, ne nos à tentatione vinci permittas: non
 enim oramus: vt non tentemur, sed ne in tenta-
 tionem inducamur. Tentari enim est utilitas vi-
 ctoriæ, quia peruenit inde bonum, nam secundum
 Augustinum sine tentatione nemo potest esse pro-
 batus. vnde tentari humanum est, sed consentire
 est diabolicum. Sed nunquid Deus inducit in ma-
 lum vt oremus. [Ne nos inducas in tentationem?]
 Dicendum, quod Deus dicitur inducere in malum
 permittendo, in quantum propter peccata nostra
 subtrahit gratiam suam: & sic homo labitur in pec-
 catum. Septimo petimus à nobis amoueri malum
 præsentis pœnæ, cum dicitur. [Sed libera nos à ma-
 lo.] Sicut enim dicit Augustinus: orandum est non
 solum, vt non inducamur in malum: quo caremus:
 quod factum est in præsentis petitione, sed etiam vt
 liberemur ab illo: in quo iam sumus inducti. Item
 quamuis aliquis sit liberatus à culpa, pro qua ora-
 mus ibi. [Dimitte nobis, &c.] Potest tamen rema-
 nere reatus & pœna temporalis debita propter cul-
 pam, & ideo subditur. Sed libera nos à malo: quod
 scilicet debetur nobis non solum pro peccato no-
 stro personali: sed etiam pro peccato originali: vt
 fames nimia, paupertas turpis, infirmitas: ignoran-
 tia animæ, grauitas corporis & huiusmodi. Vel po-
 test dici: quod hæc petitio est generalis contra om-
 ne malum culpæ & pœnæ: quod est tam inferni,
 quam purgatorij: quam huius mundi. Tertio &

ultimo ponitur conclusio : in qua optamus confirmari omnia prædicta, cum dicitur Amen. quasi dicat : ita fiat sicut petimus.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

*De expositione saluationis angelica: scilicet,
Aue Maria.*

Saluatio angelica, scilicet Aue Maria: continet tres partes: vnam partem fecit angelus, scilicet. (Aue Maria, &c.) vsq; in mulieribus; aliam partem fecit Helizabeth scilicet, (Benedictus fructus vëtris tui) tertiam partē addidit ecclesia, scilicet, (Maria) quia angelus non dixit. (Aue Maria,) sed (Aue gratia plena:) Et in fine etiam addidit ecclesia. (Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, amē.) Circa primam partem est sciendum: quod antiqui homines faciebant magnam reuerentiā angelis et apparentibus, sicut patet de Abraham in Genesi. Quòd autē angelus fecerit reuerentiā homini nunquam fuit auditū: nisi quando salutauit virginem gloriosam dicendo (Aue) Ratio autem quare angelus nō reuerabatur hominē, sed homo angelum, est quia angelus erat maior homine quantum ad tria. Primo quantum ad plenitudinem gratiæ: quia angeli participant lumen gratiæ Dei in summa plenitudine: sed homines etsi aliquid participēt de ipso lumine gratiæ Dei: parum tamen, & in quadam obscuritate. Secundo quantum ad familiaritatem ad Deum. nam angelus est familiaris Deo: vt ipse Deus assistens, homo verò est quasi extraneus, & elongatus à Deo per peccatum. Tertio quantum ad dignitatem conditionis. nam angelus est naturæ ue-

corruptibilis: homo verò naturę corruptibilis. Non ergo erat decens: vt angelus homini reuerentiam exhiberet, quousq; aliquis inueniretur in natura humana, qui in his tribus excederet angelos, & hæc fuit beatissima virgo Maria, ipsa enim excedit angelos in tribus. Primo in plenitudine gratiæ, quæ maior fuit in beata virgine quam in aliquo, & ideo merito dicitur exaltata super choros angelorum, quare dixit ei angelus. (Gratia plena.) Secundo in familiaritate Dei, ipsa enim fuit mater Dei, & Deus eius filius, qui tamen dicitur dominus angelorum, & ideo dixit ei angelus. (Dominus tecū.) Tertio in dignitate cōditionis excedit angelos, vel saltem est eis æqualis: ipsa enim fuit purissima, & dignissima, quia absque omni culpa actuali, & absque pœna maledictionis debita hominibus propter peccatum. Vbi sciēdum quod duę maledictiones datę sunt hominibus propter peccatum. Prima data est mulieri, scilicet quod in corruptione conciperet & cum grauiamine portaret: & in dolore pareret. sed ab his immunis fuit beata virgo Maria: quia sine corruptione concepit, in solatio portauit: & cum gaudio peperit saluatorem. Secunda fuit communis viris & mulieribus: vt scilicet in puluerem reuerteretur: & ab hac fuit immunis beata virgo, quia credimus quod post mortem cito resuscitata fuit: & cum corpore in cælum portata, & sic immunis fuit ab omni maledictione, vnde & ipsa maledictionē abstulit: & benedictionem portauit, & ideo dixit ei angelus. (Benedicta tu in mulieribus.) merito igitur reuerentiam exhibet: & eam salutat angelus: eo quod ipsa angelos in istis tribus excedit. Circa secundam partē sciēdū: quod

PARS OCTAVA

Eua in fructu suo quæsiuit primo assimilari Deo. (Eritis sicut dii) dixit diabolus, & mentitus est: quia propter esum illius fructus non fuit deo similis, sed magis dissimilis: sed hoc inuenit beata virgo, & omnes Christiani in fructu ventris sui: quia per Christi coniungimur & assimilamur deo. Secundo Eua in isto fructu quæsiuit declarationem, sed nõ inuenit, quia statim sensit pœnæ amaritudinem, & inde habuit dolorem, sed in fructu beatæ virginis suauitatem inuenimus. Sicut ergo fructus, quem Eua comedit, fuit maledictus, & maledictionem attulit, sic per oppositum fructus quem beata virgo mundo edidit, fuit benedictus, & benedictionem attulit: & ideo cantat ecclesiâ (Ex te ortus est sol iustitiæ) Christus Deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem, bene igitur dixit Helizabeth. (Benedictus fructus ventris tui) Circa tertiam partem est sciendum quod Maria interpretatur illuminatrix stella maris: & domina quæ omnia beatæ virgini proprie conueniunt: ipsa enim illuminat totum mundum: & ideo comparatur Soli & Lunæ. Dirigit etiam sicut stella maris deuotos nauigantes in mari huius mundi ad portum salutis. Est etiam domina nostra, si enim est mater Domini, & domina angelorum, multo fortius est domina Christianorum: ergo proprie dicitur nomen virginis Maria, Luca 1. Qui ergo indigemus illuminari, dirigi, & gubernari, ideo eius quæ potest ista facere patrociniũ imploremus concludetes. (Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus. Amen. Ora pro nobis, quia mulier sancta es: vt dicitur Iudith octauo.

CAPVT DECIMVMSEXTVM,

*De præceptis decalogi, numero &
ordine eorum.*

Charitas explicatur per præcepta secundum beatum Augustinum in Enchiridion dupliciter: scilicet immediatè & mediatè: & immediatè quidè per illa duo quæ ponuntur in Euangelio Matth. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, quod est primum præceptum. Secundum autem præceptum est sicut ibi sequitur. (Diliges proximum tuum sicut teipsum.) vnde hæc duo præcepta dicuntur præcepta charitatis ad quæ etiã alia decem: de quibus dicitur, reducuntur & in eis includuntur, quia prima tria continentur sub præcepto de dilectione Dei: alia autem septem continentur sub præcepto de dilectione proximi: vt de se patet, & ideo dixit Christus vbi supra. (In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ. mediatè autem charitas explicatur in præceptis decalogi. Dicitur autem decalogus à deca, quod est decem: & logos, quod est sermo: quasi decem moralium præceptorum sermo: vnde ipsa præcepta moralia dicuntur, quia in ipsis in summa omnes virtutes præcipiuntur, & omnia prohibentur implicite vel explicite. In his autem consistit hominis perfectio, & iustitia: scilicet declinare à malo: & facere bonum. Psalm. (Declina à malo, & fac bonum.) primum ergo præceptum est. (Non habebis deos alienos coram me.) in quo præcepto omnis idololatria specialiter prohibetur: vnde ibidem

PARS OCTAVA

Subditur Exodi 20. vbi ponuntur hæc præcepta. (Non facies tibi sculptile.) id est, idolum: neque omnem similitudinem quæ est in cælo desuper, neque deorsum in terra, neque eorum quæ sunt in aquis.) Hoc est, non facies tibi pro Deo similitudinem Solis, & Lunæ: neq; hominis, neque iumentis, & huiusmodi quæ colebat populus ex errore, vnde sequitur. (Non adorabis ea, neque coles.) Secundum præceptum est. (Non assumes nomen Dei tui in vanum,) id est, neque falsè, neque superflue, neque dolosè iurabis per nomen Domini Dei tui, nec honorem eius: quantum in te est: euanescere facies de eo prauè sentiendo. Ille enim nomen Dei in vanum accipit: qui iurat per eum ad confirmationem seu assertionem falsi, vel quando iurat sine necessitate, aut vtilitate, vel quando iurat contra iustitiæ æquitatem, aut contra ordinem charitatis, aut in nocementum sui, vel proximi. Tertium præceptum est. (Memento vt diem sabbati sanctifices,) id est, sanctum & feriatum habeas ab operibus: vnde ibidem subditur. (Sex diebus operaberis: & facies opera tua: septimo autem die erit sabbatum, & non facies in eo omne opus.) Sicut enim Deum corde debemus colere: quod præcipitur in primo præcepto, ore venerari: quod præcipitur in secundo: sic quoque debemus sibi opere seruire: quod præcipitur in tertio. Hoc enim est sabbatum spiritualiter sanctificare, cessare ab opere seruili, maxime peccati: & sancta opera in eo facere: sanctisque vacare elemosynis: & aliis operibus pietatis intendere: ad Ecclesiam conuenire, vbi diuina mysteria celebrantur: sacrificia offeruntur, verba Dei recitantur: &

uin
du
liu
tur
cep
dup
nistr
tur p
per t
præn
hoc
Qu
iniu
feren
nec e
& de
tur h
ctori
mort
prop
Sex
est, no
dere
teriu
pter i
Sep
autè p
indeb
mino
tuc est
q, &

uina beneficia commemoratur : & laudes Deo redduntur, orationesque fiunt deuotius, & à Deo facilius exaudiuntur : in hoc autem præcepto intelligitur obseruatio aliquorum festorum. Quartum præceptum est. (Honora patrem tuum, & matrem tuam,) duplici honore: scilicet venerando, & necessaria ministrando. Huic autem præcepto solum adiungitur promissio: cum subditur. (Ut sis longæuus super terram,) cuius ratio est: ne, scilicet, credatur præmium non deberi honorantibus parentes: cum hoc videatur esse debitum naturale.

Quintum est. (Non occides,) scilicet, homines iniuste, & propria voluntate, nec manu violenta inferendo nocumentum, nec mente, nec consensu, nec etiam subtrahendo auxilium vitæ illi, cui potes, & debes dare. In isto siquidem præcepto prohibetur homicidium fieri propria auctoritate, quia auctoritate legis licitum est iudici reo infligere pœnâ mortis: & tunc iudex non occidit, sed lex, & ideo propter transgressores posita est lex.

Sextum præceptum est. (Non mœchaberis,) id est, non commiscearis carnaliter alicui, excepto fœdere matrimonij: in isto præcepto prohibetur adulterium: necnô, & omnis carnalis commixtio propter illam quæ est in matrimonio.

Septimū præceptū est. (Non furtum facies.) In isto autē præcepto prohibetur omnis rapina, & omnis indebita subtractio rei alienæ aut detētio inuito Domino, quod cōtingit fieri vel occultè accipiendo, & tūc est furtum: aut manifestè, & violenter accipiendo, & tunc est rapina: aut mercedem mercenario,

PARS OCTAVA

& debitum creditori negando & non reddendo, & hæc est iniuria, aut in mercationibus fraudem & dolum scienter committendo: quod est iniustitia, aut de muto impenso ultra sortem aliquid recipiendo, quod est usura. Octauum præceptum est. Non loqueris cõtra proximum tuum falsum testimonium, in quo præcepto prohibetur, ne homo iniurietur proximo ore vel qualitercunque, hoc autem contingit vel in iudicio vel extra iudicium. In iudicio de falso proximum accusando vel falsum cõtra ipsam testificando, vel contra innocẽtem falsam sententiam proferendo. Extra iudicium faciunt contra illud præceptum detractores, diffamatores: discordiantes, feminatores. In isto etiã præcepto prohibet Dominus mendacium etsi esset ad vtilitatem alicuius. Nonum præceptum est. (Non concupisces rem proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, asinum, nec omnia quæ illius sunt.) quasi dicat, non solũ non auferes rem proximi, sed nec etiã indebitè concupisces. Lex autem humana tantum iudicium factis & dictis: lex autem diuina non solum de rebus sed etiã de cogitationibus: quia prohibet manuum nocumento, & animam seu voluntatem à nocendo. In isto autem præcepto prohibetur concupiscentia oculorum respectu rei alienæ tam mobilis, quàm immobilis. Decimum præceptum est. (Non desiderabis uxorem proximi tui.) In isto præcepto prohibetur concupiscentia carnis, & actus interior concupiscendi seu delectandi interiorius in corde. Et ita non idem est præceptum cum sexto superius posito, immo diuersum: quia ibi prohibetur actus exterior, hic interior. Ratio autem quare potius prohibitio concu-

pisc
qua
ist
hor
tion
hor
qua
cup
non
dum
tur
sibi
quo
Hor
cipit
pulo
bula
hom
Dom
hoc
alien
Dom
tur
Dei
min
ter
sanct
septe
mun
Vno
quor
ad he

piscentia, furti & mœchiæ ponitur sub præcepto,
 quam concupiscentia homicidij: & mēdacij, & falsi
 ista est, quia ad concupiscentiam, furti & mœchiæ,
 homo amplius pronus est, eo quòd de se habeat ra-
 tionem utilis & delectabilis, concupiscentia autem
 homicidij & falsi de se horribilis est, nec habet ali-
 quam rationem boni: & ideo fuit prohibenda con-
 cupiscentia furti & adulterij præceptis specialibus,
 non autem concupiscentia homicidij, vel falsi, Sciē-
 dum est autem: quòd duo ponuntur præcepta na-
 turæ: primum est, vt homo faciat alteri quod vellet
 sibi fieri: Matth. 7. Secundum vt non facias alteri,
 quod non vis tibi fieri, vt habetur Thobia quarto.
 Horum ergo præceptorum numerus & ordo sic ac-
 cipitur: hæc enim præcepta data fuerunt à Deo po-
 pulo fidei in duabus tabulis: in prima siquidem ta-
 bula scripta erant tria prima præcepta quæ ordināt
 hominē ad Deum: tria enim debet omnis homo
 Domino suo, primum est fidelitas, & quantum ad
 hoc datur primum præceptum, (Non habebis deos
 alienos coram me.) secundum: quod debet homo
 Domino suo est reuerentia, & quantum ad hoc da-
 tur secundum præceptum. (Non assumes nomen
 Dei tui in vanum.) Tertium, quod debet homo Do-
 mino suo est famulatus, & quantum ad hoc datur
 tertium præceptum. (Memento, vt diem sabbati
 sanctifices.) In secunda vero tabula scripta erāt alia
 septem præcepta: quæ hominē ordināt ad proxi-
 mum: homo enim ordinatur ad aliquos dupliciter.
 Vno quidem modo specialiter quantum ad illos
 quorū debitor est: vt eis debitū reddatur, & quātum
 ad hoc est quartum præceptum: honora patre tuum



PARS OCTAVA

& matrem tuam: hoc enim à parentibus habet tria, scilicet, esse, nutrimentum, & disciplinam. Alio modo ordinatur homo ad alios generaliter quatum ad omnes: vt nulli nocumentum inferat, nec opere, nec ore, nec corde. Opere quidem nec quatum ad personam seu personæ consistentiam: & quantum ad hoc ponitur quintum præceptum. Non occides. Nec quantum ad personam coniunctam, & quantum ad hoc ponitur sextum præceptum. (Non mæchaberis.) Nec quantum ad rem possessam, & quantum ad hoc ponitur septimum præceptum. Non furtum facies. Ore quidem non est proximo nocumentum inferendum, & quantum ad hoc est octauum præceptum. (Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.) Corde vero dupliciter inferitur nocumentum, quantum ad duplicem concupiscentiam quæ à corde procedit. Primo quidem quatum ad concupiscentiam rei alienæ: & quantum ad hoc est nonum præceptum. (Non desiderabis rem proximi tui.) Alio modo quantum ad concupiscentiam carnis: & quantum ad hoc ponitur decimum præceptum. (Non desiderabis vxorem proximi tui.) Hæc autem præcepta recitauimus in doctrina christiana, vt patet supra.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De præceptis Ecclesiæ.

P
 fia
 dis
 Mi
 Qu
 cien
 uen
 mur
 Oct
 quib
 prie
 iuga
 Hi
 gefir
 anni,
 ferius
 drag
 Pent
 stum
 diebu
 D
 V
 Vig
 sanct
 ption
 sanct
 quan
 lippi
 Se
 auter
 sanct

Post præcepta diuinæ legis subsequenter dicendum est de præceptis legis canonicæ, siue Ecclesiæ, quæ sunt 10. Primum est de ieiuniis obseruandis. Secundum de festis colendis. Tertium de Missis audiendis. Quartum de decimis soluendis. Quintum de confessione saltem semel in anno facienda, postquam quis ad annos discretionis peruenerit. Sextum de cõmunionem in Pascha. Septimum de non comedendo carnes cæteris diebus. Octauum, quòd diebus ieiuniorum abstinenceur à quibusdam cibariis. Nonum de tempore, quo nuptiæ interdicuntur. Decimum, quòd debitum cõiugale non exigatur cæteris diebus, & temporibus.

Hi sunt dies ieiuniorum, videlicet tota Quadragesima, præter dies Dominicos: quatuor tempora anni, videlicet vernale, scilicet in quarta, & sexta feriis: & sabbato post primam Dominicam Quadragesimæ, æstiuale in eisdem diebus post festum Pentecostes: autumnale in eisdem diebus post festum sanctæ Crucis de Septembri: hyemale eisdem diebus post festum sanctæ Lucie, vnde versus,

Dat crux Lucia, cinisque & charismata dia.

Vt sit in angaria quarta sequens feria.

Vigilia Natalis Domini, Pentecostes, natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, sancti Laurentij, Assumptionis beatæ Mariæ semper Virginis, omnium sanctorum, vigilia omnium Apostolorum, præterquam sancti Ioannis Euangelistæ: & sanctorum Philippi, & Iacobi.

Secundum præceptum est de festis colendis: hi autem sunt dies festi colendi, Natiuitatis Domini, sancti Stephani, sancti Ioannis Euangelistæ, sancto-

P A R S O C T A V A

rum Innocentium, sancti Syluestri, circuncisionis Domini, Epiphaniæ, Paschæ cum duobus diebus sequentibus: Ascensionis Domini, Pentecostes cum duobus diebus sequentibus: solennitatis corporis Christi, Natiuitatis, Annunciationis, Assumptionis, & Purificationis beatæ Mariæ virginis: Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, duodecim Apostolorum, sancti Laurentij, Dedicationis sancti Michaelis, solennitatis omnium Sanctorum, sancti Martini, Inventionis sanctæ Crucis, diei Dominici festiuitates quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus laudare. Tertium præceptum est de Missis audiendis audiendæ sunt autem Missæ omnibus diebus Dominicis & festis solemnibus ab Ecclesia institutis. Quartum præceptum est de decimis solaribus: Circa quod sciendum quod dantur sunt species decimarum, quædam enim sunt personales, quædam verò prædiales. Personales sunt, quæ proueniunt ex negociatione, artificio seu sciëntia, militia: aut ueniunt ex prædiis: prædiales decimæ dantur statim quod fructus percipiuntur: personales autem possunt dari vsque ad finem anni. Ad solutionem decimarum homines tenentur partim ex iure naturali: quia naturale est ut hi qui diuino cultui mancipati, & populo spiritalia ministrant: ab eisdem necessaria recipiant: partim ex determinatione Ecclesiæ quæ ita decreuit: ut quilibet decimam partem bonorum suorum iuste acquiritorum suis ministris tribuat. Vnde decimæ prædiales dantur Ecclesiæ ubi situm est prædium: personales uero Episcopo, vel Ecclesiæ, à quibus percipiuntur.

me
vel
bu
ma
tio
ver
san
loc
tur.
uere
exist
fesse
fem
prie
riam
chia
dos
fratr
form
fessio
abso
roch
testa
qui
fano
in c
sunt
ne: n
Alpi
Pr
tatu
Secu

menta. Dandæ sunt autem decimæ de melioribus vel saltem mediocribus, & hoc de omnibus fructibus terrarum, arborum, hortorum: nutrimentis animalium, lana, lacte, sceno, lignis, piscationibus, venationibus, affictis, pensionibus, molendinis etiam ad ventum, balneis, fulloniis, mineris, lapidicinis. Excusantur autem à solutione decimarum illi, in quorū locis ex antiqua consuetudine decimæ non solvantur. Si tamen Ecclesia hoc exigeret, tenerentur solvere, alias si obstinati essent, in statu damnationis existerēt. Multa alia de decimis vide in summis confessorum. Quintum præceptum est de confessione semel in anno facienda proprio sacerdoti. Proprius autem sacerdos est: qui curam animæ ordinariam habet, sicut Papa, legatus, Episcopus, & parochianus. Potest autem committere proprius sacerdos vices suas alteri: vt subditos suos audiat, vnde fratres mendicantes auctoritate Episcopi secundum formam Concilij Tridentini, ad audientiam confessionum expositi possunt audire confessiones, & absoluerè & pœnitētiis iniungere, sicut potest parochialis sacerdos, qui licet habeat ordinariam potestatem, non tamen plénariam habet. Sed sunt aliqui casus reseruati Papæ, & aliqui Episcopo diœcesano, casus autem qui reseruantur Papæ, vide infra in c. de excommun. Casus vero reseruati Episcopo sunt 9. quatuor de iure, & quinque de consuetudine: modo tamen possunt plures sibi reseruare. Vide Alpicinetam in sua summa.

Primus casus de iure Episcopo reseruatus est peccatum clerici per quod incurrisset irregularitatem.

Secundus est de incendiariis. Tertius est de pec-

cato, vbi esset indicenda solemnis pœnitentia. Quartus est de excommunicatione maiori. Quintus est de homicidio voluntario. Sextus est de violatione Ecclesiasticæ immunitatis. Septimus de violatione Ecclesiasticæ libertatis. Octauus de falsariis. Nonus de sacrilegiis. Censuras autem, quæ reuertantur Episcopo, vide infra in capitulo de excommunicatione. Reseruatur etiam Papæ dispensatio vel commutatio vōtorum religionis, & castitatis, & peregrinatio ad terram sanctam, ad limina Apostolorum Petri & Pauli Romæ, & sancti Iacobi in compoſtella. Reliqua omnia potest Episcopus commutare vel etiam dispensare. Ad confessionem autem faciendam semel in anno tenetur quilibet postquam ad annum discretionis peruenerit. Sextum præceptum est de communionem. Nam quilibet postquam ad annum discretionis peruenerit, tenetur communicare semel in anno in paschate, nisi de consilio proprio sacerdotis, propter aliquam causam rationabilem ad tempus abſtineat. Intellige autem in paschate secundum declarationem Eugenij quarti, à secunda feria post Dominicam in Ramis palmarum, vsque ad octauas Paschæ inclusiue. Septimum præceptum est de carnibus non comedendis cæteris diebus.

Hi sunt autem dies, in quibus non licet alicui carnes comedere, diebus ieiuniorum, sexta feria, & sabbato, vbi est consuetudo non comedendi. Octauum præceptum est, à quibusdam cibariis abſtinendum diebus ieiuniorum, quæ sunt ista. Nam quilibet iunans tenetur abſtinere à carnibus generaliter, & ouis regulariter, à lacticiiniis in Quadragesima, & aliis ieiuniis seruetur consuetudo terræ. Nonus

pra
pri
ru
uas
Hil
I
uas
nem
tis, c
excl
D
gale
licet
fra sc
diebu
diebu
re pra
Purif
turali
in co
Eccle

C A I

Q
tia. D
cut of
vita h
ctâ co

præceptum est, quo tempore interdictæ sunt nuptiæ. Interdictæ sunt autem celebrationes nuptiarum à prima Dominica Aduentus, vsque ad octauas Epiphaniæ inclusiue, qua die est festum sancti Hilarij.

Item, à feria quarta Cinerum, vsque ad octauas Paschæ inclusiue, & à Dominica ante Ascensionem, siue ante rogationes vsque ad festum Trinitatis, quod est in Dominica prima post Pentecostem exclusiue.

Decimum præceptum est quod debitum coniugale nõ exigatur certis diebus vel temporibus, non licet autem exigere debitum coniugale diebus infra scriptis, videlicet. Diebus dominicis & festiuis, diebus ieiuniorum, diebus processionum, tribus diebus saltem ante sacram communionem, tempore prægnationis si sit periculum abortus, tempore Purificationis post partum, tempore menstrui naturalis. Non est tamen peccatum mortale, nisi fiat in contemptum sacrorum dierum vel ordinationis Ecclesiæ.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM,

De virtutibus cardinalibus.

Quatuor sunt virtutes cardinales, videlicet Prudentia, Iustitia, Fortitudo, & Temperantia. Dicuntur autem cardinales à cardine, quia sicut ostium vertitur in cardinibus & sustentatur: ita vita humana in his virtutibus quatum scilicet ad rectam conuersationem. Vel dicuntur cardinales quia sunt

PARS OCTAVA

principales: & ad eas omnes aliæ virtutes morales
 reducuntur. Morales autem dicuntur à more: quia
 per morem: seu consuetudinem acquiruntur. Earum
 autem ordo: & numerus sic accipitur: quia homo
 ordinatur in moribus in faciendo bonum: & decli-
 nando à malo. Ad bonum autem faciendum requi-
 ritur eiusdem boni & sui contrarij cognitio: & hæc
 est prudentia. Requiritur etiam boni cogniti excu-
 sio: & hæc est iustitia. Malum autem oritur inini-
 secus: cuiusmodi sunt passiones brutales, concu-
 piscentiæ, iræ, & huiusmodi, & moderantur per
 temperantiam, aut infertur ab extrinseco: cuiusmodi
 est passio timoris respectu mali futuri: & passio do-
 loris respectu mali præsentis: & has passiones re-
 mit fortitudo. Prudentia igitur perficit intellectum
 ad dirigendam totam vitam humanam, consistit
 in hoc, quod quisque sciat inuenire medium secun-
 dum rectam rationem in his quæ sunt ab homine
 facienda: vt videlicet quis sciat semetipsum: & alia
 regere. Diffinitur autem prudentia sic. Prudentia
 bonarum rerum, atque malarum vtrarumque
 secretio. Species prudentiæ sunt hæc, videlicet. Pro-
 dentia, quæ est præsentium notio, & futurorum
 cognitio, pertractans euentum. Alia est circumspici-
 quæ est virtus diligenter negocij circumstantias ex-
 minans. Tertia est cautio, quæ est virtus per di-
 tionem virtutum à vitiis impedimenta aufugens.
 Iustitia perficit volutatem ad reddendum unicuique
 quod suum est. Consistit autem in hoc: quod ser-
 tur æqualitas inter homines communicantes ad
 vicem quantum ad res exteriores, quibus vtriusque
 Hæc autem sic diffinitur. Iustitia est virtus singularis

secundum iusti electionem: æqua ratione diiudicans. Species autem iustitiæ sunt hæc, videlicet. Seueritas, quæ est virtus debito supplicio coercens iniuriam. Equitas, quæ est iusticia dolore misericordię rigorosa temperans. Veritas, quæ est virtus, per quã immutata ea, quæ sunt, aut futura sunt, dicuntur. Obedientia, quæ est virtus, quæ legitima superiorum præcepta exequitur. Liberalitas, quæ est virtus beneficiorum erogatrix. Benignitas, quæ est virtus ad benefaciendũ exposita sui cunctos inuitans dulcedine. Benignitatis autem istæ sunt species, videlicet religio, quæ est virtus diuinitatis curam gerens, cęrimoniamque offerens. Pietas, quæ est virtus: per quam sanguine coniunctis, & patrię beneuolis officium, & diligens attribuitur cultus. Innocentia, quæ est virtus omnem iniurię illationem abhorrens. Humanitas, quæ est virtus, qua miserationis affectu nos inuicem tuemur. Misericordia, quæ est virtus, per quã animus super calamitate afflictorum mouetur. Gratia, quæ est virtus, qua amicitiarum, & officiorum alterius memorię remunerandi volũtate continetur. Reuerentia, quæ est virtus personis grauibus vel aliqua dignitate siue prælatione sublimatis debite honorificationis cultũ exhibens. Concordia, quæ est virtus conciuēs, & compatriotas in eodem iure spontaneè nectens. Amicitia, quæ est bona voluntas erga aliquam personam causa illius tantum qui diligitur. Fortitudo perficit irascibilem circa difficilia aggredienda vel sustinenda, maximè circa pericula mortis. Consistit enim in hoc, quòd mens hominis sit firma ad toleranda aduersa: & ne recedat ab eo, quod ratio dictauerit faciendum, pro-

PARS OCTAVA

pter aliquid difficile, quod incumbat. Hæc autem
 sic diffinitur, Fortitudo est considerata periculorum
 susceptio, & diuturna laborum perpessio. Istæ sunt
 species fortitudinis, videlicet, magnanimitas, quæ
 est difficilium rerum spontanea & rationabilis ag-
 gressio. Magnificencia, quæ est difficilium, atque
 præclarorum consummatio. Fiducia, quæ est certa
 spes animi, perducens rem inchoatam ad finem. Se-
 curitas, quæ est incommoditates imminentes, vel
 affines rei inchoatæ non formidare. Patientia, quæ
 est iniuriarum: atque contumeliarum, & omnis ad-
 versitatis impetus æquanimiter portare. Cõstantia,
 quæ est stabilitas animi firmi in proposito perseve-
 rans. Temperantia, quæ perficit concupiscentiam
 ad refrenandas, & regulandas passiones ipsius. Con-
 sistit enim in repressione passionum brutalium &
 præcipuè in moderatione delectationum tactus &
 gustus, id est venerorum & cibariorum. Hæc autem
 sic diffinitur. Temperantia est rationis dominans
 in libidinem, & alios motus importunos. Istæ sunt
 species temperantiæ, videlicet. Modestia, quæ est
 virtus quæ facit cultum & motum, & omnem na-
 turalem occupationem vltra defectum, & citra ex-
 cessum sistere. Verecundia, quæ est in gestu, & ve-
 bo honestatem servare. Abstinencia, quæ est statum
 tempus cibandi non præuenire. Moderantia, quæ est
 nimium ciborum appetitum rationis imperio re-
 uocare. Honestas, quæ est nec lautiores cibos qua-
 rere, nec in apparatu operam dare. Parcitas, quæ est
 mensuram refectionis non excedere. Sobrietas, quæ
 est in potu excessum cohibere. Pudicitia, quæ est
 moderamine rationis petulantiã domare. Subi-

ergo quatuor virtutibus, scilicet, Prudentia, Iustitia, Fortitudine & Temperantia, omnes aliæ virtutes morales continentur, sicut pulchrè & completè determinat sanctus Thom. in 2. 2.

CAPVT DECIMVMNONVM.

De donis Spiritus sancti, & distinctione eorundem.

Dona Spiritus sancti ponuntur septem: quæ habentur Esaia 11. videlicet, (Donum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, sciëntiæ & pietatis, & timoris Domini.) Differunt autem à virtutibus moralibus, quia virtutes morales perficiunt hominem secundum quòd natus aptus est moveri, & regi per imperium rationis, dona autem perficiunt hominem per comparationem ad regimen Spiritus sancti, vt promptè obediat ei. Distinguantur autem dona adinucem, quia ratio in speculabilibus perficitur ad apprehendendum per intellectum, ad iudicandum per sapientiã, in practicis verò, seu agibilibus ad apprehendendum per consilium, ad iudicandum per scientiam. Vis autem appetitiua perficitur in his quæ sunt ad alterum per pietatem, in his autem quæ sunt ad seipsum contra timorem periculorum perficitur per fortitudinem, contra concupiscentiam autem inordinatam delectabilium per timorem. Donum igitur sapientiæ dicit rectitudinem consilij de rebus diuinis conspiciendis quo ad intellectum: & consulendis quo ad effectum, & hoc per regulas inspiratas à Deo.

PARS OCTAVA

Donum intellectus signat quoddam lumen nobis datum à Deo ad cognoscendum veritatem diuinam, ad cuius cognitionem per virtutem luminis naturalis pertingere non valemus. Donum consilij consistit in hoc, quòd homo dirigitur à Deo per modum consulentis in agendis, circa quæ non dirigit sufficienter inquisitio naturalis. Donum scientiæ consistit in hoc quòd animus hominis instruitur à Deo ad discernendum credenda à non credendis. Donum fortitudinis consistit in hoc quòd animus hominis moueatur à Spiritu sancto ad confitendum se posse peruenire ad finem boni operis inchoati, & euadere quæcunque pericula imminetia, licet etiam naturæ potestatem excedant. Donum pietatis consistit in hoc, quòd animus hominis moueatur à Spiritu sancto ad exhibendum quendam affectum filium Deo. Donum timoris est, per quod mouetur homo à Spiritu sancto, vt semper quærat esse subiectus Deo, refugiat se subducere ab eo. Est autem timor multiplex, scilicet. Mûdanus, quo propter timorem mundi Deum offendit. Humanus siue naturalis, quo homo naturaliter timet mortem, mutilationem, & huiusmodi. Seruilis per quem quis retrahitur à peccato timore pœnæ. Initialis qui introducit charitatem, sicut cera introducit lumen. Filialis, per quem homo amore iusticiæ benefacit. Et isto modo timorem donum Spiritu sancti, timor vero humanus est indifferens, initialis vero & seruilis boni sed imperfecti.

*De operibus misericordiae, tam corporalibus
quam spiritualibus.*

CAPVT VIGESIMVM.

Opera misericordiae in duo genera diuiduntur, quaedam enim sunt corporalia, quaedam spiritualia. corporalia ordinantur ad subleuationem indigentiae corporalis, spiritualia autem ad subleuationem indigentiae spiritualis. Primae sunt septem species, siue partes, quarum sex primae ponuntur Matthaei vigesimoquinto, & etiam habetur Thobie secundo. Primum igitur opus misericordiae est refectio esurientis, & consistit in hoc, vt cum aliquis videt aliquem famis inedia laborantem, dato ei cibo ipsum reficiat. Secundum est potatio sitientium, & consistit in hoc vt sitientem homo refrigeret: dato sibi potu. Tertium est receptio: siue collectio peregrinorum, quod consistit in hoc quod homo homini non habenti hospitium communicet domum suam. Quartum est coopertio nudorum, & consistit in hoc, quod si homo viderit proximum frigori expositum, propter defectum vestis, eum pro possibilitate sua satagat operire. Quintum est visitatio infirmorum, quae consistit in hoc, quod homo proximo infirmo compatiens procuret sibi: si poterit sanitatem vel saltem sua praesentia: dolorem eius, quantum poterit, alleuiet. Sextum est redemptio captiuorum, & consistit in hoc, quod homo violenter oppressus & iniuste eripiat consilio, auxilio, & fauore, & incarceratos visitet & subueniat eisdem misericordiam impendendo iuxta praecipuum saluato-

ris. Septimum est sepultura mortuorum, quæ con-
 stit in hoc, quod homo procuret defunctis ecclesi-
 sticam sepulturam, si eis non fuerit interdicta. Inter-
 dicta verò est secundum iura ecclesiastica sepultura
 his, qui seipsos occidunt. Item his, qui pro suis sce-
 leribus sine pœnitentia occiduntur. Item excommu-
 nicatis. Item his qui moriuntur in torneamentis.
 Itē infidelibus, hereticis, sortilegis, scismaticis. Item
 his qui moriuntur in peccato mortali, si de hoc cõ-
 stiterit. Item religiosi qui moriuntur proprietarij,
 & sine pœnitentia decedunt. De his ergo operibus
 misericordiæ disceprabit Christus cum hominibus
 in iudicio, vt patet in Matthæo. Opera misericor-
 diæ spiritualis sunt septem. Primum opus est in-
 struere ignorantem quantum ad speculabilia: vt si
 quis videat aliquem ignorantem aliquid, quod sit
 necessarium ad salutem animæ vel quod aliquo mo-
 do ad officium suum spectet, ipsum debeat infor-
 mare. ecclesiastici 18. (Qui misericordiã habet, do-
 cet, & erudit: sicut pastor gregem suum.) Secundum
 est consulere dubitantem quantum ad agibilia, vt
 cum quis videt aliquem in aliquo negotio vaci-
 lantem, det ei consilium si sciat quid facere debeat
 Iob quarto. (Vacillantes confirmauerunt sermones
 tui.) Tertium est consolari tristem propter aduersum
 vt scilicet quãdo quis videt alium in angustia & af-
 flictione constitutum ipsum ad patientiam inuitet
 & inducat ad consolationem, & lætitiã spiritua-
 lem: ecclesiastici septimo. (Ne desis plorantibus in
 consolationem.) Quartum est indulgere commissa
 pœnitenti quantum ad ea, quæ contra se commisi-
 sunt, vt scilicet illi, qui iniuriam itrogauerit peti-
 tionalem, is cui iniuria est illata, remittat ex corde:

cl
 tu
 d
 te
 d
 m
 tan
 uat
 ad
 coll
 bon
 scur
 salu
 vos
 tum
 com
 circ
 tern
 tum
 vide
 ster
 Cor

I N
 I pe
 festu
 qui p

clesiastici 1. (Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc ioluētur peccata tua. Quintum est supportare defectuosum, seu onera aliorum, siue sint debilitates corporales & defectus naturales seu etiam accidentales, sicut infirmitates, siue passiones spirituales, morales etiam, & voluntarij defectus sunt supportandi & reprehendendi debitis circumstantiis obseruatis, Galat. 5. (Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi.) Sextum est orare pro collatione, seu conseruatione, seu augmentatione boni & remotione mali hominum, qui sunt nobiscum in via. Iacobi quinto. (Orate pro inuicem, vt saluemini.) Luc sexto. (Orate pro persequentibus vos.) Septimum est corrigere delinquentem quantum ad ea quæ sunt contra Deum vel proximum commissa, quod ideo vltimum ponitur, quia plus circa eum insistitur. Consistit ergo correctio fraterna in hoc, vt si quis sciat alium crimen aut peccatum comisisse suadeat pœnitentiam peccatori. Et si videat eum ad peccandum dispositum: quod præstet impedimentum, nec peccet, Ecclesiastici 19. Corripe proximum.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

De correctione fraterna, & de ordine eiusdem.

IN correctione fraterna ordo seruandus est, quia peccatum, aliud est occultum, aliud est manifestum. Si occultum: tunc secretè monendus est, qui peccatū comisit, quod si secreto correctus nō se

PARS OCTAVA

emendauerit, monendus est secundo coram paucis per quos conuincendus est, si postea negauerit, necdum se correxit: est ad denuntiationem procedendum. Est autem cauendum, quod si peccatum occultum cedat in damnum totius communitatis, sicut heresis vel proditio ciuitatis, in hoc casu est statim ad denuntiationem procedendum: nisi firmum crederetur, quod statim per secretam monitionem malis huiusmodi præstaret impedimentum. De occultis autem quo ad personam: sed notoriis quo ad factum, & maius dubium, sicut si incendium factum sit, & nescitur à quo. In manifestis autem peccatis ut sunt ea, quæ sunt publicè: per quæ scandalizatur populus, est statim ad denuntiationem procedendum. Ad hunc autem ordinem correctionis prælati tenentur ex præcepto: alij autem ex consuetudine quantum ad peccatum commissum. Ex præcepto autem quo ad committendum, maximè si probabilem de correctione speretur: si enim homini videretur, quod nihil proficeret: sed fortè deterior fieret ille, qui corrigitur, forsitan esset cedendum. Huius autem ordo correctionis habetur, Matth. 18. Christus dixit Petro. (Si peccauerit in te frater tuus, id est te solo sciente, corripe eum inter te & ipso solum.) Est autem attendendum, quod hæc correctio intelligitur de generibus criminum, quæ turbant famam: de leuibus enim, quæ famam non detrahunt: cuiusmodi sunt ea, de quibus religiosi in publico se accusant, hæc correctio non est necessaria. Item sciendum, quod si prælatus præciperet & dedito de dicenda veritate contra hunc ordinem non constitutum: ipse mortaliter peccaret, & cetera

fibi
vnd
est
nun
ced

CA

N
post
bus.
cont
omn
cipal
oper
rò co
plati
quo
tuan
vita
tem
qui i
lissin
quo
statu
coni
cunc

fibi obediens quasi contra præceptum domini agēs: unde non esset sibi obediendum, quia solus Deus est iudex occultorum: & non homo. Et ideo in denunciatione criminum, cautè & consultè est procedendum.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

*De quibusdam ad perfectionem huius vitæ inducentibus: & de octo beatitudinibus,
& aliis quibusdam.*

NVnc subsequēter dicendum est de quibusdam ad perfectionem huius vitæ inducentibus, & postea de quibusdam ad futuram vitam pertinentibus. Circa primum dicendum est de vita actiua & contemplatiua. Vita actiua consistit in agilibus omnibus, siue sint ad seipsum, siue ad aliū: sed principaliter consistit in his, quæ ad alium sunt, vt sunt opera misericordiæ: de quibus dictum est. Vita verò contemplatiua principaliter cōsistit in contemplatione, & speculatione diuinorum. Et est sciendū, quod vita actiua est dispositio ad vitam cōtemplatiuam, quæ quidem vita contemplatiua est dignior vita actiua, licet vita actiua sit vtilior. Consistit autem vita contemplatiua in actu altissimæ potentiae qui in nobis est, scilicet intellectus, & habitu nobilissimo, scilicet sapientia, & in objecto dignissimo, quod est Deus. Vltcrius sciēdum est, quod tres sunt status ecclesiæ, videlicet virginum, continentium, & conjugatorum. primus status est melior quam secundus, & secundus quam tertius. Consequuntur au-

PARS OCTAVA

Item æternam beatitudinem octo genera personarum, videlicet. Pauperes spiritu, id est abstinentes ab amore mundi, scilicet carnalium voluptatum, diuitiarum, ac propriæ excellentiæ: taliū enim merito est regnum cælorum. Item mites, id est mansueti: qui ad nullam contumeliam mouentur, & tales dignè possidebunt terram. Item lugentes pro peccatis, & ipsa odientes, & ad destructionē eorum assurgentes, talibus consolatio futura præparatur. Item esurientes, & sitientes iustitiam, id est vehementer desiderantes summum bonum, & ideo tales saturabūtur. Item misericordes, qui scilicet in operibus misericordiæ se exercent: isti misericordiam consequentur. Item mundō corde, id est existens animo purgato: & alieno ab inquietudinibus huius mundi, & tales videbunt Deum, & ardentissime diligunt. Item pacifici: id est illi, qui nullam contradictionem habent à mundo, à diabolo, vel à carne, vel aliqua contradictio eis edificax est, tales merito filij Dei vocabuntur. Item persecutionem patientes propter iustitiam, & talium est regnum cælorum. Harum beatitudinum numerus accipitur secundum integritatem perfectionis. Requiritur autem tria ad integritatem perfectionis, scilicet recessus à malo, processus in bono, & perfectus status in optimo. Sanè omne malum procedit ex timore superbiæ, aut ex rancore malitiæ, aut ex languore concupiscentiæ. Contra timorem superbiæ est paupertas spiritus: contra rancorem malitiæ est mititas: contra languorem concupiscentiæ est beatus. Item perfectus attenditur secundum duas vias domini, scilicet misericordiam & veritatem, de quibus

bis
veri
mif
esur
opt
gnit
vale
tran
tis ac
titud
tas sp
tudo
pecc
cord
dis m
quia
pland
sione
passio
pecca
flere
uum
scien
gitas
ad D
tiam
habe
iusta
etum
uenti
lunta
Deus

būs psalm. (Vniuersa via domini misericordia & veritas.) Et ad viam misericordiæ correspondēt misericordes: ad viam verò veritatis correspondēt esurientes & sitientes iustitiam. Præterea status in optimo attēditur in duobus, scilicet in limpida cognitione: & huic correspōdet mundicia cordis quæ valet ad videndum Deum. Secundo attenditur in tranquilla affectione: & huic correspondet pax mētis ad fruendum perfectè Deum. Per has septē beatitudines excluduntur 7. peccata mortalia, paupertas spiritus excludit superbiam, mititas siue mansuetudo iram: luctus inuidiam: quia qui lugēt aliorum peccata non invident eis: esuries accidiam, misericordia auaritiam, mundicia cordis gulam: quia cordis mundicia non seruit ventri: pax excludit luxuriā quia gustato spiritu dei desipit omnis caro. Isti sunt plāctus spirituales, videlicet, flere temporis amissionem: flere vitam malè correctam: flere Christi passionem: flere ob proximi compassionem: flere peccati commissionem: flere gratiæ optationem: flere gloriæ præmiationē. Ista sunt quæ faciunt seruum Christi: asperitas pœnitentiæ, puritas conscientiæ, præclaritas sapientiæ, æquitas iustitiæ, largitas misericordiæ. Ista debet habere vnusquisque ad Deum, videlicet dilectionem puram, obedientiam veram, perseuerantiam continuam. Ista debet habere quilibet versus seipsum, videlicet: Intentio iusta, cogitatio sancta, verbum bonum, opus perfectum. Ista debent haberi versus proximum. Subuentio charitatiua, correptio discreta, relaxatio voluntaria: supportatio compassiua. Isti sunt, quibus Deus miseretur lugentibus peccata, timentibus

PARS OCTAVA

Dei iudicia; retinentibus proximis iniuria, perse-
uerantibus in pœnitentia. Isti sunt, quos Deus non
derelinquit, viuentes in innocentia, dolentes in
pœnitentia, studentes in sapientia, sustinentes in
patientia. Isti sunt fructus spiritus sancti, videli-
cet charitas, gaudium, pax, patientia, lóganimitas,
bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia,
continentia, castitas. Isti sunt effectus spiritus sancti
videlicet pœfectionis, vnionis, operis, delectationis,
contristationis, zeli, mutuæ adhæisionis, extasi, ex-
ultationis, feruoris, languoris, perseuerantiz, ex-
ultationis.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM

*De dotibus animæ & corporis glorificati, &
aureolis, & fructibus eorum: &
de pœnis damnatorum.*

DEinde dicendum est de quibusdam, quæ ad
tam aliam pertinent, scilicet de gloria beatorum. Septem ergo dotes ponuntur, tres ad animam
& quatuor quæ ad corpus. prima dos animæ est
visio dei per essentiam. primæ Ioan. 5. (Videbimus
sicuti est.) & in hoc cōsistit beatitudo, & præmium
essentiale. Ioan. 17. (Hęc est vita æterna, ut cognos-
cite verum Deum.) Secunda est comprehensio
comprehendemus Deum sicut mercedem nostram
primæ ad Cor. 5. (Sic currite ut cōprehendatis glori-
am. Brauium æternæ retributionis.) Tertia est fru-
ctio, qua in Deo delectabimur, Iob. 21. (Tunc super
omnipotentem delitiis affluet.) Visio ergo clara
spes

spondet fidei, comprehensio spei, fruitio charitati,
 quæ sunt tres virtutes theologicæ, quas habemus in
 via. Prima dos corporis est impassibilitas, ad quam
 sequitur immortalitas. primæ Cor. 15. (Oportet cor-
 ruptibile hoc induere incorruptionem.) Corpus
 enim ex tunc non lædetur, non dissoluetur, non esu-
 riet: nec modo aliquo mali vel doloris aliquid pa-
 tietur. Secunda est claritas. (Matth. 25.) Fulgebunt
 iusti tãquam sol in regno patris mei. (Item ad Phil.)
 3. (Saluatorem expectamus Dominum nostrum Ie-
 sum Christum, qui reformabit corpus humilitatis
 nostræ cõfiguratum corpori claritatis suæ.) Corpo-
 ra enim beatorum claruerunt, sicut corpus Christi
 fuit post resurrectionem. Tertia est agilitas, per quã
 celeriter adesse poterit corpus, volet anima Sap. 3.
 (Tanquam scintillæ in arûdinetis discurrent.) Quar-
 ta est subtilitas, per quam poterit quæcũque volue-
 rit, penetrare. primæ ad Cor. 15. (Seminatur corpus
 animale, surget spirituale.) non dicit spiritus, quasi
 corpus in spiritum conuertatur, sed spirituale: quia
 sibi non resistet, sed omnia ad volitum penetrabit:
 sicut Christus post resurrectionem intrauit ad disci-
 pulos ianuis clausis. Hæ quatuor dotes erunt in
 beatis eontra quatuor, quæ sunt in hac vita in cor-
 poribus nostris, sunt enim passibilia, obscura, tarda,
 & grossa, quia vnũ resistit alteri, & duo non possunt
 esse simul. Dotes animæ supradictæ continentur in
 hoc versu. Felix, summa videt, & capit & fruitur.
 Felix, id est beatus: summa videt, id est Deum videt,
 & capit & fruitur, id est comprehendit. Dotes verò
 corporis comprehenduntur in hoc versu. Corpus

PARS OCTAVA

erit sanum, subtile, mobile, clarum. Aureolæ etiam pertinent ad vitam illam. aureola autem nihil aliud esse videtur quam spiritualis gloria de pugna excellenti, & assignatur aureola primò martyribus: qui triumphant in pugna cōtra mundum. Secundo virginibus, qui triumphant in pugna contra carnem. Tertio doctoribus, qui triumphant contra diabolum. Differt autem aureola ab aurea: quia aurea dicitur præmium essentialē: quod cōsistit in tribus dotibus animæ suprapositis, aureola verò dicitur aliquid superadditum, id est quoddam gaudium de operibus à se factis: quæ habent rationem victoriæ excedentem. Ad prædictam vitam etiam pertinent fructus, qui notati sunt in euangeliiis, qui fructus soli virtuti continentię debentur: quæ hominem à subiectione carnis liberat. Nihil enim aliud est fructus quàm quoddam præmium quod debetur homini ex hoc, quod à carnali vita in spiritualem transit. Attribuitur autem tricesimus fructus coniugatis in quibus super observationem decalogi, qui per denarium signatur, non additur aliqua perfectio, nisi communis, quæ ne qua non potest esse salus: quæ per ternarium signatur. vnde tricenarius numerus ex ductu ternarii in denarium transit. Sexagesimus autem attribuitur viduis proponentibus continere, quæ adduntur totum tempus futurum aliquid perfectionis spiritualis. Centesimus autem attribuitur virginibus semper proponentibus continere quæ iam veniunt ad summam perfectionem castitatis. Centenarius enim numerus signat perfectionem. Istæ sunt ternationes beatorum, videlicet regnum, possessio

con
uin
vi
vol
glor
hon
cipa
do, s
ria
amor
temp
essen
nem
vider
corpe
beatu
cum
in po
sunt a
tudo,
tas, an
mē da
decus
damn
ritas,
æterni

consolatio, saturatio, misericordia, visio, filiatio diuina. Istæ sunt gloriæ spirituales corporis glorificati; videlicet pulchritudo, velocitas, fortitudo, libertas, voluntas, sanitas. Istæ sunt gloriæ spirituales animæ glorificatæ, videlicet, sapientia, amicitia, concordia, honor, potestas, securitas, gaudium. Istæ sunt principales gloriæ corporis glorificati, videlicet, dulcedo, suauitas, æterna lux. Istæ sunt principales gloriæ animæ glorificatæ videlicet, æternitas, visio, amor, splendor, cantus, flagrantia. Istæ sunt contemplationes vitæ æternæ, videlicet: videre diuinam essentiam: videre humanitatē Christi, videre vnionem verbi cum carne, videre naturam angelicam, videre consortium sanctorum, videre seipsum corpore glorificatum: videre animam propriam beatificatam. Sicut autem beati erunt in gloria, cum omni lætitia & exultatione: ita damnati erunt in pœna cum inenarrabili tristitia & miseria. Hæ sunt autem miseriæ damnatorum, videlicet, turpitud, ponderositas, imbecillitas, seruitus: infirmitas, anxietas, vitæ breuitas. Istæ sunt miseriæ animæ damnatæ, insipientia, inimicitia, discordia, dedecus, impotentia, timor, tristitia. Istæ sunt pænæ damnatorum, desperatio, cæcitas, odium, obscuritas, fletus, fœtor, stridor dentium, amaritudo, æternus ignis, perpetua maledictio.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

*De receptaculis animarum post vitam
præsentem.*

Distinguantur quatuor receptacula animarum post vitam præsentem. Primum est paradisu qui est locus beatorum: ad quem locu finaliter pducuntur omnes, qui moriuntur in gratia: vbi est congregatio omnis boni, & vbi nullum malum esse potest. Ponitur autem paradisu à doctoribus in celo empyreo specialiter: quamuis largè sumendo vbi dei vbiq; sit possit dici paradisu: iuxta illud vbum Christi ad latronem. (Hodie mecum eris in paradiso.) (Paradisu autem terrestris alius est à celo quia paradisu terrestris est in terra, in quodam monte altissimo versus orientem, vbi nunquam intemperies aeris. In loco isto positus fuit Adam deo, sed eiectus post peccatū. Eua etiam ibi facta de costa Adæ: ibi etiam translati sunt Enoch & Helyas qui in fine mundi exhibent ad pugnam contra Antichristum, vnde viuunt ibi, & viuunt tunc. Secundum est limbus patrum, qui est locus vbi detinebantur patres à consecutione glorie propter reatum humanæ naturæ: quamuis decesserint in gratia dei. In hoc autē loco est pœna damnationis non pœna sensus: dicitur autem pœna damnationis uatio visionis diuinæ. Pœna autem sensus consistit in afflictione & perceptione alicuius nocui: hoc est ignis & huiusmodi. Istum locū expoliavit Christus post passionem: quando sanctos patres de loco securè, vnde de loco isto dicitur in symbolo.

scendit ad inferos.) ex tunc autem nullus intrauit in illum locum. Tertium est lymbus puerorum, vbi detinentur pueri: qui moriuntur sine baptismo in peccato originali, non actuali, ibi etiam est pœna damni, sed non sensus. Differenter autem puniebantur sancti patres & pueri in limbo, quia sancti patres habebant spem de expeditione sua & redemptione per Christum: pueri autem non: quia pœna eorum est perpetua. Quartum est purgatorium vbi detinentur animæ eorum, quamuis decesserunt in gratia, non satisfecerunt de pœna debita pro peccatis actualibus. Locus autem purgatorij duplex ponitur: vnus secundum legem communẽ, & sic purgatorium est locus inferno coniunctus, ita quod idẽ ignis est, qui damnatos cruciat in inferno: & qui purgat in purgatorio. Alius locus purgatorij est secundum dispensationẽ: & sic in diuersis locis aliqui puniuntur vel ad viuorum instructionẽ vel ad mortuorum subuentionem, vt scilicet per viuorum suffragia adiuuentur. Suffragia enim viuorum solum profunt his, qui sunt in purgatorio, aliis autem qui sunt in aliis receptaculis nihil proficiunt: in hoc autem loco est pœna damni, & pœna sensus, & post diem iudicij nullus in loco isto vnquam erit. Quintum est infernus, qui est locus damnatorum, & dæmoniorum, vbi nulla est redemptio, sed pœna dani & pœna sensus perpetua: & in hoc differt à pœna purgatoria, quæ non est æterna, sed temporalis. Ad istum infernum descendunt omnes, qui moriuntur in peccato mortali. licet autem nesciatur locus inferni certitudinaliter, contra tamen ponitur sub terra, seu infra terram. Quatuor autẽ prædicta rece-

PARS OCTAVA

ptacula vltima ponuntur contigua quantum ad locum ad modum vnius domus, vbi sunt multa solaria, quamuis non sint æqualia quantum ad cōditionem, quia punientur secundum merita & demerita, vt habetur in Apocalypsi. (Opera enim illorum sequuntur illos.) qui bene egerunt, bene fiet eis, qui malè fiet eis malè.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM

De septem vitiis capitalibus, ac filiabus eorum, & de peccato originali, veniali, ac mortali.

Quia non euitatur malum nisi prius cognitum ideo dicendum est de septem vitiis capitalibus, seu mortalibus, quorum rex est superbia, quæ consistit in appetitu inordinato propriæ excellentiæ, vnde versus. Cætera cum supero, memet transcendere quero. Hæc autem sic diffinitur. Superbia est animositas, quo deus contemnitur, proximus despicitur, proprio appetitui super rationem obtemperat. Huius autem species sunt quatuor, videlicet. Estimare à se habere, quod à deo habet. Eximare à se hoc suis meritis habuisse. Iactare se habere, quod non habet. Despicere alios, & singularis obseruatiæ videri. Filiæ superbiæ sunt hæc, quæ in his versibus continentur, videlicet. Fastus, auaritia, torpedo, liuor, & ira, gula, & luxuria sunt septem prima cauenda. Fastus, id est inanis gloria. Torpedo, id est accidia. Liuor, id est inuidia. Alia autem sunt de se clara. Inanis gloria cōsistit in hoc quod non irrationabiliter quærit supra merita ab hominibus cōmendari. Hæc autem sic diffinitur. Inanis gloria est inordinatus animi motus, quo quis propriam deserit excellentiam

vt alios honore præcellat. Huius autē filia sunt istæ. Elatio quæ est tumor animi, quo quis non vult pati superiorem vel parem. Atrogantia, quæ est tumor, quo quis mouetur ad iactandū se habere, quod non habet. Insolentia, quæ est extra communem vsū omnium, quasi cæteris despectis, verba, facta, gestus, habitusque singulariter habere. Ambitio, quæ est desiderium, siue appetitus inordinatus honoris. Cōtentio, quæ est impugnatio veritatis per fiduciam clamoris, & ad hanc reducuntur scisma, discordia: & impugnatio veritatis agnitæ. Cōtemptus qui est quod quis honorare teneretur velle negligere: vnde versus. Hæc parua reputo quæ meliora puto. Contumacia est auctoritati maioris ex contemptu obii-cere. Præsumptio quæ est quod aliorum est sibi ascribere, de qua versus. Me credo tanti, quod sim prior iure tonanti. Ad hanc reducuntur audacia, intimiditas: inobedientia quæ est suis maioribus nol-le obedire. De qua versus. Nescio parere, mihi iussa recuso tenere, ad hanc reducuntur transgressio, & omissio. Irreuerentia, quæ est debitam reuerentiam suis maioribus nō præstare. Iactantia de qua versus. Extollo verbis me magna loquendo superbis. Hypocrisis, quæ dicit. Vt videar grata mihi dat vir-tus simulata. Pertinacia, de qua versus. Nec malè concepta mutabo, nec malè cepta. Et ad hanc re-ducuntur heresis, & apostasia, infidelitas & obstina-tio. Curiositas ad quam reducuntur omnia, su-perstitio, sortilegium, idololatria, augurium, & omnes artes magicæ, nigromanticæ, & notoriæ. Singularitas, quæ est quando quis vita commu-ni despecta, elegit sibi obseruantias singulares.

PARS OCTAVA

Secunda filia superbię est inuidia, scilicet displicentia de bono alterius. Vnde versus. Prospera dum video protinus inuideo. Hęc autem sic diffinitur. Inuidia est dolor animi ex aliena prosperitate renascens: animum torquens. Habet autem has filias, videlicet. Prima est odium, seu mala voluntas contra proximum, & sic diffinitur. Odium est inueteratus rancor animi. Susurratio, quę consistit in deprauatione fame alicuius in occulto. Vel aliter. Susurratio consistit in hoc, quod aliquis ponit discordiam inter amicos, vnde sic diffinitur. Susurratio est inter amicos discordiam seminare. Detractio, quę consistit in hoc, quod aliquis aliquem diffamat in manifesto, & sic diffinitur. Detractio est bonam famam alterius denigrare, ad hanc reducitur calumnia, falsum testimonium, & mendacium. Deprauatio, quę est bona alterius peruertere. Inuidentia fratrum gratię quę est prosperos successus alterius nolle videre. Plausus, qui est in aduersis proximi gaudere. Dolor, qui est in prosperis proximi de bono illius contristari. Tertia filia superbię est ira: quę consistit in inordinato appetitu vindictę: quando scilicet homo conturbatione animi in eo à quo extimulatus se læsum contra ordinem rationis appetit fieri vindictam, & plus puniri quam meruerit, vnde versus. Nulla fugit dira mea mens dum seruet in ira, diffinitur autē sic, Ira est subita animi tempestas, quę quouersum mouetur versus aliquem. Hęc sunt autem filię irę. Clamor, de quo versus. Pacem corrūpo, clamore, & lętia rumpo. ad hanc reducuntur litigium, & murmur. Rixa, quę est animi motus in discordia, vnde versus. Semper immittens genero per iurgio

lite
cid
tu
uit
titi
ius,
dici
M
Indi
à qu
mer
tum
quo
dict
tia q
nare
rum
litur
Mal
face
stas i
acci
bon
diffi
time
lię s
ficit
cogi
tia, v
Th
Item
pto

lites. ad hanc reducuntur bellum iniustum, homicidium, iniusta verba, comminatio, litigatio. Contumelia quæ est irrogatio contumeliarum vel contumeliosorum, quando scilicet aliquis deducit in notitiam aliorum id quod est contra honorem alicuius, ad hanc reducitur maledictio. Blasphemia, quæ dicit.

Morem seruo meum, dum maledico Deum.

Indignatio quæ consistit in paruipensione personæ, à qua existimat quis sibi illatam iniuriam. Tumor mentis qui dicit. Interius mentem tacito facit iratamentem. Discordia, quæ est aliquorum dissensio, quos amoris vinculum colligauit. Iniuria, quæ est dicto vel facto animi aliquo iniuste agere. Impatiētia quæ est animi motum impetuosum non refrænare. Proteruitas est subitaneo motu in verba prorumpere. Malitia est, qua aliquis alteri damnū molitur. Nequitia est cum quis audet, quod non potest. Malignitas est mala voluntas ad malum, cum mala facere non possit. Furor est inueterata animi tempestas in rationem profiliens. Quarta filia superbiæ est accidia quæ consistit in tædio: seu tristitiâ alicuius boni, maximè in laboribus spiritualibus, vnde sic diffinitur. Accidia est animi torpor, quo quis bonū timeret inchoare, aut inchoatū cōsummare. Huius filix sunt hæ, videlicet, tristitia, quia scilicet homo efficitur sibi ipsi tædiosus, vt de bono aliquo faciendo cogitare non possit sine amaritudine, & displicentiâ, vnde versus.

Tristitiam genero, nil prater tædia quero.

Item tristitia, quæ est quando homo à bono incepto vel deliberato desistit sine rationabili causâ, ad

PARS OCTAVA

hanc reducitur pigrizia, inconsideratio & precipitatio. Pusillanimitas quæ est animi anxietas, quæ quis timet aggredi magna. vnde versus.

Viribus heu careo fracta vigore meo!

Desperatio quæ dicit.

Heu quia despero, spe sine semper ero.

Torpor circa bonum, qui dicit.

Nec mihi virtutis amor est, nec cura salutis,

& diffinitur sic. Torpor est cum quis nimis negligens est ad exequendum illud quod debet exequi, ad hunc reducitur negligentia, euagatio mentis, quæ est quædo quis sic mente distrahitur, quod non curat ad aliquid bonum confugere & ponere mentem suam. vnde versus. *Quæ scio tristari facio quoque mente vagari.*

Improuidentia est mentis obtenebratio, qua quis nimis improuidus est circa aliqua futura consideranda. Incircumspectio est negocij circumstantias non diligenter examinare. Tepiditas est remissa circa bene agenda se habere. Ignauia est ad bonum non assurgere feruenter. Quinta filia superbix est quæ consistit in ordinatione cibi & potus, vnde versus.

Hac mihi sunt epula quæ scio grata gula,

& sic diffinitur. Gula est in cibo & potu superfluous vsus. Huius autem filix sunt hæ, videlicet. Gulositas quæ est excessus in cibo. Ebrietas quæ est excessus in potu. Vnde versus.

Nausco post iterum, plus bibitura merum.

Inepta lætitia, quæ consistit in hoc quod propter inordinationem cibi & potus mens periculorum suorum ignara secura efficitur, & inordinatè iocunda. vnde versus. *In se despecta, de re lætatur inepta.*

Ad hunc reducitur prodigalitas. Scurrilitas, quæ

curialium cibos quære, vnde versus.

Esis magnatum surrentis inesco palatum.

Immunditia, vnde versus.

Corpore vel corde nunquam maneo sine sorde.

Multiloquium, vnde versus.

Sapius offendo quæ non sunt apta loquendo.

Hebetudo mentis, quæ dicit hunc versum.

Est hominis plenus sensus rationis egenus.

quædo scilicet propter excessum cibi & potus intellectus hebetatur, & ad hanc reducitur inuerecundia, quæ est verba fœda, & turpia proferre. Immodestia, quæ est corporis ornatus, & vanæ supellectilis vsus immoderatus. Immoderantia, quæ est nimio appetitui ciborum inhære. Inabstinentia, quæ est tempus cibandi præuenire. Inhonestas, quæ est fercula fortia quære, & in eis attentius operam dare.

Sexta filia superbix est luxuria, quæ cõsistit in libidinoso appetitu, & vsu venereæ voluptatis: quæ dicit.

Seruis sic veneri, quod honesta nolo teneri,

quæ sic diffinitur. Luxuria est incontinentia corporis ex pruritu libidinis nascens. Habet autem has filias. Prima est cæcitas mentis quæ dicit.

Mens excæcatur, quæ luxuria famulatur.

Secunda est amor sui, quæ dicit.

Solum curo mei, nec cura est mihi Dei. quando scilicet quis momentaneam delectationem præponit honori diuino, & epulis sempiternis. Tertia est odium Dei quod cõsistit in hoc, quod homo nollet Deum esse vltorem suæ malitiæ, & detestatur Deum, quia præstat sibi impedimentum per præceptum contrarium, nec corporalibus voluptatibus perfruatur ad votum. Hæc dicit. *heu mihi, quæ nequeo posse placere Deo.*

Quarta est affectus præsentis sæculi, quando scilicet

P A R S O C T A V A

homo appetit semper viuere, vt in suis voluptatibus possit perpetuo remanere, Hæc dicit.

Mens mea capta vanis presentibus esset inanis.

Quinta est horror futuri sæculi, scilicet, quando quis delectationes carnis præponit verę beatitudi-
ni. Sexta est præcipitatio quæ dicit.

Non bene discernit quem præcipitatio ladit.

Septima est inconsideratio quæ dicit.

Non video verè, nec verum curo tenere.

Ponuntur autem luxuriæ septem species. Prima est impudicitia, quæ consistit in immundis aspectibus, tactibus, osculis, & locutionibus. Secunda est fornicatio, quæ consistit in coniunctione carnali in-
solutum & solutam. Tertia est stuprum, scilicet co-
floratio virginis existentis sub cura parètum. Quar-
ta est raptus, quando scilicet puella violenter extra-
citur de domo patris. Quinta est adulteriũ quando
commiscetur cõiugatus cum coniugata, vel non cõ-
iugatus cum coniugata, & econuerso. Sexta dicitur
incestus, qui consistit in abusu actus carnalis inter
personas consanguinitate coniunctas. Septima est
vitium contra naturam, quæ habet quatuor diffe-
rentias: quæ sunt mollicies, sodomia, abusus, bestialitas. Sciendum autem quod deliberatus consensus
siue in actum luxuriæ, siue in delectationem, quando
quis quærit in cogitatione morosa de actu vel de
circumstantiis eius, quæ aggrauant peccatum ma-
tale. Septima filia superbię est auaricia, quæ consistit
in inordinato appetitu temporalium, vnde veritas

Æstuat in cupidos pro me sine lege cupido.

Sic autem diffinitur. Auaricia est pestis animæ et
diuinitas. Huius autem hæ sunt species, videlicet

Syn
em
est
tro
inu
alien
datio
proc
hu
in bo
dula
iustu
scilic
xim
laqu
à fra
bo,
bona
Na
Qui
folli
circ
Na
Sext
res a
rapin
Vnd
Da
Sept
do s
quõ
rire.

Symonia, quæ est studiosa voluntas vendendi vel emendi aliquid spirituali annexum. Usura, quæ est emolumentum quodcunque sorti accidens. Latrocinium, quod est violenta vsurpatio rei alienæ inuito Domino. Furtum est latens contrectatio rei alienæ inuito domino. Rapina, quæ est violēta prædatio rei alienæ. Habet autem has filias. Prima est proditio, quæ dicit.

Hunc me diligere simulo, cui quæro nocere,
in bonis scilicet, tēporalibus. Ad hanc reducuntur adulatio, acceptio personarū, ironia, præuaricatio, iniustum iudiciū. Secunda est fraus, seu dolus, quando scilicet aliquis cautelis & fraudulentis spoliat proximum bonis temporalibus. Artes fallendi doceo, laqueūque nocendi. Tertia est fallacia quæ differt à fraude, quia fraus consistit in facto, fallacia in verbo, quando scilicet in verbis exquisitis quis aufert bona sua alteri. Quarta est periurium, quæ dicit.

Nunquàm cum iuro rem verbis addere curo.

Quinta est inquietudo, quando scilicet quis habet sollicitudinem, & curam exquisitam superfluum circa temporalia acquirenda. vnde versus.

Nil agit hæc letè nisi quod facit absque quiete.

Sexta est violentia, quando, scilicet, domino inuito res aliena occupatur. Et ad hanc reducitur furtum, rapina, sacrilegium, incendium, usura, symonia. Vnde versus.

Dat manus armata quæ mihi sunt pro pace negata.

Septima est obduratio contra misericordiam, quando scilicet, homo sic afficitur bonis temporalibus quòd non sinitur manum beneficam indigenti aperire. Vnde versus.

PARS OCTAVA

Sapè cor induro quòd tate cupidini vni.

Contra supradictas filias superbiæ, scilicet septem peccata capitalia ponuntur 7. virtutes. videlicet, humilitas contra superbiam, patientia contra iram, amor proximi contra inuidiam, largitas contra auaritiam, diligentia contra accidiam, abstinentia contra gulam, castitas contra luxuriã. Contra etiã prædicta 7. peccata mortalia Christus in cruce pendens dixit 7. verba, videlicet. (Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt.) contra iram (Hodie mecum eris in paradiso.) contra auaritiam. (Mulier, ecce Filius tuus,) Deinde discipulo. (Ecce mater tua.) contra inuidiam. (Heli, heli, lammazabachtani.) contra accidiam. (Sitis.) contra gulam. (Consummatum est.) contra luxuriã. (Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.) contra superbiam.

Notandum vero quòd duplex est peccatum, scilicet originale, quod contrahimus ex vtero cum carne propter transgressionem primorum parentum. & actuale: & illud est duplex, quia quoddam est veniale, & quoddam mortale. differunt autem, quia mortale repugnat charitati, & non stat cū ea simul, vnde quod est contra dilectionem Dei & proximi est peccatum mortale, veniale autem non aufert charitatem neque repugnat Deo, nec proximo. Secundo, quia mortale dicit inordinationem circa ea, quæ sunt ad finem illū. Tertio, quia peccatum mortale meretur pœnam æternam, & est irreparabile per naturam, sed veniale meretur pœnam temporale, & est reparabile. Vnde differunt sicut infirmitas quæ est ad mortem, & est irremediabilis per naturam, & infirmitas quæ potest per naturam curari.

C
P
est, q
bulda
& ex
igitur
licet,
sicut
lia hu
mum
gida,
tur au
spheri
nihil f
appar
tum e
nisi qu
disco
homi
ex nat
eleme
& est
aër sit
tium, f
Qu
aërem
eleme
ignis e

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM,

De distinctione corporum vniuersi.

Post hæc subiungendum est aliquid de distinctione corporum vniuersi. Circa quod sciendum est, quòd tota machina mundialis consistit ex quibusdam corporibus generalibus, & corruptibilibus & ex quibusdam incorruptibilibus. Corruptibilia igitur & transmutabilia sunt quatuor elementa, scilicet, terra, aqua, aër, & ignis, & omnia alia corpora, sicut corpus cuiuslibet animalis, ligna, lapides, & alia huiusmodi, sunt mixta, & composita ex his. Primum ergo elementum est terra, quæ est sicca, & frigida, & quæ dominatur in quolibet mixto, situatur autem in centro, id est, in medio vniuersi, & est sphericæ, seu rotundæ figuræ, montes enim & valles nihil sunt respectu quætitatis terræ, sicut nec pilus apparet in aliqua magna mole. Secundum elementum est aqua, quæ circundat terram ex omni parte, nisi quantum diuina prouidentia voluit remanere discoopertum de ipsa terra propter habitationem hominum, est autem aqua frigida, & humida, & est ex natura sua circularis figuræ sicut terra. Tertium elementum est aër, qui circundat terram, & aquam, & est rotundæ figuræ, est autem calidus, quod autò aër sit corpus patet quia est susceptiuum accidentium, scilicet lucis, soni, frigiditatis, & huiusmodi. Quartum elementum est ignis, qui circundat aërem, & sphericæ figuræ, siue rotundæ sicut alia elementa, est autem calidus, & siccus: vnde sphaera ignis est immediatè iuxta cælum, ignis autem iste,

P A R S O C T A V A

qui est inferius, est in materia aliena. Omnia autem corpora quæ sunt infra cælum, componuntur ex eis & in eis resoluuntur: corporum autem multorum quædam sunt animata, & quædam inanimata, ut de se patet. Quântum autem ad animata est sciendum, quòd triplex genus animæ inuenitur. Primum est vegetatiuum: quod est in arboribus & in plantis, & in herbis, & in omnibus, quæ generantur, & inuicem augentur, & nutriuntur: generatio enim & augmentatio & nutritio, sunt actus animæ vegetatiuæ. Secundum est sensitium, quod est in omnibus animalibus, & in omnibus quæ sentiunt, sentire enim est actus animæ sensitiuæ. Sunt autem quinque sensus exteriores, scilicet, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, & alij quinque interiores, scilicet, sensus communis, imaginatio, seu phantasia, quod idem est quod extimatio, memoria, collatiua, seu ratio particularis. Tertium est intellectiuum, quod est in omnibus, vnde intelligere, & ratiocinari sunt actus animæ intellectiuæ. Potentiæ animæ intellectiuæ sunt intellectus, volûtas, & memoria. Passiones animæ sunt gaudium & dolor de presenti, spes & timor de futuro, amor & odium.

Est autem sciendum, quòd in animalibus vegetatiuum & sensitium non sunt duæ animæ: sed tantum habens plures potentias: & idem est sensitiuo & intellectiuo homine, vnde nunquam vno supposito est vna anima. Quântum autem ad corpora incorruptibilia, cuiusmodi sunt corpora cælestia, est sciendum, quod 9. cæli ponuntur astrologis, scilicet, 7. in quorum quolibet est vna sola stella quæ dicitur planeta, seu stella erratica:

alij
ricu
lu
clu
ea n
iung
igni
nô a
uina
in qu
quo
in m
quò
tate.
est I
nera,
sunt
cælu
nes a
xima
cælu
mun
est st
scilio
nes h
mou
& m
in or
sens
turre
dend
quoc

alij duo vltra illos. Quodlibet autē cœlum est sphaericum & rotundum: & vnum circūdat aliquod cœlum ad modum vnus cœpæ: vbi vna tunica aliā includit. Primum ergo cœlū, est cœlum lunæ, quia in ea non est alia stella: nisi luna, & illud cœlum coniungitur immediatē sphaeræ ignis. Ratio autē quare ignis non comburit illud cœlum ista est: quia ignis nō agit vltra sphaeram suam. vel ratio est, quia sic diuina prouidētia ordinauit. Secundū cœlum est illud, in quo est mercurius, & nulla alia stella. Tertiū est in quo est Venus. Quartū in quo sol. vnde sicut sol est in medio planetarum, sic cor in medio animalis. eo quod est virtuosior, & lucidior & maior in quantitate. Quintum est in quo est Mars. Sextū est, in quo est Iuppiter. Septimum est in quo est vltimus planeta, scilicet Saturnus; hæ ergo septem stellæ, quæ sunt in his septem cœlis dicuntur planeta. Octauū cœlum dicitur cœlum stellatum, in quo sunt omnes aliæ stellæ, & illud cœlum habet influentiā maximam in istis inferioribus: à quibusdam verò illud cœlum vocatur firmamentum. Nonum dicitur primum mobile, siue cœlum crystallinum in quo nulla est stella, hoc autem cœlum habet vnum solū motū, scilicet ab oriente in occidentem. Alij autem omnes habent duos motus, scilicet motum raptus, quo mouentur à primo mobili ab oriente in occidentē, & motum naturalem, quo mouentur ab occidente in orientem. Amplius autem prosequi excedit præsens negocium, sed qui amplius scire voluerint, revertentur ad tractatum de sphaera. Hoc autem addendum est, quod vltra nonum cœlum non est aliquod corpus, neque locus, neque vacuum naturali-

PARS OCTAVA

ter loquendo, quanuis imaginatio circa hoc decipiatur. Per intellectum autem qui iudicat, non est corpus infinitum hoc cognoscitur. Theologi vero ponunt ibi cælum empireum, quod est locus beatorum.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De descriptione locorum.

Quantum ad descriptionem locorum sciendum est, quod tota habitatio terræ nobis nota secundum doctores habet formam folij castaneæ, siue chlamydis extensæ, scilicet latam in medio, & in extremis coartatam. Latitudo autem est à meridie, & in septentrionem medietas à parte orientis vocatur Asia maior: medietas à parte occidentis diuiditur in litigum ab occidente versus orientem per mare mediterraneum, & pars meridionalis vocatur Africa, & septentrionalis vocatur Europa, in qua est Hispania ab occidente, & aliæ regiones succedentes iuxta dictum mare: vt Prouentia, & Italia, & aliæ vsque ad Græciam inclusiuè cum aliis collateralibus à parte oceani, sicut Aquitania: & omnes aliæ vsque ad Siciliam inferiorem inclusiuè.

Prima autem prouincia Asiæ maioris à parte orientis est media, & diuidendo latera per medium veniendo: sequitur Persia, deinde Mesopotamia: deinde Syria, & à parte meridiana post Syriam versus occidentem iuxta mare mediterraneum, sequitur quoddam desertum, deinde Ægyptus, quæ à quibusdam ponitur pars Asiæ maioris. ab aliis pars Africæ. In Syria autem est prouincia: quæ quondam dicebatur Chanaan: postea dicta est terra promissionis, &c.

dic
uita
ter
put
tur,
tur,
dicta
ad Il
tract

CA
I

Q
gatur
gia te
quitur
quo f
nus p
mabu
multi
filiis.
desce
vsque
Babel
quo d
tiones
Adam
nem A
gener
cõced

dicitur terra sancta in qua est Hierusalem: & aliæ ciuitates in euāgeliis nominatæ. In Mesopotamia autem est Chaldæa: cuius pars est Babylonia: cuius caput est Babylon. quæ quādoque Babylonia nominatur, & diu est deserta, illa autem quæ hodie habitatur, est in Ægypto à parte orientis. Et hæc de locis dicta sufficiat. Qui amplius scire voluerit, recurrat ad Isidorū, & alios doctores, qui latè de hac materiâ tractauerunt.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM,

*De descriptione temporum, scilicet: breuis Chronica
omnium historiarum Biblia.*

Quantum ad descriptionem temporū est sciendum, quod cum Adam tres filios habuisse legatur, qui solum in scriptura nominantur, genealogia tertij, scilicet Seth, scriptura specialiter profequitur, à quo descendit Noë decimus ab Adam: sub quo fuit factum diluuiū, in quo totum humanū genus perit excepto Noë qui cū suis, scilicet octo animabus remansit in archa. Et post exitum archæ iterū multiplicatum est genus humanum de Noë, & eius filiis. Et de Sem primogenito quarta generatione descendit Heber, in quo cum vha lingua durasset vsque tunc, & diuisio fieret in ædificatione turris Babel, remansit vt dicitur lingua prima Hebraica, à quo dicti sunt Hebræi, à quo post diuersas generationes descendit Abraham qui fuit vigesimus ab Adam. Et cum vsque tunc post primam instructionem Adæ nō inueniatur Dominus dedisse regulam generalem sibi seruiēdi, præter id quod dixerat Noë cōcedendo sibi comestionē carniū, sanguinē vero

PARS OCTAVA

prohibendo dedit Abraham circumcissionem, & per eam incæpit distingui populus fidelis ab infideli, cū antea circa hæc distinctio non inueniatur. Natus est autem Abraham in Chaldæa, sed de mandato Domini venit in terram Chanaan: de quo dictum est supra, inquit, genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, & Esau: Iacob genuit 12. filios qui dicti sunt 12. Patriarchæ. Et completa est distinctio populorum quæ in Abraham fuerat inchoata, quia isti soli, & omnes qui de eis descenderunt, ex tunc computati sunt de populo fideli, qui scilicet receperant, & tenebant specialem cultum Dei, qui dicti sunt Hebræi ab Heber, ut dictum est, & Israelitæ à Iacobi in Israel nomine commutato, & Iudæi à Iuda, omnes alij populi dicti sunt gentiles. Promisit autem Dominus Abraham, quod in semine suo benedicerentur omnes gentes, in qua promissione intelligebatur incarnatio Christi facienda. Fame vero cogente descendit Iacob cum omnibus filiis suis in Ægyptum, vbi mortui sunt. Et tempore succedente, duce Moyse, qui descendebat à Leui tertio, scilicet filio Iacob, educus est populus Israel de Ægypto, & transacto mari rubro venientes per desertum ad montem Synai acceperunt legem à Domino de cælo decalogum proferente, & toto populo audiente. Postea aliam partem legis dedit Moyse ibidem, vel in via ad terram promissionis, in cuius ingressu mortuus est Moyse, & per Iosue suum discipulum in terram promissionem est populus introductus, post cuius mortem fuit populus per iudices gubernatus. Sed postea voluerunt regem: & primus, qui apud eos bene regnavit, fuit Dauid de genere Iudæ. Post multum vero

tempus propter peccata regum & populi regnum totaliter est destructum, & per regē Babylonis populus, qui inuentus est in Babylonia est translatus. Sed post lxx. annos habuerunt licentiam redeundi, & quibusdam remanentibus, alij redierūt, & fuerūt in multis tribulationibus sub imperio Persarū, & Græcorum. Et tandem ceciderunt sub imperio Romanorum, qui cōstituerunt eis regē nomine Herodem, sub quo incarnatio est completa, & natus est Christus de virgine maria ex stirpe dauid descēdente, de quo dictum est supra. Cuius quidem Christi discipuli quā plurimos de Iudeis & Gentilibus ad veræ fidei regulam collegerunt, & orta est tertia secta quæ dicitur Christianorum. Inter quos fuerūt duodecim principales, qui dicti sunt Apostoli, & alij. lxxij. qui dicuntur discipuli, & inter Apostolos princeps omnium fuit Petrus cōstitutus à Christo, qui tandem venit Romam, vbi cōstituit sedē Christianitatis. Et constituti sunt per diuersas ciuitates ab ipso, vt ab aliis Apostolis diuersi episcopi, cū antea stante secta Iudæorū in vigore suo solum fuisset vnus Episcopus, sicut vnum solum tēplum, in Hierusalem ædificatum per Salomonem filium Dauid, & ante illud vnum solum tabernaculum ædificatū per Moysen. Sciendū est, quod cū antea præfuisent tres Monarchiæ, siue tria Imperia principalia, primū Assyriorum, siue Chaldæorū, quod pro vno cōputatur: secundū Medorū, & Persarū, quod etiā pro alio cōputatur: tertiū Græcorū: ita tēpore incarnationis: quartum fuerit inchoatū, scil. Rom. qui. s. Romani tēplū Hierosolym. post 40. annos à passione Christi destruxerunt, & ciuitatem, & omnes Iudæos ca-

PARS OCTAVA

ptiuauerunt, & christianos per ducentos annos, & plus persecuti sunt. Tandem circa annum ab incarnatione 320. Imperator Constantinus cōuersus ad fidem Christianam imperium Latinorum dedit Ecclesiæ Christianorum pro se, & nouam fidem cōstituit in Græcia in vrbe quam Constantinopolim nominauit: vbi cum imperium valde declinatum fuisset post multa tempora Papa de cōsilio Romanorum Carolum magnum instituit imperatorem Latinorum. Postmodum Papa imperatoris lectores instituit ex Alemania, tres prelatos, & quatuor principes seculares, & sub statu tali hodie, Christianitas perseuerat, hoc addito, quod cū Christianitas multiplicata fuisset distinctæ sunt diuersæ parrochiæ: cuiusmodi distinctio antea non fuisset. Ortæ sunt etiam in diuersis temporibus diuersæ religiones, & diuersi modi deo seruiēdi, qui omnes continentur sub una religione generali, scilicet christianitatis.

Notandum etiam, quod Christiani qui in fide catholica errauerunt propriè dicuntur hæretici. Alij verò qui de Gentibus & Iudæis ad Christianitatem conuersi ad statum pristinum redierunt, & hi propriè dicuntur apostatæ. Sunt etiam aliqui, qui fidem Christi simpliciter confitentes non obediunt summo pontifici, & tales scismatici appellantur. Ex his patet quod tres fuerunt in mundo sectæ principales quantum ad cultum diuinum, prima gentium, secunda Iudæorum: & hæ duæ fuerunt licitæ usque ad incarnationem Christi, post cuius diuulgationem Christianitas solum licita fuit tanquam perfectissima. Operantes autē à prima idololatræ dicebantur & adhuc in diuersis mundi partibus aliqua gentilibus erroribus detinetur.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

De distinctione, & numero librorum bibliæ.

EX his cito patere potest continentia librorum bibliæ. Libri enim continentes prædictam historiam vsque ad incarnationem Christi dicuntur continere vetus testamentum: alij autem nouû. Primi autem vsque ad libros regum sicut immediatè ponuntur, sic describunt historiã continuã successiue. Liber Genesis cõtinet historiã vsq; ad egressum Israël ex Ægypto, & ex hinc Exodus vsque ad montem Synai aduentum, & acceptionem legis quãtum ad principalia, sicut decalogus, & alia quædam præcepta frequentius vsitata, & fabricationẽ tabernaculi. Deinde Leuiticus continens præcepta spiritua-liter ad cultum Dei pertinẽtia, & sanctificationẽ tabernaculi: & ordinationem sacerdotum. Deinde liber numerorum prosequitur historiã ab anno sequenti post egressum de Ægypto vsque ad annũ xl. quo petuenerunt ad terram promissionis: quibusdã nouis præceptis ex nouo accidentibus ibi traditis. Deinde Deuteronomius, qui cõtinet repetitionem quorundam: & hi quinque libri dicuntur pentatheucus Moyse. Liber autem Iosue cõtinet historiã de eodem. Liber & Iudicum continet historiã de regimine eorundem. Sequitur libellus Ruth, cuius historia partim videtur fuisse cum historia præcedentis, partim cũ historia libri subsequẽtis. Quatuor autem libri Regum initiũ, progressum & terminum regni in populo Iudæorum continent. Totam autem eandem historiã repetunt duo libri Paralipomenon breuiter cum additione quorundam. Sequitur primus Esdræ continuans historiã

PARS OCTAVA

præcedentem scilicet reditum populi Iudæorum de Babylonia, & est Neemias. Sequuntur alij libri historiales qui continent quasdam historias particulares, quæ contigerant temporibus præcedentium historiarum, inter quos primo ponitur 2. Esdræ, qui fortè propter authorem sic nominatur. 2. Tobias 2. Iudith. 4. Hester: & istæ tres historiae successivè fuisse creduntur. Sequitur Iob, qui si cum historia computatur, ideo autem ponitur ultimo loco, qui non fuit de genere Iudæorum, si autem cum prophetalibus computatur, quia parum continet de historia, ideo aliis præponitur, quia alios prophetas longè præcessit. Inter libros prophetales, præcedit Psalterium, quamvis aliqui eum non numerent cum prophetis. Sequuntur tres libri Salomonis, scilicet perabolæ: seu proverbia: ecclesiastes & cantica. Postea sequuntur alij duo, quorum primus dicitur liber Sapientiæ, alius ecclesiasticus, qui quia conveniunt cum aliis tribus in multis cum aliis computantur, & dicuntur quinque libri Salomonis: seu v. libri Sap.

Sequuntur alij libri, qui ab omnibus prophetis dicuntur, inter quos primo ponuntur quatuor, qui dicuntur maiores, scilicet Isaias, Hieremias cum lamentationibus, siue threnis, & libello Baruch notarij sui: Ezechiel, & Daniel. Alij autem 12. Prophetæ dicuntur minores, scilicet Osee, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Achar, Zacharias, Malachias. Et isti 12. ordinati sunt per se sicut primi quatuor secundum ordinem temporis quo fuerunt. Hi autem prophetae dicebantur, qui prævidebant ea, quæ procul erant à notitia aliorum, & aliis nunciabant, maximè de incarna-

tion
plur
mo
chab
cede
ciden
quan
secun
& in
Sequ
evang
nes si
doctr
ber a
evang
maxi
conu
lpiri
gelia
excel
prim
nitur
sequ
duæ a
lippe
cenfi
missa
yltim
actus
lorum
si: qu
poni

tione & concurrentibus ad eā, intermiscēbāt autem
 plura, quæ ad statū illius tēporis pertinebant. Vlti-
 mo de veteri testamento ponuntur duo libri Ma-
 chabæorum continētes historiam ab omnibus præ-
 cedentibus discontinuatam, narrantes quædam ac-
 cidentia, quæ euenerunt populo Indæorum, post-
 quam de captiuitate babylonica redierunt, quorum
 secundus repetit multa quæ dicuntur in primo,
 & in aliquo superaddit, maximè circa principium.
 Sequitur nouum testamentum, in quo quatuor
 euangelia, scilicet Matthæus, Marcus, Lucas, Ioan-
 nes situantur in principio, in quibus vita Christi,
 doctrina, passio & resurrectio describuntur. Li-
 ber autem actuum apostolorum continuat historiā
 euangelicam, narrans discipulorum cōuersationem,
 maxime apostolorum post ascensionem domini, &
 conuersationem aliquorum per eos post missionem
 spiritus sancti, & ideo à multis immediatè post euā-
 gelia poni solebant, sed hodie propter doctrinæ
 excellentiam in fide & moribus, epistolæ Pauli
 primo communiter ponuntur. Inter quas primo po-
 nitur vna missa Latinis, quæ dicitur ad Romanos, &
 sequuntur 12. missæ Græcis, octo ad ecclesias, scilicet
 duæ ad Corint. vna ad Galat. alia Ephesiis, alia Phi-
 lippensibus, alia Colossensibus, & duæ Thessaloni-
 censibus, & sequuntur quatuor personis singularibus
 missæ: duæ Timotheo, vna Tiro, altera Philemoni,
 vltimo verò ponitur epistola ad Hebræos, postea
 actus apostolorū, deinde epistolæ aliorum aposto-
 lorum, quæ sunt informatiuæ populi per eos cōuer-
 si: quæ etiam dicuntur canonicæ, quarum prima
 ponitur Iacobi, duæ Petri, tres Ioannis, vltima

PARS OCTAVA

Iude. Apocalypsis autem Ioānis vltimus ponitur in nouo testamēto continens prophetias de statu presentis ecclesiæ, & futura remuneratione bonorum & malorum. Sciēdum est præterea, quod sacra scriptura diuiditur in octo partes principales secundum octo modos dicendi, quos assumit. Docet namque politice & legislatiue in prima sui parte, scilicet in pentatheuco. Docet secundo chronicè siue historiciè: & enarratiue in altera sui parte, scilicet in libris Iosue, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipomenon, Esdræ, Thobiæ, Iudith, Hester, & Machabæorum. Docet tertio identice: & quasi poëtice, & decantatiue in altera sui parte, scilicet in tribus libris, videlicet Psalmorum, Trenorum, & Cantici Cantorum. Docet quarto propheticè & declamatoriè, id est per modum homiliarū: & sermonum & predicationū, & hoc in alia sui parte, videlicet in 6. lib. Isayæ, Hieremix, Baruch, Ezechiel, Daniel, & libris Prophetarum. Docet quinto dialecticè, & disputatiue in alia sui parte, videlicet in duobus libris, scilicet Iob & ecclesiastes, in vtroque enim disputatiue & disceptatiue proceditur. Docet verò sexto moraliticè seu ethicè, & consulariue, & hoc in alia parte, scilicet in tribus libris, videlicet Proverbis, Sapientia, & Ecclesiastico, & sic sub istis sex modis dicentur comprehenduntur omnes libri veteris testamēti. Docet verò septimo testimonialiter & affirmatiue eodem modo, quo notarij assueti sunt de veritate informari homines, & hoc in prima parte noui testamēti, scilicet in quatuor euangelistis. Docet octauo epistolaliter & destinatiue in secunda parte noui testamēti in quatuor libris, qui sunt epistolæ Pauli, autem

apoc
ca ac
can
stola

A
Vider
tabili
tione
re. Pr
Terti
trans
tum
ipsis
dicta
natio
Christ
id est
prime
posse
status
dum
in Ch
quam
runt a
in hoc
tes in
autem

apostolorum qui fuerūt epistola missa à sancto Luca ad Theophilum vt patet, similiter in lib. 7. epist. canonicarum, vltimo in Apocalypsi, quæ fuit epistola beati Ioānis euangelistæ missa 7. ecclesiis.

CAPVT TRIGESIMVM.

De distinctione ætatum.

AD intelligendum autem distinctionem ætatum mundi conueniens est declarare quid est ætas. Videtur autem dici spatium tēporis cum aliqua notabili mutatione in principio vel in fine, quæ mutationes cuilibet considerati possunt faciliter apparere. Prima incipit in Adam. Secunda post diluuium. Tertia in Abraham. Quarta in Dauid. Quinta in transmigratioe Babylonis, quando scilicet dissipatum est regnum Iudæorum, & quamplurimi de ipsis in Babyloniā sunt translati, propter quod etiā dicta est transmigratio Babylonis. Sexta in incarnatione. Septima vt pluribus videtur in passione Christi, cum ista ætas dicatur status quiescentium, id est in paradiso existentium, & in passione Christi primo ab hominibus plenè quantum ad animam possessus est paradysus, licet secundum aliquos hic status dicitur in morte Abel incœpisse: secundum alios vero in incarnatione: secundum alios in Christi resurrectione: durabunt autem tam sex quam septem ætates vsque in finem mundi. Differunt autem quia sexta dicitur quantum ad viuentes in hoc mundo, septima vero quantum ad quiescentes in paradiso: vnde similiter concurrunt. Octaua autem incipiet in generali resurrectione. Fluxerunt

autem anni à principio mundi vsque ad Christum secundum aliquos 5222. secundum alios 5199. Anni ab incarnatione Dei sunt 1582. quantum durabit adhuc mundus solus Deus nouit. Sunt etiam septem ætates hominum: videlicet, infantia quæ est à natiuitate hominis vsque ad 7. annum, pueritia ab inde vsque ad 14. Adolescentia, à 14. vsque ad 21. iuuentus, ab 21. vsque ad 28. virilitas, à 28. vsque ad 40. senectus, à 40. vsque ad 70. decrepitas, à 70. vsque ad finem.

Explicit recollectorium rudimentorū sacræ theologiæ pro nouis prædicatoribus & confessoribus, pro quibus etiam sequitur summula perutilis, quæ vtuntur in defectu manualis Nauarri, quod reor esse melius omnium huiusce temporis, vt dixi supra in secunda parte horum oculariorum. quare illum perlegito & edisce, si cæco bene vis ducatum præstare.

De pace versus.

Candida pax homines, truces decet ira leones.
 Maxima pax morum, pax blanda quies animarum.
 Pax sol iustorum, pax dulcis amica bonorum.
 Pax regina poli, pacem dimittere noli.
 Nil est virtutis, nil est sine pace salutis.
 Hanc amplectaris, hanc tota mente sequaris.
 Si quæris pacem, linguam compesce loquacem:
 Pax non seruatur, nisi lingua fluens teneatur.
 Non locus est pacis, ubi regnat lingua loquaci.

De cellæ utilitate.
 Cella quies mentis, fuga rixa, cura studentis.

Si stas in cella, vitabis plurima bella.
In cella pax sistit, foris autem non nisi litis.
Si pacem quaris, hanc raro egredieris.
Sit tua pax animi requies, habitatio cella.
Si Deum quaris, caueas ne mente vageris.
Delitius veris, cellam sectando frueris.
Fac studium verum, de cella scandito calum.
Cor teneas sursum: studiosè perfice cursum.
Sic erit hora breuis, & tua vita leuis.

De studio hominis.

Disce vacans studio, quasi nunquam sis moriturus.
Vive carens vitio, quasi cras sis cariturus.

Quatuor ista timor, census, dilectio, rancor,
Sæpe solent hominum rectos pervertere sensus.

Nobilitas hominis mens, & dietatis imago.
Nobilitas hominis: virtutum clara propago.
Nobilitas hominis: humilem releuare iacentem.
Nobilitas hominis, mentem refrenare furentem.
Nobilitas homini natura iura tenere.
Nobilitas hominis, nisi turpia nulla timere.

Qui non assuescit virtutibus dum iuuenescit,
A vitis nescit discedere quando senescit.

Forma, genus, mores, sapientia, genus, honores:
Mente ruunt subita, sola manent merita.

Cum quid turpe facis, tunc me cernente rubeſcis.
Cur cernente Deo, non magis ipse rubes?

Exor, villa, boues, cenam clausere vocatis.
Mundus, cura, caro, calum clausere renatis.

Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor, vita necesse mori?

In paucis verbis sapiens cognoscitur omnis.
Cum sapiens loquitur, expectat tempus & horam.

PARS OCTAVA

Cum facis ingressus, studeas sic esse modestus,
 Ut post recessus, de te sit rumor honestus.

Nobile vincendi nobis est patientia: vincit

Qui patitur, si vis vincere discere pati.

Alia vina, venus, luctus, rix, fumus, & ignis.

Hæc nocent oculis, sed vigilare magis:

Feniculus, berberna, rosa, celidonia: rutha.

Ex his fit aqua, quæ lumina reddit acuta.

Bethonica bethonicum tollit de corde vomitum,

Ab oculis caliginem à capite uertiginem.

E nula cæmpana reddit præcordia sana.

Pluribus officiis animæ sunt nomina plura.

Dum sentit sensus, ratio dum iudicat & mens.

Dum quid commemorat, animus dum cogitat, & tur.

SI Christum quæris, vultum fugias mulieris.

Cedere coneris fugiendo, ne reproberis.

Tecum bella geres, & qui cernere vis mulieres

Si procul astabis, animæ tuæ lucra parabis.

Viuas lege poli, mulieres cernere noli.

Respue sic illas, & magnas, atque pusillas;

Ut nullam noscas, nec secum viuere possas.

Istud mente gere, nisi caueris à muliere,

Non poteris verè crucifixo iure placere.

Cum secum loqueris, tunc paucis utere verbis.

Solicite multum studeas auertere vultum:

Nam benè munitur, qui prospicit, unde feritur

Fæmina formido sit semper ubique perito.

Qui cupit æterna cælestia regna superna,

Sint quasi mærores mulieri: sint & timores:

Et quasi spinarum puncturæ visus earum.

Taliter horrebis mulieris, siue cauebis.

Et quasi serpentes fugias mordere volentes.

Fœmina præclara facie, quasi pestis amara.
 Et quasi caligo, & rubigo, mortis origo.
 Fœmina iustorum laqueus, quasi morbus eorum.
 Fœmina sepe ferit hominem, qui mollia querit.
 Et quasi fermentum corrumpit cor sapientum.
 Fœmina fert mortem solet hæc sic ladere fortem.
 Quod plerumque cadit moriens ad tartara vadit.
 Vere sibi qui credit miser est, in fine dolebit.
 Se nimis excæcat fatuus, quem fœmina fedat.
 Fœmina multorum cum fomes sit vitiorum,
 Innumeros homines inferni mittit ad ignes.
 Vincere si cupias, fugias, ne tu prope fias.
 Et vix accedas, compulsus spouse recedas.
 Consulo sic esse, nisi sit quandoque necesse.
 Non sit amicitia triplex, nimium tibi stricta.
 Pseudouiros fugias, & eorundem dogmata ficta.
 Et fuge mellita mulierum verba polita.
 Vtere cum senibus, quæ sunt puerilia vita.
 Qui tibi sint patres spiritales elege fratres.
 Sunt mores quorum, quasi flos, & lux aliorum.
 Cum quibus utaris maneat, exempla sequaris.
 Hunc habeas morem, teneas ubicunque moraris.
 Porticus, & vici tibi semper sint inimici.
 In quibus illicita referunt & noxia dicta.
 Vt caueas culpam multorum respue turbam.
 Sic age, ne turba tibi sint occasio culpa.
 Sis procul à turba, qui vivere vis sine culpa.
 Vt bene pacificus placatus, sis foris intus.
 Stes alibi potius, dum vis requiescere, pausa.
 Non ubi stes sedeas, nisi debita sit tibi causa.
 Perpetuo fidus sis paupertatis amicus,
 Quæ te sectetur, in te videatur: ametur.

PARS OCTAVA

Hæc tibi sponsetur : tua sit tecum & morietur.
 Huius amator eris dum vixeris & morieris.
 Dulcis amica tibi paupertas sit crucifixi;
 Qua nimium dives aeterno munere vives.
 Si benè constanter illam seruabis ouanter.
 Pendentem nudum crucifixum respice dudum.
 Sanguine manantem : lachrymando vociferantem.
 Qui voluit verè pro te moriendo dolere.
 In cruce spinosus : pauperculus, opprobriosus.
 pone cor ad Christum, suspira : plange magistrum.
 Sanguine conspersum recolas Iesum crucifixum.
 Discite suos mores : secum partire dolores.
 Hoc satis est æquum : teneas vestigia secum.
 Non aliò vergas : sed eodem tramite pergas.
 Se mediatorem voluit qui ferre laborem,
 Corpore liuorem pro te nimisumque dolorem.
 Respice sudorem crucifixi : lambe cruorem.
 Cor per mærorem : crucifixum plangat amorem,
 Verum dulcorem, sapidum : dulcèmq; saporem.
 Cæli candorem videas mutasse decorem.
 Virgineum florem, nimium qui spirat odorem.
 Si geris hunc morem : te cunctis reade minorem.
 Ista tuæ menti solatia sint cupienti.
 Si bene poscenti crucifixo compatienti
 cor tibi scindatur, Christus tuus ingrediatur.
 Hic tibi dulcescat tua mens : in quo requiescat.
 Vir reuerende bone : qui serues religione.
 Te lachryma : dum mouet, fac viuas cum ratione.
 In cruce te pone crucifixi cognitione.

De mulierum malitiis.

Recedite recedite : ne mulieri credite.

Huc accedant : qui sincere : viam mentis possidere : purè
optant, legant vere.

Scripturam sanctam percurramus, ubicunque latet hamus,
ut per omnes concludamus. Recedite.

Dicat nobis prius homo, qui deceptus est in pomo, sum exclu-
sus pulchra domo. Gen. 3.

Eram fulgens velut stella, paradysus mihi cella, sum confu-
sus hac procella. Recedite.

Dic & tu Loth homo dei, qui fuisti dolens rei : me decepit
proles mei.

Fraude vino me refecit, senis corpus sic infecit quod de me
semen concepit. Gen. 19. Recedite.

Loth uxoris mementote, qua se vertit sicut rethe : dicat
prudens proditote.

Hæc est statua salina, quæ est nobis sal doctrina, ut dicamus
sine fine. Recedite.

Rebecca cibum parat viro, pelles colli ponit gyro, prolem pri-
uat modo miro. Gen. 20.

Isaac pilosum tangit, minor se maiorem plangit. Esau postre-
mo plangit. Recedite.

Osichem dic scelus graue, qui cæpisti Dinam prauè, sum oc-
cisus turpi fraude.

Vaga vanum dementavit, cruor multus emanavit, sic ma-
deprecor excacavit. Gen. 34. Recedite.

Iudas dux est princeps patrum, dicat nobis crimen atrum,
dedi virgam misi caprum.

In binio Thamar sedebat, meretricem se fingeat : trahit
mentem, corpus fædat. Gen. 38. Recedite.

PARS OCTAVA

Ioseph decus castitatis, pugil fortis honestatis, verbum se-
rat veritatis.

In me velut vrsa ruit, vestes traxit atque luit, vir Hebraeus
me delusit. Recedite.

Moab Israel scædavit, per puellas quas ornavit: pro his dem
hos prostravit.

Quia his se miscuerunt, multa milia perierunt: una die cur-
ruerunt. Numeri 12. Recedite.

Phinees plenus vigore, binos ferit pugione: deum placat hoc
cruore.

Balaam qui hoc suavit, gladium iam non evasit, cum Israhel
Moab invasit. Numeri 22. Recedite.

Dic tu Sisara famose, me vocavit gratiose: lac propinat
hæc dolose.

Postquam pavit fugientem, me decepit blandientem, et oc-
cidit dormientem. Iudicum 4. Recedite.

Dic Abimelech sceleste, qui scædasti terram peste, molam
iasit hæc funeste.

Hæc in turri cum sederet, et pugnans me videret: me
collusit, ne lugeret. Iudicum 9. Recedite.

Dicat nobis Sampson fortis, qui detraxit veles pontis, sum
creatus homo mortis. Iudic. 16.

Et hunc Dalida decepit: quando leam tonderi fecit, et
virtus tunc defecit. Recedite.

Per hanc una tribus spreta: Benjamin cede repleta, ferreus
tota deleta. Iudic. 20.

Pro re vili concrepita: orta est lis inaudita: ut omnes dicit-
mus ite. Recedite.

Dic David propheta sancte dum transfixum se lavante: tra-
xit ferrum ad amante.

Homicidium hinc concepi: Vriam mori præcepi, cuius vix-
rem mox accepi. 2. Reg. 11. Recedite.

Aman diligens sororem: philtrocaptus in amorem virginalem rupit florem. 1. Reg. 13.

Fecit me primo languere, scilicet post actum sic horrere ut nõ possim iam silere. Recedite.

Abalon stulte fecisti: Amõn fratrem occidisti, contra patrem superbisti. 2. Reg. 13.

Concubinis te fœdasti: regis thorum violasti, lanceatus expirasti. 2. Reg. 16. Recedite.

Clamet Salomon dilectus: qui est fœminis allectus: heu miser sum deceptus. 3. Reg. 11.

Regem tantum seduxerunt: me prudentem peruerterunt, idololatriam fecerunt. Recedite.

Dicat Siba decollatus: sum confusus sum damnatus, ferit corda mutat status.

Sapienter hæc imbuta, cinibus sic est locuta. Hunc tradamus, urbs est tuta. 2. Reg. 20. Recedite.

Dic nequissima regina: qua sententia diuina deperisti cum ruina.

Acas regem confudisti, & prophetas occidisti, dic Helia quid fuisti. 3. Reg. 20. Recedite.

Crudelissima Athalia, simili cucurrit via interfecta prole pia. 4. Reg. 20. Recedite.

Regis natos trucidauit, annis sex post imperauit: tandem mortem reportauit. Recedite.

Michol virum deridebat, filia inepte ludebat, Moysi soror detrahebat. 2. Reg. 6.

Vna namque proles gignit, aliam mors cito stringit, sed Mariam lepra tingit. Iudicum 11. Recedite.

Holosernes dux superbus: qui currebat sicut ceruus ingulatus est proteruus. Numeri 12. Iudith. 11.

Hostem verbis demulcebat: & benignam se præbebat, sic illum Iudith fallebat. Recedite.

PARS OCTAVA

- Dic amen qui exaltasti, altum lignum quod dolasti, ipsum
tibi preparasti. Hester.
- Hæc me regi diffamavit, cuius mentem immutavit, me qui
solio privavit. Recedite.
- Dicant senes de Susanna, nos reflectit quasi cæna, multa no-
bis insert damna. Dan. 13.
- Species nos exacavit, sicut Daniel clamavit, populus nos la-
pidavit. Recedite.
- Vox clamantis in deserto, monet omnes in apertoc, apud po-
stular pro certo. Marci. 6.
- Canit, saltat coram rege, placet cunctis dira lege, homo tace
fuge lege.
- Primus lapis fundamenti retrus clamat voce flenti, mihi
credite lugenti. Matth. 2.
- Kna me voce prostravit, talem gladium vibrauit, nego vi-
tam quanti amavit. Recedite.
- Dicat terra, clamet cælum, hoc est inimici telum, omnes ergo
dicant verum.
- Viros probos sanctitate, hæc decepit hanc fugate: omnes er-
go vos clamate. Recedite.

Proprietates malæ mulieris.

Foemina fætida fœmina sordida, digna carbenis:
Mens malè conscia, mobilis, impia, plena venenis.
Horrida, nocua, publica, ianua, semita trita.
Aspide sæuior, ungue rapacior est tua vita.
Mens tua vitrea, saxea, plumbea, ferrea, nequam.
Perdere, prodere, fingere, fallere, rem putas aquam.
Desine scribere, desine mittere carmina blanda.
Carperè turpia, dicere mollia, quaque nefanda.
Consule mihi, consule tibi, sis tua tota.

Nam tua fœdera sunt quasi vipera noxia nota.
 Quoslibet elige, dilige, collige, sint tibi mille.
 Sit tibi charior aut pretiosior iste vel ille.
 Summa potentia funditus omnia destruat antè
 Quàm mea sumere vel mea tangere sustineam te.
 Fœmina res ficta, res subdola, res maledicta.
 Fœmina te fallit cum dulce magis tibi psallit.
 Fœmina dum flebit, sapiens non corde dolebit.
 Fœmina ridendo, flendo psallitque canendo.
 Fœmina corpus, opes, animum, vim, lumina, vocem,
 Polluit, annihilat, necat, eripit, orbat, acerbat.
 Fœmina fax sathana, rosa fœtens, dulce venenum.
 semper prona rei quæ prohibetur ei.
 Fœmina fallere, falsâque dicere quando cauebit,
 Sequana piscibus, & mare fluctibus antè carebit.
 Si membrana solum si calamus pene nemus omne
 Et Thetis in claustrum scribat & omnis homo.
 Nec Thetis, calamus, nec machina cuncta liquorque
 Fœmineum facinus scribere sufficiunt.

FINIS.

LL iij



PARS NONA SEQUITVR.

BREVIS RESOLVTIO SENTENTIARVM SACRÆ SCRIPTURÆ ab hæreticis huiusce tempestatis, in suarum hæreseon fulcimentum perperam adductarum.

Crescite & multiplicamini & replete terram.

Gen. 1.

HAc verborum forma, dat Deus protoparentibus, ab eisque descendentibus procreandi sibi simile facultatem: non autem matrimonium præcepit (vt volunt hæretici (cùm eadem verba reptilibus & volatilibus dicta sint in quibus non est lex matrimonij.

Alia responsio.

Istud præceptum, non singulos constringit, (sic enim distributio pro generibus singulorum,) non pro singulis generû: alioquin Christus & multi alij sancti huius præcepti transgressores, (quos eo crimine maculare præsumet nemo) extitissent.

Alia ratio.

Hoc præceptum pertinebat ad statum naturę primitus institutę, quando necessaria erat procreatio filiorum, propter multiplicationem & conseruationem speciei: non autem eo modo ad statum gra-

tia,
cata.
epist.

M
bona
heret
On
ratio
gust.

Hi
uand
auter
mon
cet,
tum.

H
deb
ditu

S
tent
citu
In C

H

tiæ, quo humana species est sufficienter multiplicata. *Cyprian. tract. 2. de habitu virginum. Hieronym. epist. 9. ad Heluid. tom. 2.*

Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Eodem cap.

Moses magnificentiam creatoris in creaturarum bonarum conditione ostendit, non autem (vt dicunt heretici) omni tempore licitum esse carniū esum.

Omnia ex se sunt bona bonitate entis vel naturæ, ratione tamen euentus mala, quia prohibita. *August. lib. de arbore scient. boni & mali.*

Non est bonum hominem esse solum.

Gen. 2.

Hic agitur de necessitate fœminæ propter conseruandam & multiplicandam speciem humanam, nõ autem de singulis & omnibus hominibus matrimonio copulandis. Id textus sequens docet, scilicet, Faciamus ei adiutorium simile sibi. *August. tom. 3. lib. 9. de gen. ad lit.*

Relinquet homo patrem & matrem & adharebit vxori suæ. Eodem cap.

Hic non præcipitur matrimonium, sed quanta debeat esse charitas in matrimonio copulatis ostenditur.

Alia responsio.

Secundum D. Hieronymum, ostendit hæc sententia coniugia secunda vitanda & polygiam, dicitur enim & adhærebit vxori suæ, non vxoribus. *In Comment. super Matth.*

In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Gen. 3.

Hic locus non vult omnem hominem propriis

FARS OCTAVA

manibus terram colere & ligonizare, sed potius docet terram ita maledictam in pœnam peccati Adami, vt sine cultu & hominis labore, iam non vt ante producat.

Alio modo.

Vel dicendum, quod nullus est qui ex terra comedit nisi præcedente sudore, vel in se, vel in alio. Vita enim corporalis semper est cum labore, aut spirituali aut corporali.

Adde quod quemadmodum per illa verba in tristitia paries filios, non præcipitur matrimonium. Sic nec per ista, in sudore vultus, &c. sed tantum pœna & sudor in opere prædicitur.

Sensus & cog. prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Gen. 8.

Non vult sanctus Moses dicere hominis naturam esse malam, sed docet homines illius temporis nequissimos fuisse (Noë excepto) & post peccatū primi parentis maximam fuisse ad peccandum in omnibus pronitatem. Illam autem pronitatem frenare potest liberum arbitrium, ne semper in malum prorumpat.

Omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum. Gen. 9.

Summus Deus non hominibus præcipit esum carniū, sed ob terræ infœcunditatem & hominū fragilitatē permittit: non ad ventris ingluuiem, sed quia ex ipsis Noë erat sacrificaturus, & Deo gratias acturus. Itē ne homines postea adorarent quod comederent. Multi quidem sibi animantia pro diis fecerunt. *Rabanus, Theodoretus in gen.*

*At verò Melchisedech rex Salem proferens
panem & vinum, &c. Gen. 14.*

Melchisedech Deo sacrificium panis & vini in gratiarum actionem victoriæ cælitus datæ Abraham obtulit: Non autem viaticum fatigatis ex itinere, vt quidam asserunt. Item nõ sequitur ex hoc facto debere laicos sumere corpus Christi sub vtraque specie: cum non minus detur sub vna quàm sub duabus. Et hoc modo faciendum præcepit ecclesia (cuius edicto quisque fidelis parère debet) ad effusionis periculum euitandum. *Liranus.*

*Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad
iustitiam. Genes. 15.*

Fides iustificat hominem quæ per dilectionem operatur, qualem habuit Abraham, non autem fides informis qua & dæmones credunt. Alia est enim fides diabolica, alia Christiana.

*Habeo duas filias quæ necdum cognouerunt viros:
educam eas ad vos, & abutemini eis
sicut, &c. Genes. 19.*

Ex facto Loth non rectè concludunt quidam dicentes simplicem fornicationem non esse peccatū. Sanctus quippè Loth non eam approbavit filiarum oblationem, sed populum à cœpto desistere existimabat, sua hyperbolica submissione. *August. tom. 4. lib. contr. mendac. ad consert. cap. 9. Chrys. hom. 43.*

Alia responsio.

Vel dicendum quod Loth nouerat vitium sodomiticum, malum esse maius fornicatione simplici, & ideo inter duo illa mala, maius malum fugere voluit.

P A R S N O N A

*Fuit Dominus cum Ioseph, & misertus est
illius. Genes. 39.*

Quidquid agat Deus cum electis, semper relucet eius misericordia & gratia: non tamen sequitur, quin ex iustitia remuneret omne opus bonū, (quod negant hæretici) vt etiam punit omne malum. Misericordia enim Dei, non tollit sed efficit & remunerat hominum piorum merita. Supposuisse ergo dicitur Dominus manum suam ipsi Ioseph, vt non collideretur, id est alieno peccato non inquinaretur & aduersitate non frangeretur, quia iustus erat, & Deum timebat.

*Inuocetur nomen meum super pueros
istos. Genes. 48.*

Patriarcha Iacob non vult hac verborum prolatione vt à suo nomine posteri denominentur Abrahamitæ, Isaacitæ aut Iacobitæ: sed nomen suum nominæque patrum suorum inuocari, vt posteris ipsi beneficiat, fauore quo excepit semper bonos & fideles illos patriarchas. *August. tom. 3. lib. loquit. dom. in Genesim.*

Ego indurabo cor Pharaonis. Exod. 4.

Non abstulit Deus liberum arbitrium Pharaoni, nec eum ad peccandum incitauit: sed obdurari permittit, vt alij eius flagellis erudirentur. Vel indurare dicitur Deus quando gratia sua indigno malo obstinatè inhærere permittit. *August. tom. 10. serm. 88. de tempore. Greg. lib. 11. mor. cap. 5.*

Secundum Thomam, Deus non dicitur indurare aliquem directè causando malitiam, sed indirectè, in quantum hominem permittit indurari. *S. Thom. in epist. Rom. cap. 2. lect. 3.*

V
riua
rò à L
Se
do vt
vt est
Lirani

Pha
citata,
cta, no
fortitu
quod
bona
sed cor
9.32. L
Vel d
tum ac

Non
res, qui
canti q
rendur
stituti o
N

Hoc
bet dor
Dei &

Alia responsio.

Vel dicendum, quod obduratio duplex est, positiva, & negativa. Prima est ab homine, negativa vero à Deo.

Secundum Liranum, dicitur induratio vno modo vt est peccatum, & sic est ab homine: alio modo vt est pœna quædam peccati, & sic est à Deo.

Liranus.

Idcirco te posui vt ostendam in te fortitudinem meam. Exod. 9.

Pharaonis peruersa voluntas à Deo non est excitata, sed tantum ad Iudæos erudiendos est directata, non quod indigeat hominum malitia ad suæ fortitudinis declarationem: sed quia ita bonus est quod ex malo scit elicere bonum: & talia vt inde bona eliciat permittit. Vnde Ly. vt non causaliter sed consecutiue tenetur. *August. in quest. supr. Exod. q. 32. Liranus.*

Vel dicendum, quod Deus est causa peccati, quantum ad actum, sed non quantum ad deformitatem.

Honora patrem tuum & matrem tuam.

Exod. 20.

Non censendi sunt huius præcepti præuaricatores, qui voris monasticis se astringunt, cum Deo vocanti quàm parentibus auocantibus, magis sit parendum. Aliud est si in necessitate & indigentia cõstituti essent.

Non habebis Deos alienos, &c. Non facies tibi sculptile. Eodem cap.

Hoc loco & similibus plurimis damnat & prohibet dominus idola, & idolorum cultum: non autem Dei & sanctorum eius imagines earumque iustam

PARS OCTAVA

venerationem & moderatam, vt Christi Ecclesia
præscribit.

*Non erit in te infœcunda nec
sterilis. Exod. 23.*

Non præcipitur hic matrimonium sed abundan-
tiæ fœlicitas & multiplicationis, diuinis obtempe-
rantibus mandatis promittitur.

*Non addetis ad verbum quod vobis
loquor. Deuterou. 4.*

Prohibetur additio legis deprauans intellectum,
non autem additio declarans aut illucidans. *Liranum.*

*Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli
seruies. Deut. 6.*

Particula, soli, Deorum particularitatem ipsorum-
que adorationem excludit: non autem reuerentiam,
sanctis, senioribus & parenibus debitam.

Nota quoque triplicem esse adorationem, latriz,
quæ soli deo debetur: hyperdulig, excellētibus crea-
turis: dulix, sanctis viris. *Aug. tom. 4. lib. quæst. sup.
Gen. quæst. 61.*

*Nè dicas in corde tuo, propter iustitiam meam
introduxit. Deut. 9.*

Moses non vult affirmare Deum nullam habere
rationem bonorum operum & iustitiæ hominum
electorum, sed exprobrat ipsi populo quod semper
fuit duræ ceruicis, nec obsequi voluit diuinis præ-
ceptis.

*Quod ego præcipio tibi hodie hoc tantum
facito. Deut. 12.*

Non prohibetur aliquid fieri ad cultum & reue-
rentiam Dei vltra debitum seu præceptum, sed vt
nil fiat diuinis præceptis contrarium. Hæc enim di-

ctio
deno

Sa
ferun
bitor
sua le
indig

Qu
ius ab
ginem
const
lenda

Ex
tes ne
virtu
quam

Vel
veter
bus a
cie ac

Vel
hic fi
tiant
terra

Cælo, tantum, imitationem rituum idolatrantium denotat & excludit. *Cartusia in hunc locum.*

Omnino egens & mendicus non erit inter vos. Deut. 15.

Saccos mendicitatis delendos esse, non rectè asserunt Lutherani, ex hac sententia, cum non prohibitoria sit, sed promissoria. Promittit enim Deus suæ legis seruatoribus, nullam rerum temporalium indigentiam, sed abundantiam.

Ezechias dissipauit excelsa & contriuit statuas, &c. 4. Reg. 18.

Quod Ezechias destruxit serpètem fuit causa huius abusus populi idolatrantis. Non ergo quia imaginem sed quia Iudæi adorabant vt Deum. Vnde si constaret de abusu alicuius imaginis, illa esset abolenda.

Colligam te ad patres tuos vt non videant oculi tui mala. 4. Reg. 22.

Ex hoc loco non sequitur sanctos in cælo existentes nescire quid hic agatur. Non enim sua propria virtute & proprio genere, sed omnia in verbo tanquam in speculo cognoscunt.

Vel dicendum, quod aliud est loqui de patribus veteris testamenti in limbo post mortem existentibus ante Christi passionem, & de illis qui nunc facie ad faciem speculantur.

Vel sancti dicuntur non videre afflictiones quæ hic fiunt, & si eas non ignorant, quia ab eis nihil patiuntur, nec propter eas tristantur, sicut fieret si in terra mortales essent.

P A R S N O N A

Verbar omnia opera mea. Iob 9.

Sanctus Iob non vult dicere omnia opera esse peccata, (vt d. Luther.) sed timet ne sit ibi aliquid iniustum. Bonarum enim mentium est culpam timere vbi culpa non est. *Liranus.*

*Non iustificatur homo compositus
Deo. Eodem cap.*

Humana innocentia ad puritatem diuinam comparata, dicitur immunditia, sicut pallidum albo comparatum dicitur nigrum. Non tamen sequitur nullum iustum dici, cum ipsemet Iob dicatur iustus ac rectus timens Deum, sic & Noë, Gen. 6. *Liranus.*

*Homo mortuus non intelliget si nobiles fuerint
filij eius, &c. Iob 14.*

Hoc non intelligitur de sanctis viris. Qui enim intus claritatem Dei vident: non est negandum quod sit aliquid exterius quod ignorant. Et quamuis non cognoscant modo naturali & in genere proprio, norunt tamen in verbo, modo supernaturali & per reuelationem diuinam. Si verò Deus hanc eis non daret gratiam (facta Hypothesi) alia tamen via, scilicet angelorum custodum, faciem patris semper videntium, relatione cognoscere possunt.

Adde quod multa protulit Iob in persona malorum hominum sicut sunt verba præcitata. *Greg. lib. 12. cap. 13. moral.*

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.

*Non est qui faciat bonum, non est
usque ad unum. Psal. 13.*

Hic Psalmus de Christo intelligitur, à quo Iudæi declinauerunt & inutiles facti sunt Christianismo, immo & contradictores.

Vel secundum quosdam doctores intelligitur de Adamo, qui in corde suo Deum postponendo, dixit, Non est Deus, scilicet ita me puniendo: à quo omnes declinauerunt per peccatum & inutiles facti, nisi diuina gratia adiuti. Non est qui faciat bonum meritorium ex se. Non est vsque ad vnum, id est, Christum, qui solus naturaliter meretur.

Non derelinques animam meam in inferno. Psal. 15.

Asserit Calvinus ex hac sententia animam Christi inferni dolores sensisse, & malè, quia nomine inferni non ille locus damnatorum, sed limbus patrum intelligitur, ad quem descendit vt captiuam educeret captiuitatem.

Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Ille Psalmus loquitur de corpore Christi in sepulchro iacente, quod non passum est corruptionem in triduo, sed à mortuis resurrexit.

Alia responsio.

Non sequitur corpus Christi non esse sub speciebus panis & vini, licet aliquando species corrumpantur. Non enim corrumpitur corpus Christi, sed tandiu manet sub illis speciebus quandiu manent species.

Delicta quis intelligit? Psal. 81.

Ex hoc versiculo non sequitur aliquid impossibile ab ecclesia præcipi, cum semel in anno ad minus cuilibet catholico peccata confiteri præcepit. Cum enim omnia mortalia sint confitenda, modo intellige humano, ea scilicet quæ humanæ subsunt facultati: quorum homo facta diligenti indagine

potest habere memotiam. Non autem omnia confiteri absolute imperantur.

Alia responsio.

Vel dicendum quod Dauid non loquitur de peccatorum confessione, sed de timore & incertitudine proprii status, in quo nemo nouit utrum amore an odio dignus sit.

Dixi confitebor aduersum me, iniustitiam meam Domino, & tu remisisti, &c. Psal. 31.

Soli Deo confitendum non docet hic versiculus solamque contritionem sufficere: testatur quippe propheta se constituisse, peccata sua firmo proposito & efficaci, confiteri Domino. Qui autem sua aperit facinora sacerdoti Christi vicario, eadem etiam ipsi Deo confitetur. Adde quod tempore Dauid nondum confessio auricularis erat instituta, nec potestas remittendi peccata hominibus collata.

Non vidi iustum derelictum nec semen eius quarens panem. Psal. 36.

Ex hoc loco non potest inferri illos esse impios qui quærunt panem per mendicitatem. Nam loquitur hic Dauid, de pane spirituali verbi Dei, quæ iustis nunquam denegauit, non autem de pane corporali quo multi iusti caruerunt, ut Helias, Helisæus, &c.

Si expan dimus manus nostras ad Deum alienum, nonne Deus requeret ista? psalm. 43.

Non contrariatur hic locus sanctorum inuocationi: Propheta nempe loquitur de his qui relicto vero Deo falsos Deos inuocant. Adde Christianos sanctos

sancti
milia
vt à

Sac
lectar
accep
Idcir
ante c
Et ho

Omn
runt
prop
tionc
veter
prac

D
fatiar
ris in
non
suffic

So
cand
Mal

sanctos orare non vt Deos, sed vt Dei amicos & familiares: non quidem vt dent ipsi quod petitur, sed vt à Deo illud impetrent.

*Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique:
holocaustis non delectaberis.*

Psalm. 50.

Sacrificiis veteris legis dicitur hic Deus non delectari, quia nec continebant gratiam, neque per se accepta erant, sed ex deuotione offerentis dütaxat. Idcirco per ea nullus Deum placare potuit nisi qui ante oblationem vel saltem in ea gratiam habuit. Et hoc vult dicere Dauid in hoc versiculo.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Eodem psalm.

Omnes ex æquo esse sacerdotes malè hæretici asserunt ex hoc loco, cum per spiritum contribulatum propheta intelligat cordis & affectuum mortificationem, quæ bestiarum sacrificiis præfertur, Deo in veteri lege oblatarum, illique minimè accepta, nisi præcedente contritione.

*Cor contritum, & humiliatum Deus non
despicias. Eod. psal.*

Docet propheta cordis contritionem esse necessariam, atque tantum valere in hominis peccatoris iustificatione, vt eum Deo acceptum reddat: non autem dicit (vt volunt hæretici) eam solam sufficere.

*Confitebimur & inuocabimus nomen
tuum. psal. 74.*

Solus Deus vt donator est laudandus & inuocandus, Sancti vetò vt mediatores & impetratores. Malè igitur hanc sententiam interpretantur qui ex

illa concludunt absolutè orandum & inuocandum
Deum solum.

Spiritus uadens, & non rediens,

Psal. 77.

Dauid animas defunctorum post hanc vitam nõ
negat mortalibus apparère, sed similitudine qua-
dam uenti flatus qui cito transit, & postea non sen-
titur, hominis infirmitatem & imbecillitatem si-
gnificare uoluit.

Omnis homo mendax. psal. 115.

Omnis homo suæ relictus naturæ & diuino de-
stitutus præsidio atq; ex se mendax est & falli po-
test: Dei uerò illustratus spiritu uerax est. Ecclesia
autem (in concilio) repræsentatiua, non ex se sed à
spiritu sancto eius directore loquitur: Ideo errare
non potest ut uelis & remis hæretici affirmare con-
tendunt.

Breuior responsio.

Ecclesia potest errare in moribus, non autem in
fide.

*Non iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuens. Psal. 142.*

Nota aliud esse, nullus uiuēs iustificabitur, aliud
uero, nullus uiuens in conspectu Dei iustificabitur.
Primum enim falsum est, & contra scripturam.
Rom. 2. factores legis iustificabuntur. Secundum
uero per comparisonem intelligitur iustitiæ ho-
minis ad iustitiam Dei, quia tota uita Dei est sine
peccato, non autem tota uita iusti uiatoris. Nam o-
mnis uiator pro aliqua parte uitæ suæ in peccato est,
& hætenus inuenitur discordans à iustitia Dei se-
cundum quam non uult iudicari.

Lingua est à Domino Deo.

Proverb. 16.

Non vult scriptura affirmare hominem esse velut stipitem, truncum inanem vel chimæram, sed cum nil boni meritorij agere posse, nisi gratia diuina adiuuatur.

Quis potest dicere, Mundum est cor meum, & purus sum à peccato? Proib. 20.

Stultam esse propriæ laudis iactantiam declarat sapiens, temerariumque de sua quenquam innocentia vel iustitia gloriari, non autem vt dicunt Lutherani, Omne opus bonum esse peccatum.

Vnus est interitus hominum & iumentorum. Eccles. 3.

Dissident tamen: nam anima bruti perit cum corpore & moritur, non tamen anima hominis, quæ est immortalis.

Alia responsio.

Vel dicendum hoc in loco sapientem eorum personam agere qui negabant animam hominis esse immortalem, nam in cap. 12. huius libri dicit hominem iturum in domum æternitatis suæ, & spiritum redire ad Deum qui dedit illum.

Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se. Eccles. 4.

Non vult sapiens solitariam vitam abrogare, sed imperfectis necessariam esse sollicitudinem ostendit: ac si diceret, non expedit imperfecto qui de casu metuit, vt sit solus, væ infanti sine matre, puero sine pædagogo, ægro sine medico, multitudini sine principe.



P A R S N O N A

Canis vivus praefertur leoni mortuo.

Eccles. 9.

Recitat Salomon opinionem terrena sapiētium & caduca, existimantiumque nos cum corporibus interire. Quapropter perperam conficiunt haeretici ex hoc loco magis viuentes sanctos hic mortales nos posse iuuate, quàm cum gloriosi cum Deo in cœlis regnâtes. Non enim sancti censendi sunt mortui, sed maximè viuētes, vt ait Christus, non est Deus mortuorum sed viuētium.

Quodcumque potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas. Matt.

22. Eccles. 9.

Adducunt hanc sententiam haeretici negantes purgatorium esse post hanc vitam, & malè: innuit quippè sapiens mortuos non posse post hanc vitam bona exercere opera pro seipsis meritoria, quæ tunc primū acquirant. Veruntamen ipsis prodesse queūt aliena opera viuētium ad ipsorum subleuationem.

Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.

Eccles. 11.

Dicit sapiens quod mortuus in quo statu decesserit tibi manebit, in charitate vel extra charitatem.

Qui autem sunt in purgatorio, in charitate sunt & ad ordinem pertinent electorum, à quo quidem statu & ordine nunquam possunt decidere.

Non possum esse continens nisi deus det.

Sapient. 8.

Impossibile quidem est homini ex se & suis tan-

rum innocentibus seruare virginitatem illaenam:
diuina tamen adiutus virtute potest. Quare & vo-
uere.

*Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam
non est apud inferos inuenire
cibum. Eccles. 14.*

Hac sententia non potest probari purgatorium
non esse post hanc vitam. Licet quippe non inue-
niatur cibus proprii operis meritorij quod tunc
exerceatur & profit operanti, alieno tamen scilicet
viventium possunt suffragari, quia per quendam cha-
ritatis communionem in eorum refrigerium & re-
uelationem transfunditur.

Multa mala docuit otiositas. Eccles. 33.

Contemplatiuam vitam non condemnat sa-
piens (vt dicunt hæretici.) Duplex est enim otiosi-
tas. Vna est noxia qua & corpus & animus otiosa
sunt, & de ista agit sapiens. Altera religiosa, pia &
sancta spiritali exercitio coniuncta quam com-
mendat Christus: Luc. 10. Maria optimam partem
elegit, &c.

*Omnia enim opera nostra operatus es
nobis. Isaia 26.*

Loquitur propheta de operibus virtuosus in qui-
bus operatur Deus, licet hominis opus dicatur, cum
ibi cooperetur liberum eius arbitrium. Dicuntur
nostra propter meritum, Dei autem propter auxi-
lium.

*Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius
eius fuit? Isaia 40.*

Aliud extra scripturam proponi non debere male
colligunt hæretici ex hoc loco, Nam admonet Pro-

FARS NONA

pheta Deum esse sapiētissimum & potentissimum, rerumque omnium conditorem, alieno super harum creatione, nullo indigentem auxilio.

gloriam meam alteri non dabo. Isaiæ 42.

Non simpliciter prohibet Deus gloriam tribui creaturis: sed suam, id est eam summā quæ soli ipsi debetur reseruat.

Ego Dominus qui deleo iniquitates.

Isaiæ cap. 43.

Deus solus ex propria sua virtute & autoritate remittit peccata, sacerdotes vero ministerialiter, virtute clauium sibi datarum.

Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros, &c. Isaiæ 53.

Christum asserunt hæretici remissionem omnis culpæ & pœnæ nobis meruisse sine aliqua satisfactione ex parte nostra agenda: Quare & indulgentias execrantur & abominantur. SuffICIENTER quidē pro omnibus, sed non efficaciter. Nam nulli communicabit meritum suæ passionis, nisi credenti in eum, seruanti que media (habita facultate) quæ ipse instituit.

Alio modo dicendum quod in peccato, duo sunt, scilicet culpa & pœna. Culpa verbo absolutionis & virtute passionis Christi tollitur, pœna verò operibus pœnitentiæ.

Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam?

Isaiæ 58.

Non omnino hic reprobatum ieiunium corporale, sed illud solum quod prauis cōiungitur operibus atque circumstantiis (vt constat ex sequentibus) eius

meritum & efficaciam tollentibus. *Tertul. lib. de ieiun. contra phisicos.*

Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Esaia 63.

Sanctos nos frustra inuocare aiunt hæretici cum nesciant orationes nostras. Sed aliud est loqui de patribus in limbo existentibus ante Christi aduentum, & de his qui nunc facie ad faciem Deum contemplantur. Illi quidem nesciebant nisi per reuelationem: modò verò in verbo omnia apertè cõtemplantur.

Adde, quòd Propheta hoc in loco docet tantam fuisse populi iniquitatem, vt à patribus agniti non sint, tanquam germana eorum progenies. Hoc sensu, Ioan. 8. Christus negat Iudæos esse Abraham filios,

Omnes iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruata. Esaia 64.

Hoc dicitur in persona Iudæorum existimantium se ad plenum non posse mundari absque sacrificiis Mosaicæ legis.

Vel dicendum quod propheta loquitur de comparatione iustitiæ legis veteris ad legem euangelicam. Nam legalis puritas ad Euangelium comparata dicitur immunditia.

Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum, & c. Esaia 66.

Quanquam Deus sit vbique per præsentiam, essentiam & potentiam, habitat tamen in templis & Ecclesiis Christianorum, per abundantiorē gratiam. Vnde sententia præallegata non derogat taliam constructioni. Insuper per cælum intelligi

P A R S N O N A

debet vita sanctorum vt dicitur Sap. 7. cap. anima
iusti sedes est sapientiæ. *Gregorius.*

Non gloriatur sapiens in sapientia sua.

Docet Propheta nos sine Deo nil posse, quare ad
ipsum semper confugiendum, ipsumque in omni re
incæptanda cogitandum esse, opera autem nostra
(vt dicunt hæretici) non reiicit, ad vitam æternam
habendam necessaria. *Origen. homilia 1. supr. gene-
sim.*

*Non est via hominis vt dirigat gressus
suos. Hierem. 10.*

Verum est nisi per Deum dirigatur. Indiget enim
semper homo diuino præueniente auxilio.

Vel dicendum quod non est hominis via eius
quantum ad executiones electionum in quibus im-
pediri potest multipliciter velit nolit: electiones
autem ipsæ sunt in nobis, supposito tamen auxilio
diuino.

*Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est
anima mea ad populum istum, &c.*

Hierem. 15.

Docet Propheta Deum placari non posse, sanctis
orantibus pro populo in peccato perseveranti: non
autem omnimode & absolutè negat Samuelem &
Moysen orare pro populo, vt dicunt hæretici.

Maledictus homo, qui confidit in homine.

Hierem. 17.

Intercessio sanctorum nos nõ facit fidere in crea-
turas, vt dicunt Calvinistæ, cum ad eos non quasi
principales salutis authores, sed tanquam ad inter-
cessores auxiliij diuini recurramus.

De auro & argento fecisti tibi imagines. Ezech. 16.

Improperatur hic non imaginum simpliciter, sed idolorum fabricatio. Quicumque autem (iuxta sanctæ synodi septimæ decretum) sacram scripturam de idolis, contra venerandas imagines adducunt, anathema.

Omnium iniquitatum eius non recordabor. Ezechiel 18.

Vitam gratiæ hic pollicetur Deus, ad quam assequendam etsi non præexigatur satisfactio in re, in voto tamen & proposito præexigitur.

Vel dicendum quod quamuis hoc in loco satisfactionem non exprimat, alibi tamen abunde agit.

In præceptis patrum vestrorum nolite credere. Ezechiel 20.

Prohibetur Dei populo ne sequatur vestigia patrum, quorum cor post idola gradiebatur, non autem hic patrum nomine apostolos eorumque successores intelligas quibus spiritus sanctus facienda suggerit.

In multitudine tuæ negotiationis repleta sunt interiora tua iniquitate. Ezech. 28.

Mercatorum peccata & abusus non mercandi artem damnat Deus. Si malus fuero (ait Augustinus) non negotiatio sed iniquitas mea me malum fecit.

Domine qui omnia nosti antequam fiant. Dan. 13.

Licet Deus omnia ventura præcognoscat, eius tamen præscientia rerum inferiorum contingentia non præiudicat: neque prædestinatio derogat libertati voluntatis. Sicut enim finem ipsum & exitum

PARS NONA

prædestinatorum præuidit, sic & media quibus ad eum finem perueniant. Non debet igitur quispiam ab operibus iustitiæ cessare, vt per bona opera certam faciat vocationem suam.

Sume tibi uxorem fornicariam. Osee 1.

Dispensatio Dei facit non esse peccatum, quod aliàs fuisset. Sicut de homicidio quod Abraham in filio suo Isaac cõmittere voluit, & in Ægyptiorum spoliatione.

Perditio tua ex te Israel: tantummodo in me auxilium tuum. Osee. 13.

Arguit propheta in persona Dei populi Israëliti- ci superbiam: docetque eum non nisi incommoda sine Deo accipere posse. Vel dicendum quod duplex est Dei auxilium, ante gratiam iustificantẽ & post. Prima adiutus est Cornelius Act. 10. Secunda ba- ptizati.

Iustus ex fide uiuit. Abacuc. 2.

Non dicit ex sola fide iustum uiuere, quia fides si- ne operibus mortua est.

Non est mihi voluntas in uobis; & munus non accipiam, &c. Malach. 1.

Repudiantur hinc veteris legis sacrificia, & apertie- tur sacrificium aliud loco illius subrogatum multò melius quod in sacra synaxi Deo offertur. *Remigius Antistodo. in hunc locum.*

Breuior responsio.

Docet propheta carnalibus Iudæorum victimis, spirituales hostias successuras.

Et si quidem bene & ut historia competit hoc & ipse uelim, &c. 2. Malach. 15.

Sub hoc uerborum contextu malè colligunt hæ-

retici libros Machabæorum non esse recipiendos. Nam non fit excusatio de re scripta, sed de sermone quo est proposita.

Antequam consueverit. Matth. 1. Hierony.

Particula, antequam, non dicit respectum & operationem ad futura, sed quod factum non sit ostendit. Vel secundum Liranum, ostendit tempus proximum nuptiarum celebrandarum. Vel rei iam gestæ miraculum euidentiùs indicat, & non copulam futuram,

Donec peperit. Eodem cap.

Hæc particula donec dupliciter accipitur, vno modo pro tempore determinato, quo transacto fit aliquid, & sic non capitur hic. Alio modo pro semper, & sic hic accipitur. *Basil. tom. 2. homil. 25.*

Filium suum primogenitum. Eodem cap.

Primogenitus, id est, antequam & postquam nullus: vsurpat enim hoc in loco terminus primogenituræ phrasim hebraicam, qua vnigenitus dicitur primogenitus. *Basil. vbi supra.*

Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

Matth. 4.

Ex hac sententia Christi non recte concluditur esse concessam omnibus indifferenter sacrarum literarum lecturam. Nam plerique febricitantium more etiam quantumlibet delicatum cibum inspidum reddunt: & ideo propter obscuritatem arcedi sunt laici à lectura. non quia mala, sed quoniam periculosa sit. Verbum namque Dei est gladius ex vtraque parte acutus. *August. lib. 3. de doct. Christiana. cap. 26. Idem tract. 24. in Ioan.*

PARS NONA

Qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa. Matth. 5.

Licitum est ad tempus uxorem adulteram dimittere quantum ad thorum, vt sic confusa corrigatur: sed non quantum ad vinculum matrimonij.

Nolite iurare omnino. Eod. cap.

Non excluditur omne iuramentum, sed incautum, ita vt ly omnino hyperbolice accipiat, ad amouendam iurandi facilitatem. Id est non absolute, sed propter causam prohibet. *August. lib. de mendac. cap. 20.*

Item.

Nota quod quando negatio præponitur signo vniuersali affirmatiuo, æquipollet suo contradictorio, postposita autem, suo contrario. Vnde cum dicitur omnino idem est ac si diceretur aliquando.

Cum oraueris, intra in cubiculum tuum. Matth. 6.

Non damnat Christus publicam orationem, sed ne hac intètionem quispiam oret vt ab aliis videatur, docet. *Basl. in reg. breuio. inter 277.*

Orantes nolite multum loqui.

Eodem cap.

Prolixitas orationis non prohibetur, sed hypocrisis & vanæ gloriæ ostentatio.

Nesciat sinistra tua quid, &c.

Eodem capite.

Non arguit Christus eleemosynas publicas, sed vanam gloriam quæ in talibus actibus multorum deprauat intentionem.

Si vos cum sitis mali. Matth. 7.

Hæretici Lutherani ex hoc loco dicunt omne

opus hominis esse peccatum, sed falso intelligunt: nam comparat Christus carnalem patrem diuinæ pietati. Quis (inquit) ex vobis homo quem si petierit filius panem, nunquid lapidem porriget ei? Hoc significans quod quantumuis malus homo tamen filios suos diligit, & petentibus bona concedit.

*Non potest arbor mala fructus bonos
facere. Eodem cap.*

Homo gratia Dei destitutus non potest bonos fructus, id est opera meritoria facere, adiutus tamen potest.

*Dimitte mortuos sepelire mortuos
suos. Matth. 8.*

Non prohibet Christus sepulturæ curam, quia ille discipulus non petebat vt sepeliret iam patrem mortuum, sed manere cum patre ad mortem vsque volebat, & tunc sequi Christum, & hoc noluit Christus: nihil enim tam humanum, charum & magnum esse debet, quod propter religionem Christianam relinquere non debeamus.

*Discite quid est, misericordiam volo & non
sacrificium. Matth. 9.*

Non despicit Deus quodcunque sacrificium, sed illud quod fit sine misericordia.

Fides tua te saluum fecit. Eodem cap.

Fides inquam quæ per charitatem operatur, & non sola fides infirmis & nuda.

Eiecit tubicines. Eodem cap.

Exequiarum pompam non arguit Christus, sed iubet tubicines abire, volens puellam à mortuis suscitare, cum iam eis opus non esset.

PARS NONA

Nolite possidere aurum & argentum.

Matth. 10.

Male colligitur ex hac sententia ecclesiam nullas debere diuitias possidere. Vult enim Christus his verbis omnem amputare cupiditatem auaritiæque radicem.

Vnus passer non cadet super terram sine patre vestro. Eodem cap.

Hæc verba Christi docent vniuersalem Dei de omnibus rebus prouidentiam, non autem esse totalem actionum humanarum auctorem.

Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Matth. 11.

Quamquam Apostoli absque exercitio sacrarum litterarum notitiam habuerint, falsò tamen Hugonotii, idiotæ & simplices simile sibi adscribunt, cum factum particulare non faciat legem communem.

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego ref. &c. Eodem cap.

Docet hic Christus nullum ad Deum patrem sine ipso & eius fide accessum habere, nec eundem vere & salubriter cognoscere. Absit ergo vt sanctorum inuocationem prohibeat.

Iugum meum suauis est, & onus meum leue.
Eodem cap.

Iugum Domini non ideo dicitur suauis & onus leue, quòd euangelica lex nil arduum vel difficile præcipiat aut exigat. Verat quidem superbiam, vanam gloriam, mulierumque concupiscètiã, quod difficilius est quàm purè & integrè homini peccata confiteri. Non ergo difficultas excusat quenquam à legis obseruantia.

Sinite utraque crescere usque ad messem.

Matth. 13.

Hæreticos per mortem eradicare non est contra hoc præceptum, nam eo casu est intelligendum, quando non possunt extirpari zizania sine extirpatione tritici.

Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, ceteris autem in parabolis. Eodem cap.

Non quod sit Deus personarum acceptor (in gratiis quippe non est personarum acceptio) sed quia minus capaces iustissimè priuat secretorum reuelatione, vti per gratiam & misericordiam aliis ad sui nominis gloriam & hominum salutem reuelat.

Non sum missus nisi ad oves, &c.

Matth. 15.

Ista non sunt verba denegantis beneficium, sed instruentis super eo, quapropter non est cessandum ab inuocatione sanctorum apostolorum, &c.

populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. Eodem cap.

Orationem vocalem non simpliciter arguit Christus, sed eam tantùm quæ ex puro corde & deuoto non proficiscitur.

Sine causa colunt me docentes doctrinas & mandata hominum. Eodem cap.

Detestandam scribarum & pharisæorum imposturam Christus improbat, quòd simplices induceret ad arctius obseruandum traditiones humanas quàm diuina præcepta. Multa quidem confinxerāt ad lucrum sectandum.

Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. Eodem cap.

P A R S N O N A

Traditiunculas maiorum Iudeorum irradicatum
iri innuebat Christus, non autem religiones quæ ex
Deo sunt & vota monastica.

*Non quod intrat in os coinquinat homi-
nem. Eodem cap.*

Cibus hominem ex sua natura non coinquinat,
sed tantum voluntas illum sumendi contra eccle-
siae & Dei præceptum. Vel dicendum nil hic dicere
Christum de ieiunio, sed errorem Iudeorum tolle-
re cibos credentium, non lotis manibus tactos fieri
immundos, & comedentem immundum fieri.

*Tu es Petrus, & super hanc Petram edificabo ec-
clesiam meam. Matth. 16.*

Et si dicatur Christus petra, non tamen inde se-
quitur Petrum, petram & caput non dici. Alia est
enim Petra primaria & caput principale vt Chri-
stus: alia secundaria & caput vicarium, vt dicit
Petrus.

*Et tibi dabo claves regni cælorum.
Eodem cap.*

Clauium nomine non sola Euangelij prædicatio
intelligitur, (Alias episcopus indoctus claves non
haberet) sed potestas dimittendi vel retinendi pec-
cata, conscientias iudicando.

Ipsam audite. Matth. 17.

Solum Christum personaliter audiendum, & non
homines dicit Calvinus, vnde & maiorum traditio-
nes reiicit. Cui respondendum est, ea non minus esse
recipienda quæ ab Ecclesiae pastoribus traduntur,
cum hæc eadem præcipere dicatur. Luc. 10. Qui
vos audit, me audit.

Si peccauerit

*Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum
inter te, &c. Matth. 18.*

Hæreticorum punitio non hic prohibetur, cum sint in numero ethnicorum computandi, sed proximorum ob occultum fragilitatis peccatum reprehensio docetur.

Vbi duo vel tres congregati. Eodem cap.

Veram scripturarū intelligentiam sibi vendicant Calvinistæ ex hoc loco perperam intellecto, cum Dominus loquatur de sua Ecclesia, extra quam ipsi secluduntur.

Qui potest capere capiat. Matth. 19.

Continentiam perpetuam quasi impossibilem non dissuadet Christus, quinimo eam consulit amplectendam. Nemo siquidem de re penitus impossibili recte dixerit, qui potest capere capiat, cum nullo ingenio illa possit haberi.

Nemo bonis nisi solus Deus.

Eodem cap.

Verum est per naturam, participatiue tamen homines sunt boni, omne enim bonum est à deo. *Repert. in Genes. lib. 1. cap. 15.*

Si vis ad vitam ingredi serua mandata.

Eodem cap.

Non propterea tanquam inutiles reliciendæ sunt Patrum traditiones, non enim exorbitant à diuinis præceptis, imo magis ad eorum obseruationem astringuntur subditi, illo Dei præcepto à beato Petro expresso, *Obedite præpositis vestris.*

Ecce nos reliquimus omnia. Eodem cap.

Diuitias habere ad naturæ sustentationem & pauperum subleuationem (quales habet Ecclesia) non

derogat paupertati & Euangelicæ perfectioni.

Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Matth. 20.

Beatitudo æterna per denarium figurata est vna ex parte obiecti, scilicet Dei, multiplicatur autē ex parte recipientiū atq; fruuentium. *D. Carth. in hūc locū.*

Vel dicendum quod est æqualis omnibus quantum ad durationem, non tamen in perfectione quæ est secundum exigentiam meritorum. In domo patris mansiones multæ sunt.

Adde quod hac parabola docuit Christus non inuidendum gratiæ alienæ, imo magis collærandum.

Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Matth. 22.

Non commendatur vestium prætiolositas externorum, sed interiorum, scilicet, anime, quæ sunt fides, spes, charitas.

Nolite vocari Rabbi. Matth. 23.

Ambitionis affectum & inanis gloriæ hypocrisis damnat Christus, non autem simpliciter vocabuli denominationem. Scimus equidem vnum esse patrem per naturam & magistrum, non præiudicat tamen aliis vt abusiue appellentur patres & magistri. *Hieronym. in Matth.*

Decimatis mentam & anethum, & cuminum, &c. Eodem cap.

Christus hic scribarū & Phariseorum nimiam sollicitudinē circa decimarum solutionē & lucrum temporale, pigritiam verò circa legis iudicium taxat.

Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Matth. 24.

Vult Christus his verbis vt nullū alium Messiam

quàm se expectemus & quæramus, nihil curantes si aliud docuerint pseudopropheta. Secundo ex his verbis habes quod nulli loco, speciei, cultui, vel statui Christus alligatus est, vt ibi solus sit & non alibi.

Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli. Eodem capite.

Et si non dicatur Christus ex hostia venturus, non tamen sequitur quin sub illa contineatur. Visibilis & in propria forma iudicaturus veniet, non sacramentaliter in aliena forma in qua tegitur & communicatur ad nutriendum & non ad iudicandum.

Oportet ergo te committere pecuniam nummulariis. Matth. 25.

Hic agitur de vsura & profectu gratiæ Dei spirituali, non de vsura pecuniaria. *Basil. in reg. breui. inter. 254.*

Et ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Eodem cap.

De statu futuro post iudicium fit hic mentio, post quem non erit purgatorium. Adde quod sub via iustorum innititur ille pœnitentiæ locus.

Me autem non semper habebitis. Matth. 16.

Sic non est intelligendum, quasi Christus iam non sit in mundo corpore præsens, signanter in sacramento: sed quemadmodum tunc eum habebat Maria visibilem, tangibilem, passibilem & mortalem, dicit se non semper futurum.

Bibite ex hoc omnes. Eodem cap.

Non minus sunt participes sanguinis Christi qui solam panis speciem sumunt, quam qui sub specie vini eum bibunt, nam utrobique est totus Christus in corpore, sanguine, anima & diuinitate. Si verò

dicatur quod in Ecclesia primitiua sub vtraque communicabatur specie: Dico illam consuetudinem non fuisse vniuersalem, & ideo rationabili de causa (maxime ob periculum effusionis vitandum) mutata est.

Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Eodem cap.

Christus non docet nos semper in peccato esse, sed hominis pronitatem ad peccandum ostendit, quare & ipsi vigilandum esse & cauendum ne tentationi succumbat.

Auferetur ab eis. Marc. 2.

Hæc Christi ablatio intelligitur tantum visibilibus, non autem omnimoda separatio ab Ecclesia, cum qua semper est vsque ad consummationem seculi, & spiritualiter & corporaliter in sacra Eucharistia.

In vanum colunt me, docentes doctrinas hominum. Marc. 7.

Traditiones patrum non damnantur, sed tantum illæ quas Iudæi fecere legi diuinæ contrarias.

Cæpit eicere vendentes & ementes de templo. Marc. 11.

Non mercatura sed mercatores ob templi prophanationem arguuntur.

Vt quid dereliquisti me? Marc. 15.

Non sunt hæc Christi verba desperantis, sed pænæ suæ grauitatē indicantis, quia ita grauius cruciabatur eius humanitas, ac si diuinitati vnita nõ esset.

Vel dicendum quod loquebatur in persona Iudæorum propter ingratitude[m] à Deo patre derelictorum.

Prædicate euangelium omni creaturæ. Marc. 16.

Ex hoc loco non sequitur sacra Biblia vernacula omnibus passim exhibenda. Multis quidem nedum inutile est, sed & perniciosum, omniumque nostræ tempestatis hæresum causa.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Eodem cap.

Ex citatis colligunt Anabaptistæ paruulos nõ esse baptizandos. Sed dicendum est quod fidem habent paruuli propter fidei sacramentum, & per alios credunt, sicut ex aliis, ea quæ illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt. *August. epist. 23. ad Bonifacium. Beda in Marc. 16. cap.*

Remittuntur tibi peccata tua. Luc. 7.

Quamuis Maria Magdalena auriculariter non sit confessa tunc peccata sua, non tamen sequitur quin teneatur quis propria peccata sacerdoti aperire, vt ipsorum absolutionem consequatur. Nondum quippe potestas remittendi peccata erat Ecclesiæ collata.

Manducate quæ apponuntur vobis. Luc. 10.

Docet Christus prædicatores delicatiora cibaria exquirere non debere, sed tantum oblata quantumcunque vilia, in corporis sustentationem partissimam sumere, tanquam eis debita propter prædicationis laborem. Dignus est (inquit) operarius cibo suo.

Cum feceritis omnia, dicite, Serui inuiles sumus. Luc. 17.

Superbiam excludit Christus ab operibus nostris, & nos ad humilitatem inducit. Opera quidem nostra non habent ex sua natura bonitatem gloriæ, sed à Deo, qui ea acceptat ad meritum.

PARS NONA

*Reges gentium dominantur eorum, &c. vos autem
non sic. Luc. 22.*

Principatus non prohibetur, sed ambitio & affectus dominandi.

Non bibam amodo de hoc genimine vitis.

Eodem capite.

Hæc verba de veteris agni esu intelligenda sunt, per quæ ostendit Christus manducationem illam agni corporalem finituram, & aliam veri agni peccata mundi tollentis successuram.

Alia responsio.

Vel dicendum quod quamuis de sanguine Christi intelligerentur verba prædicta, non tamen posset quispiam negare transubstantiationem vini in sanguinem, cum ex rei præcedentis vocabulo vinum vocetur.

Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23.

Anima latronis pœnam ignis purgatorij non sensit, quia à Christo omnia eius facinora (quorum veniam petiit) quæ ad pœnam & culpam deleta sunt, ob diuinitatis eius confessionem. Non tamen inde sequitur nullum esse purgatorium.

*Palpate & videte quia spiritus carnis & ossa
non habet. Luc. 24.*

Licet corpus Christi contentum in Eucharistia tangi, videri & palpari non possit, attamen impossibile non videtur quin virtute ibidem cõtineatur diuina, cum hoc fiat ad meriti fidei nostræ augmentum.

Quid mihi & tibi est mulier? Ioan. 2.

Non arguit Christus matrem propter aliquod peccatum, sed docet se habere potestatem miracula faciendi, non pro qualibet sanguinorum indigen-

tia, sed pro gloria dei patris. Vel significat se diuinitatis, qua miraculum erat patrandū, nequaquam ex matre principium temporaliter accepisse, sed per æternitatem semper habuisse cum patre.

Nisi quis renatus fuerit ex aqua.

Ioan. 3.

Quamuis sola aqua sit de necessitate baptismi cū verbo à ministro recta intentione prolato, tamen de bene esse addenda sunt oleum, sal, salina, cereus, vestis candida & alia ex constituto Ecclesiæ.

Veni hora quando veri adorant, adorabunt patrem spiritu & veritate. Ioan. 4.

Cultum Dei externum non reprobat Christus, sed omnem de locorum prærogatiua controuersia prædicat esse tollendam. In nouo quidem Testamento, & lege Euangelica, non vni solum, sed in omni loco dominationis Dei, benedicatur ipse à fidelibus. *Basil. serm. 2. de baptismo cap. 8. Cyrillus.*

Scrutamini scripturas. Ioan. 5.

Non est intelligendum quod præter scripturas sacras nil sit recipiendum, quia hic taxat Christus Phariseorum malitiam, qui Prophetias de ipso in sacris præactas perperam intelligebant, Messiam mittendū existimantes temporaliter regnaturum.

Hoc est opus Dei vt credatis. Ioan. 6.

Necessarium esse ad æternam salutem, vt incarnationem quis fideliter credat ostendit Christus, fidem verò solam sufficere nunquam docuit.

Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum.

Eodem cap.

Ille tractus à Deo fit per gratiam præuenientem,

& cooperantem. Acquiescere autem tractioni est liberi arbitrij. Deus quippe nolentes non cogit, sed volentes trahit. *Chrysoſtom. hom. de con. S. Pauli.*

Erunt omnes docibiles Dei. Eodem cap.

Certum est Deum absque mediis posse homines doctissimos facere, vt plurimum tamen docet per media, ideo non debent Hugonoti sutores literarum peritiam sibi vendicare. Adde, quod ly omnes supponit pro generibus singulorum, non pro singulis generum.

Nisi manducaueritis carnem filij hominis,

& biberitis. Eodem cap.

Tribus modis manducatur corpus Christi. Primò per fidem: & hoc modo patres veteris Testamenti comederunt. Secundò, sacramentaliter ex Christi instituto. Tertio, Cum ipsi vt capiti omnibusque fidelibus vt membris eius incorporamur.

Et biberitis eius sanguinem. Eodem cap.

Alia est communio sacerdotum sacrificantium, & alia laicorum. Hi enim sub vna tantum specie communicare debent, non autem illi, quia Christi passionem representant. Et licet sub vtraque olim comunicarint specie, tamen ob numerosam populi multitudinem, periculum effusionis, conuersionem in acetum, & erroneam opinionem, (ne videlicet quispiam putaret non accepisse corpus Christi nisi & sanguinem sumeret) hæc consuetudo mutata est.

*Spiritus est qui viuificat, caro non prodest
quicquam. Eodem cap.*

Spiritum nunc vocat intellectum spirituales
eorum quæ dicta sunt, similiter & carnem intelli-

gere
uific
pro
dunt
ferro.

Ista
Chri
sicut
tuali
& cor
ia refi
Ne

Nu
ctio
cram
effect
quod

Ad
docu
beba
Qua
aqui
poli
egit,

Co
Cap

gere ea carnaliter, non enim de carne ipsius quæ vivificat nunc sermo est, quia non dixit, caro mea non prodest, sed caro, id est, sensus carnalis nõ capit modum sumendi. *Euthymius super hunc passim. Cyprian. serm. de cæna Dom.*

Spiritus & vita sunt. Eod. cap.

Ista spiritualitas non sic accipienda est, quia caro Christi sit in Sacramento Eucharistiæ tantummodo sicut in signo, sed quia manducatur quodam spiritali modo, in quantum species visibiles atteruntur & comeduntur, & spiritus ex virtute Dei carni unita reficitur. *Liranus.*

Nemo te condemnavit? &c. Nec ego, te condemnabo.

Nullus exemplo Domini aliquem absque inflictione pœnæ absolvere debet, nam Christus in Sacramento excellentiam habet: quia potest alicui effectum Sacramenti conferre sine Sacramento, quod nullus purus homo potest.

Alia responsio.
Adulteram non dixit non esse puniendam, imò docuit ex lege agendum esse cum illa. Lex autem iubebat, ut testes primi lapidem in eam conicerent. Quare illis (conscientia accusante) fugientibus æquum fuit ut libera abiret à Christo, qui iudicium politicum exercere nolens, iudicem Evangelicum egit, præcipiens interim ne peccatum repeteret.

Deus peccatores non exaudit.

Ioan. 9.

Certum est quod multum valet deprecatio iusti. Caterum si in sacerdote Missam celebrante nulla

sint merita, non tamen desunt cuius est minister Ecclesie merita. Missa quidem non solum valet virtute meriti personalis, siue operis operantis, sed etiam virtute sacrificij & operis operati. Adde quod cæcus ille voluit dicere Deum signorum operationem peccatoribus non concedere.

Omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Ioan. 15.

Omnia Apostolis Christus nota fecit, quæ ipsis convenientia & necessaria erant pro suo tempore, non autem omnia prorsus quæ à patre intellexerat, & quæ postea in ecclesia erant per diuersas ætates ab Ecclesie pastoribus statuenda.

Vel secundum Augustinum, ponitur præteritum pro futuro. Nota feci, id est notificabo vobis in patria, quando venerit quod perfectum est, &c. *August.*

Sine me nihil potestis facere.

Eodem capite.

Homo gratia destitutus in his quæ ad Deum spectant nil potest, adiutus potest. Nam vt meremur diuini est muneris: vt labamur, potestatis nostræ est & ignauia. *August. lib. de ecclesia. dogm. cap. 2.*

Pater sancte serua eos, &c. Ioan. 17.

Ideo cessandum non est ab oratione, quòd Christus pro nobis sufficienter orauerit, cum ipsius actiones nostræ sint instructiones. Quare & orandi formam nobis ostendit.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum

Deum, &c. Ioan. 17.

Sola Dei cognitio per fidem non est ad vitam æternam sufficiens, quia qui dicit se cognoscere Deum,

& mar

Pa

ex his

Dicent

tione r

Mosaic

cruent

Melchi

stus pri

tra cæc

memor

hæc à s

Ex h

auricul

ostend

inquir

Non

unitat

verba

quam

Illu

no der

tò rem

& mandata eius non custodit, mendax est.

Consummatum est. Ioan. 17

Parocelus hæreticus in congregatione Poiffiaca ex his verbis cõclufit nullum superesse sacrificium. Dicendum est Christum hic agere de consummatione redemptionis humane, & adimpletione legis Mofaicæ, quantum ad sacrificium Aaronicum & cruentum. Superest tamen sacrificiũ incruentum, & Melchisedecum, secũdum cuius ordinem ipse Christus pridie quàm pateretur sacrificandi ritum in sacra cœna instituit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem. *Mat. 26. Marc. 16. Luc. 22. 1. Cor. 11.*

Hugo à sancto Victore.

Quorum remisistis peccata, &c.

Ioan. 20.

Ex his Domini verbis explicite non præcipitur auricularis cõfessio, sed implicite. Sufficiebat enim ostendere infirmo medicum, qui si vult sanus fieri inquirat eum.

Sic veniet quemadmodum, &c.

Act. 1.

Non quod Christus non sit vbique secundum diuinitatem & personaliter in Eucharistia. Nam hæc verba de forma visibili, non de forma secundum quam sub speciebus continetur, intelliguntur.

Non derelinques animam meam in inferno. Act. 2.

Illud de anima dictum est, quæ non est in inferno derelicta, licet ad ipsum descēderit, vnde tam citò remeauit. *Act. 2. August. tom. 2. ep. 59. ad Dardan.*

PARS NONA

*Non dabis sanctum tuum videre
corruptionem. Eod. cap.*

Hoc de corpore Christi quod in sepulchro cor-
rumpi celeri resurrectione non potuit, intelligitur,
non autem prout in Eucharistia continetur. Adde
quod corruptis speciebus, non corrumpitur corpus
Christi, sed remanet integrum quandiu manent
species.

Solutio doloribus inferni. Eod. cap.

Soluisse Christum inferni dolores dicit beatus Pe-
trus, quia eos ipse non sensit, & quosdam alios ab
eisdem liberavit. Vel ut D. Augustinus ait, soluit, id
est, irritos fecit dolores inferni, ne ab eis ipse tene-
retur.

Circa domos frangentes panem.

Eodem cap.

Si de corpore Christi hoc intelligatur, non tamen
sequitur quin panis transubstantietur, quamvis de-
nominentur res secundum quod sensibus patent.
Adde quod Christus est verus panis vivus, qui de
cælo descendit, & non mortuus.

*Quem oportet cælum retinere, quoad venerint
tempora refrigerij. Act. 3.*

Ista retentio humano sensu non est accipienda,
quali maneat in cælo otiosus Christus ad dexteram
Dei sedens: Sed per retentionem eius intelligitur
potestas, qua iudicaturus veniet vivos & mortuos
in forma visibili, & sic non est inconueniens in Eu-
charistia contineri sacramentaliter.

*Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus
in quo oporteat nos saluos fieri.*

Act. 4.

Ieuocatio nominis Iesu fidem importat charitate formatam, alias, Turca à casu Christum nomine tenus inuocans saluaretur, quod est falsum.

Non est in aliquo alio salus. Eod. cap.

Malè conficiunt hæretici ex hoc loco sanctos non esse orâdos, cum ab ipsis non salutem tanquam datoribus sed fauorem & auxilium quæramus.

Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

Eodem cap.

Qui ecclesiæ prælatis parent, Deo obedire dicuntur: Si autem quid legi diuinæ contrarium præciperent, tunc eis tanquam ex seipsis loquētibus non est parendum.

Et erant eis omnia communia.

Eodem cap.

Omnia debent esse inter Christianos communia quoad affectum & pium Christianumque vsum, & non secundum possessionem & dominium. Huius quidem ecclesiæ primitiuæ monachi sunt in spiritu & litera veri imitatores, non autem cæteri Christiani, quia non omnes capiunt verbum illud: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.

Miserunt ad eos Petrum & Ioannem.

Act. 8.

Consequentia non valet, missus est, ergo minor est: quia potest superior inferiorum rogatu & consilio aliquid suscipere, qua re non efficietur inferior.

P A R S N O N A

Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Act. 10.

Nō hic agitur de cibis, sed de hominibus ad Christi fidem indilcriminatim conuertendis. Adde christianos à cibis abstinere, non quia immundos credant, sed ex præcepto ecclesiæ tanquam à prohibitis abstinent.

Surge, nam & ego ipse homo sum.

Eodem cap.

Recusauit Petrus honorem à Cornelio sibi oblatum, ostendens se inanis gloriæ affectu non duci, propter perpetrata miracula & apostolatus apicem, sed omnia in Deum, qui per eum mirabilia operabatur, referre satagebat, in hoc dans nobis exemplum humilitatis. *Greg. lib. 21. mor. cap. 11.*

propter quod ego iudico.

Act. 15.

D. Iacobus in hoc consilio sententiam tulit, quod esset (authore Chrysostomo) à D. Petro Hierosolymorum ordinatus episcopus, tamen malè ex hoc facto conficiunt hæretici ipsum esse ecclesiæ caput & non Petrum. Sed vide ipsum Petrum huius institutionis causam prius approbasse, Iacobum uero tantum promulgatorem & præconem.

Visum est spiritui sancto, & nobis, nihil ultra uobis imponere, &c.

Eodem cap.

Præter illud decretum apostolicum necessario mutanda & multiplicanda erant statuta ad malis de nouo emergentibus occurrendum. Vnde ly ultra supponit pro illo tempore, non pro futuro.

*Quid tentatis Deum imponere iugum super collum quod
neque nos neque patres nostri portare
potuimus? Eod. cap.*

Hoc intelligitur non de præceptis moralibus, sed
iudicialibus & cæremonialibus, quæ simpliciter nõ
fuerunt inobseruabilia, sed difficilia seruatu.

*hic cæli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis
templis habitat. Act. 17.*

Apostolus non negat Deum esse vbique, sed gē-
tilium falsam & impiam de Deo persuasione arguit,
qua ipsum existimabant definitiuè & circum-
scriptiuè, loco certo ita contineri, vt alibi non esset.

Beatius est magis dare quam accipere.

Act. 20.

Non illis qui relictis omnibus sequuti sunt domi-
num, diuites eleemosinarios præfert, sed illos quam
maximè glorificat, qui cunctis quæ possident semel
renunciatis, nihilominus laborant operando mani-
bus quod bonum est, vt habeant vnde tribuant ne-
cessitatem patienti.

Alia responsio.

Status religiosorum eo quod ab aliis victum re-
cipiat, non dicitur imperfectior, quia temporalia
recipiunt, vt expeditius spiritualia reddant: & sic ac-
cipere, non est imperfectionis, sed perfectionis.

Adde quod religiosi non accipiunt ab his quibus
prædicant tanquam purè & liberaliter datum, vel
quasi omnino alienum, sed quodammodo eis debi-
tum. Dignus est enim operarius cibo suo.

*Argentum & aurum melius, & c. ministrauerunt
manus ista. Act. 20.*

Aliud est de D. Paulo & ministris Ecclesiasticis

noſtri temporis, quibus ſtudentum eſt vt intelligat
quæ poſtea habent populo declamanda. Inſuper nõ
negamus clericos manualiter laborare non debere
ad otium cuitadum & propter exemplum, ſed qui-
libet iuxta ſuam vocationem victum ſibi compa-
rare debet, teſte Apoſtolo.

Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum.

Rom. 1.

Non malitiam immittendo, ſed gratiam ſubtra-
hendo.

Iuſtus ex fide viuit. Eod. cap.

Non ex ſola fide ſed charitate formata.

Omnes declinauerunt, &c. Rom. 3.

Docet Apoſtolus omnes homines peccato nata-
ra infectos non potuiſſe ſanari & iuſtificari per le-
gem, fidemque Chriſti omnibus eſſe neceſſariam.

*Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine
operibus legis. Ibidem.*

Veteris ſcilicet, quæ neminem ad perfectum ad-
ducebat: non ſic autem lex noua, quæ ad perfectum
hominem ducit.

Alia reſponſio.

Vel dicendum quod Apoſtolus ibi loquitur de
prima iuſtificatione qua quis ex paganismo ad Chri-
ſtianismo conuertitur.

Ad hanc enim primariam iuſtificationem, non
requiruntur bona opera exteriora legis decalogi
præcedentia, ſed ſufficit ſola fides integra in Deum,
quæ Dei amorem includit cum ſuſceptione bap-
tismi.

Credidit

*Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei
ad iustitiam. Rom. 4.*

Credidit, fidem operibus adornando, vnde & amicus Dei vocatus est.

*Traditus est (Christus) propter delicta
nostra. Eodem cap.*

Mortuus est Christus pro omnibus sufficienter, sed non efficaciter, ex parte enim nostra aliquid agendum est.

Gloriamur in spe filiorum Dei. Rom. 5.

Falso Calvinus affirmat se esse certum de sua salute, ex his Apostoli verbis perperam illectis, nam is tantum spem & confidentiam salutis habere potest qui sanctè vixerit, ea quæ carnis fugiendo.

gratia Dei vita aeterna. Rom. 6.

Meritum non excludit Paulus, sed principaliter gratiæ Dei, quæ nobis vltra condignum confertur, id ascribit.

*Ego carnalis sum, venundatus sub
peccato. Rom. 7.*

Loquitur Apostolus de homine nondum iustificato, qui natura duce & lege docente vult facere & amat bonum quod exequi non valet: secus est de homine iustificato. *August. in Enchirid. cap. 107.*

*Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi
malum, &c. Eod. cap.*

Describitur hic homo sub lege positus ante gratiam, qui peccatis vincitur, dum viribus suis iustè viuere conatur sine adiutorio liberantis gratiæ Dei. In libero autem arbitrio habet vt credat liberè & accipiat gratiam, &c. *August. tom. 4. in expos. quarundam proposit. ex epist. ad Rom. prop. 44. N. gorrar.*

P A R S N O N A

Alia responsio.

Subiectus peccato facit quod non vult, verum est naturali voluntate, non deliberatiua. Voluntas quippe cogi non potest coactione sufficienti, sed inducenti, quando appetitus sensitivus suas exequitur operationes, non renitente appetitu rationali.

Rom. 8.

Non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriam, &c. Rom. 8.

Passiones dupliciter considerantur, vno modo ut acceptantur à libero arbitrio, & sic loquitur Apostolus. Alio modo prout Spiritus sanctus mouēs liberū arbitrium est huius acceptionis principium, & sic est ibi meritum de condigno; quia principium meriti est eiusdem dignitatis cum præmio. *S. Thomas.*

Alia responsio.

Vel dicendum quod duplex est æqualitas, quantitatis & proportionis: Secundum quantitatis æqualitatem non meremur vitam æternam de condigno, sed secundum æqualitatem proportionis. *D. Cartusia.*

Alia responsio.

Non meremur de condigno secundū iustitiam commutatiuam, licet secundum distributiua.

Vanitati creatura subiecta est, non volens.

Rom. 8.

Voluntate propria non subiicimur vanitati, id est, passibilitati, morti, & incinerationi, sed aliena, scilicet Adæ.

Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Roma. 9.

Differit Apostolus toto illius capituli discursu de

prædestinatione & reprobatione diuina, quæ ex sola misericordia diuina, & non ex nostris pendent. Adde quod duplex est reprobatio, positiua & negatiua. Prima ex nostris fit demeritis, negatiua verò sola Dei voluntate, de qua nullus conqueri debet, iuxta illud, Amice non facio tibi iniuriam: Nota tamen hæc voluntatis actibus non contrariari.

Non est volentis neque currentis, sed Dei misericordis. Eodem cap.

Voluntas bona & hominis est, non tanquam accipientis, & Dei, sed tanquam dātis & authoris. *Hugo à S. Vict. q. 240. in epist. Rom.*

Corde creditur ad iustitiam.

Rom. 10.

Affirmat Apostolus fidem iustificare, sed non eam solam dicit sufficere, cum aliud protinus subiūgat, ore autem (inquiens) confessio fit ad salutem,

Si radix, sancti & rami.

Rom. 11.

Non sanctificantur paruuli (vt dicunt hæretici Calvinistæ) per carnalem propagationem parētum quantumcūque sanctorum, imo peccatum incurrunct originale. Hic autem non loquitur Apostolus de sanctitate actuali, sed dispositiua & potentiali, quòd possint filij iam adulti patres imitari, & ad eorum peruenire sanctitatem. Insuper hortatur Romanos Paulus ne Iudæos propter eorum casum per actus pœnitentiæ reparabiles contemnant. *S. Thomas in Epist. Roman.*

Si gratia, iam non ex operibus.

Eodem cap.

Opera quæ Paulus repudiat, & frequenter vitu-

P A R S N O N A

perat, non sunt iustitiæ quæ mandantur in lege, sed ea in quibus hi qui secundum carnem custodiunt gloriantur, id est, vel circumcisio carnis, vel sacrificiorum ritus, vel obseruatio sabbatorum vel neomeniarum, ex quibus dicit quia non ex operibus,

Non vosmetipsos defendentes, & c.

Rom. 12.

Prohibet apostolus priuatam ultionem ex malo appetitu vindictæ procedentem, non autem quæ ex zelo iustitiæ, vi quippe vim repellere licet seruate ordine iuris.

Alius indicat diem inter diem.

Rom. 14.

Nititur Paulus scrupulum circa esum carniū amouere, quidam enim cibos in lege Mosaica prohibitos abhorrebāt. Si de dierum obseruatione exposueris, nota illum damnare tam Iudæorum quam gentilium vanam obseruationem.

Omnia quidem munda sunt.

Eodem cap.

Vult apostolus ciborum in lege prohibitorum esum esse liberum, & Christianis indifferētem, modo citra scandalum & fratris offendiculum fiat.

Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Eodem cap.

Vita infidelium dicitur peccatum, quòd sit sine merito, non sine peccato. quicumque enim est extra fidem, debet sub pœna peccati æterni, vt illam habeat toto conatu quærere modum.

Alia responsio.

Vel dicendum quòd fides hic accipitur pro conscientia, quidquid enim sit cõtra conscientiam pec-

catum est: quia sic agens ædificat ad gehennam.

Obseruate eos qui dissensiones & offendicula, &c. Rom. 16.

Damnat Paulus hæreticos pseudoapostolos qui nouas sectas introducebant perditionis, & non monasticam vitam in euangelio explicite concessam capere potenti.

Non gloriatur omnis caro in conspectu Dei.

1. Corinth. 1.

Nostra opera vita æterna indigna non ostendit apostolus, sed Dei magnificentiam, qui totum mundum ad euangelium adduxit per simplicium prædicationem, & non per philosophos, ne hoc fecisse sua industria gloriarentur, extollit.

Fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

Eodem cap.

Christus est primarium fundamentum, Petrus vero ab ipso Christo fundamentum secundarium super ecclesiam constituitur. Sicut enim non inconuenit dici Christum sanctum sanctorum, sic & fundamentum fundamentorum per relationem.

Ego quidem Pauli, ego autem Apollo.

1. Corinth. 3.

Non taxat Paulus diuersitatem religionum, utpote S. Augusti, S. Francisci, S. Dominici, &c. (ut dicunt hæretici) sed causam scismatis ab eis tollit, qui baptizantium sibi vsurpabant nomenclaturam, deque iis gloriabantur, inde ostendens quod qui baptizat peccata non remittit, sed in cuius nomen is baptizat.

P A R S N O N A

*Propter fornicationem unusquisque suam uxorem
habeat, &c. 1. Cor. 7.*

Loquebatur Paulus iis qui adhuc erant in sua libertate constituti: vt si vellent, matrimonium contraherent sine cuiusquam offensione. Pseudoapostoli quidem nuptias damnabant, & Corinthiis in Christo credentibus illicitas esse dicebant, vnde & super hoc Apostolum consuluerunt.

Melius est nubere quàm vri. Eodem cap.

Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterùm quæ sponte se spondit Christo, & sanctum velamē accepit, iam nuptitiam immortali coniuncta est viro. Etiam si voluerit nubere communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. *Ambros. ad virginem lapsam, cap. 5.*

Si acceperis uxorem, non peccasti.

Eodem cap.

Illos dixit Apostolus non peccare si nubant, qui nondum Deo vouerunt castitatem. *Hier. super hunc locum.*

*Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem, &c.
alioquin filij vestri immundi essent, nunc
autem sancti sunt.*

Eod. cap.

Hoc habet intelligi quando vnus per alium conuertitur ad fidem, vel ex cohabitatione cum infideli. Non enim debet Christianus infidelem dimittere uxorem consummato matrimonio, alias quotquot haberet filios ex alia vxore, immundi essent & spurij. Mundi autem dicuntur, quia nati de legitimo matrimonio.

Nolite fieri serui hominum. Eodem cap.

Monet Apostolus ne hominibus propter homines seruiatur, quod fit quando spes salutis in ipsis ponitur, vt illi qui dicebant Ego sum Pauli, ego autem Apollo. *Hugo à sancto Victore quest. 65. in hanc epist.*

Alia responsio.

Nolite serui fieri hominum, id est, vxorum, Deum propter earum amorem inordinatum deserentes.

Ambros. & Haymo.

Esca autem nos non commedat deo.

1. Cor. 8.

Escaum substantia non nos prouehit ad celorum regnum, sed obedientia quæ circa esum, Deo & ecclesie exhibetur. Adde quod paulus loquitur de idolothytis quarum esum abhorrebant aliqui fideles, vnde eos posse licitè comedere citra conscientie periculum declarat.

Si euangelizauero non est mihi gloria.

1. Corinth. 9.

Gloriam hic vocat Paulus, non illam quæ bonis operibus redditur, sed vanam illam muscam grauissimam, scilicet, superbiam, ex eisdem operibus quandoque insurgentem.

Patres nostri eandem escam spiritalem manducauerunt, &c.

1. Cor. 10.

Eadem, non in materia aut efficacia, sed in significatione. Vel dicendum quod duplex est manducatio, spiritualis & sacramentalis. Omnes patres spiritualiter & in figura corpus Christi manducarunt, nos autem sacramentaliter & in veritate. *Hugo à S. Vict.*

P A R S N O N A

Petra autem erat Christus. Eod. cap.

Verbum substantiuum non eandem sortitur si-
gnificationem hic & in Matthæo cùm dicitur, Hoc
est corpus meum, nam ibi realitas & præsentia cor-
poris Christi demonstratur, hic verò spiritualitas
tantùm, bibebant (inquit) de spiritali conseq. &c.

Panis quem frangimus. Eod. cap.

Corpus Christi panis vocatur ab antiquo voca-
bulo, & secundum ea quæ sensibus parent.

Oportet hæreses esse. I. Cor. 11.

Non necessitate absoluta, sed conditionata, præ-
supposita hominum malitia, & vt fidelium cõstan-
tia probetur.

*Si orems lingua, spiritus meus orat, mens au-
tem mea sine fructu est.*

I. Cor. 14.

Fructus orationis duplex est, meritum inde pro-
ueniens, & spiritalis consolatio. Hoc secundo fru-
ctu priuatur qui non attendit ad ea quæ orat seu
qui non intelligit, non autem primo fructu, quia sic
multi frustra orarent, cùm non possit homo dicere
vnum pater noster, vix, quin mens ad alia feratur.
Iterum nota triplicem esse attentionem, ad verbum,
ad sensum verborum, & ad finem. hanc vltimam
habent simplices, quæ sufficit: nam aliæ duæ quan-
doque nocent.

Gratia Dei sum id quod sum. I. Cor. 15.

De gratia præueniente est hic mentio, quæ in no-
bis operatur sine nobis, voluntatem vt bene velit
præparando, & gratia cooperante adiuuando, ne
frustra velimus, & in nobis operatur, non sine no-
bis. *1190 à S. Viet. q. 130. Gregor. lib. 16. cap. 11.*

*Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis
tanquam ex nobis, &c. 2. Cor. 3.*

Agit Paulus de bonis illis quæ meritum habent apud Deum, quæ nullo modo possunt sine gratia superueniente & iuuante fieri. Est enim nostra voluntas ita protoparentum varicatione depressa, vt bene agere velle sine gratia nequeat. *Hugo à S. Vict. quæst. 5.*

Vbi spiritus domini, ibi libertas.

Eodem capite.

Loquitur Apostolus de libertate à peccato, non enim nisi velimus peccato subiicimur.

Iterum. Libertas Euangelica sicut potestatem superioris & obedientiam non excludit, sic nec eius statuta.

Hilarem datorem diligit Deus.

2. Cor. 9.

Non perfectius est viuere sine voto quàm cum voto (vt dicunt hæretici, censura Erasmi innitentes super hunc locum.) Absit enim vt coacta dicantur seruitia voto firmata, cum votum non tollat libertatem operis, sed augeat. Fœlix quidem est necessitas (teste Augustino) quæ ad meliora compellit. Dicendum præterea Apostolum loqui de prompta & alacri volûtate, qua fideles debent succurrere fratrum miseris, & non de votis. *August.*

*Si quis euangeliz. præter id quod accepistis,
anathema. Ad Gal. 1.*

Hæc particula, præter, sumitur aduersatiuè, non exceptiuè (vt dicunt hæretici.) Non enim dicitur plusquam sed præter, id est, contra. *hieronym. Ioan. Driedo lib. 4. dog. var.*

PARS NONA

*Cum venisset Cephas Antiochiam in
faciem ei restitit.*

Quod Paulus Petrum arguit, hoc non impedit
Petri superioritatem, potest enim inferior superio-
rem admonere super his quæ sunt facti proprii. *Hu-
go à S. Vict. quest. 2.*

Alia responsio. Galat. 4.

Non ut Petrum corrigat loquitur, sed sermo in
illum erat intendendus, cum discipulos argueret
Chrysostom.

*Dies observabis & menses & tempora &
annos. Galat. 4.*

Damnat Apostolus mathematicam dierum ob-
servationem, & iudaicam, non autem Christianam,
qua præteritorum renouatur memoria & voluntas
ad meliora excitatur. *August. tom. 2. epist. 119. ad
Ianuariam, cap. 7.*

Qua libertate Christus nos liberavit. Eod. cap.

Quam nobis Christus comparavit libertatem, est
à lege Mosaica & à peccatis, quæ quidem libertas
non absolvit nos ab obedientia prælatorum Eccle-
siæ, ut dicunt hæretici.

Ut non quæcumque vultis illa faciatis. Gal. 5.

Concupiscentia carnis nos pellicere, non cogere
potest. Licet autem non virtute propria, diuina tra-
men omnibus petentibus paratissima, illam supe-
rare non possumus. *Aug. tom. 4. in epist. ad Galat.*

Si spiritu ducimini, non estis sub lege.

Eodem cap.

Loquitur Apostolus de lege carnis aut peccati.
Adde iterum quod qui perfectè spiritu aguntur, non
sunt sub lege coercitua, egent tamen lege directiva.

August. tom. 8. super psalm. 1. ver. 1.

Qui se existimat aliquid esse. Gal. 6.

Vanam gloriam fugiendam docet Paulus, non autem (vt dicunt hæretici) opera nostra mercede carere: qui enim opera sua agunt vt ab hominibus videantur, receperunt mercedem.

Deus vniversa operatur. Ephes. 1.

Non quo omnia quæ in mundo fiunt, Dei voluntate & consilio peragantur, alioquin & mala Deo poterunt imputari, sed quo vniversa quæ facit consilio faciat & voluntate, quod scilicet & ratione plena sint, & potestate facientis.

Summariè. Ista passiuè & permissiuè intelliguntur, non actiuè. Deus enim est omnium rerum causa efficiens, non deficiens.

Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis. Ephes. 2.

Vult Paulus Ephesios de bonis operibus non extolli, velut ad ea facièda ipsi soli sufficiant, cum sui ipsius iustificatio, nisi depositiuè sub merito proprio non cadat, sed sola liberalitate diuina, docètque omnia opera nostra sine Christo nil esse, ipsum enim Deus pater posuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Rom. 3.

Responsio Caietani.

Ex hac doctrina excluduntur merita operum nostrorum antecedenter, respectu fidei: & asseruntur consequentia ad fidem.

Impleamini spiritu sancto, &c. in cordibus vestris domino. Ephes. 5.

Ly, in cordibus, non tollit cantum & orationem vocalem, sed (quod potissimè exigitur) vt non tan-

PARS NONA

tum voce sed etiam corde Deum laudemus.

Hoc sacramentum magnum est.

Eodem cap.

Non aliud sonat Græcis mysterium, quàm quod Latinis sacramentum, id est, sacræ rei signum, quæ quidem diffinitio matrimonio cõuenit Christianorum, utpote coniunctionem Christi cum ecclesiâ significans.

Deus operatur in nobis & velle & perficere. Philip. 2.

Non totaliter & solus, sed ipsi nos cooperamur, addit enim, cum timore & tremore salutem operâtes. *Aug. lib. de gratia & lib. arb. cap. 9. Philip. 4. Deum enim in hunc locum.*

Rogo & te Germane compar.

Germanus est nomen cuiusdam probati viri, cui mulieres hic nominatas commendat Paulus, aut maritus vnus ex illis. Aut forsitan custos carceris, non autem vxor Pauli (vt dicunt quidam) nam Germana non dicitur, sed Germane in vocatiuo casu.

Et ipse Christus est caput corporis ecclesiæ, Coloss. 1.

Caput primum Christus est, summus autè pontifex, caput vicarium & ministeriale.

Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum. Coloss. 2.

Hortatur Apostolus, ne à Christi fide reuocemur Philosophorum ratiocinationibus, ipsum Christum Deum verum mortuum crucifixū & sepultum, inde que ad nos venturum non capiētibus, rationi quippe naturali haudquaquam fides nostra innititur.

*Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte
diei festi, &c. Eod. cap.*

Agitur hic de obseruationibus iudaicis, quibus cibi distinguebantur mundi ab immundis, & festis Iudæorum: quæ omnia Christus suo compleuit aduentu, cum essent futurorum umbra, non de cibis & festis Christianorum quæ sunt præteritorum & præsentium monumenta.

Vbi christus est in dextera Dei sedens.

Coloss. 3.

Sessio ista haud sensu humano accipienda est, tãquam pater ad sinistram, filius ad dexteram sedeat: Sed per dexteram honoris æqualitas, regni consortium & potestas, qua super omnem potestatem cõstituitur à Deo patre intelligitur. *Ephes. 1.*

*Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non
contristemini. 1. Theff. 4.*

Gentilis & immoderatus luctus reprehenditur, non moderatus & pius ex quadam naturali pietate & intentione defunctos iuuandi procedens.

Sine intermissione orate. 1. Theff. 5.

Orare dicitur sine intermissione, qui canonicis horis Deum laudare non desistit. *Beda in Luc. c. 18.*

Alia responsio.

Vel dicendũ quòd hæc est hyperbolica loquutio, vt frequentia orationis nobis commendetur.

Iusto non est posita. 1. Tim. 1.

Verum est coërciua, eget tamen directiua. *tren. lib. 4. cap. 30. ad Val.*

Soli Deo honor & gloria. Eodem cap.

Particula, soli, Deorum pluralitatem excludit, non exhibitionem reuerentiæ & honoris parentibus,

presbyteris, viduis caterisque iuste viuentibus debitam.

*Vnus est mediator Dei & hominum homo
Christus Iesus. 1. Tim. 2.*

Vnus est mediator redemptionis, scilicet Christus: sancti autem mediatores sunt intercessionis. Iterum nota quod secundum phrasim hebraicam, vnus idem est quod primus. *Gen. 1.*

Polo viros orare in omni loco. Eod. cap.

Hoc dicit Apostolus vt competens locus intelligatur. Non vtique importunus aut fordidus, & hoc monet, ne in sola Ecclesia putarent fideles Deū esse orandum.

Vel hoc dixit, vt Iudæorum orandi ritum à nostro sciungeret.

*Oportet Episcopum vnius vxoris esse virum.
1. Timot. 3.*

Non hoc veluti sanciens dicit, quasi nō liceat absque vxore Episcopum fieri, sed eius rei modum constituit, vt qui ad Episcopatum subuehitur secunda careat. *Chrysostom. hom. 4. Ambros.*

In nouissimis, &c. Prohibentium nubere & abstinere à cibis. 1. Tim. 4.

Hoc in loco prædicit Paulus (spiritu sancto duce) futuros hæreticos qui nuptias damnarent tanquam illicitas, cibosque suapte natura malos dicerent. Ecclesia verò ab his abstinentiam consulit, non quia illicita sint, sed vt liberius diuinis vacemus. *Aug. Rom. 3. de fide ad vet. in def. eccl. dogm. cap. 66.*

Omnis creatura Dei bona est. Eodem cap.

Creaturarum vsus bonus est, sed malus quando prohibitus.

*Corporalis exercitatio ad modicum utilis
est. Eodem cap.*

Ieiunium non est exercitatio corporalis propriè loquendo, quia magis spiritui quàm corpori cõfert. Sed esto, non tamen dicitur inutilis exercitatio, sed parum utilis, nisi pietati addatur.

Volo iuniores viduas nubere, &c.

1. Timot. 5.

Viduis voto non ligatis loquitur Apostolus, vt facile continentia non voueant, nisi se prius eam seruare posse cognouerint. Melius est enim non vouere, quàm post votum promissa non reddere. *Aug. tom. 4. de bono viduar. cap. 8.*

Omnia munda mundis.

Ad titum 1.

Omnia sunt munda mundis, dummodo debito tempore & modo sint sumpta, & secundum eam regulam qua sumi debent. Si autem tempore vetito & contra ecclesiæ præceptum per inobedientiam sumantur, immunda sunt, alia quantũ ad effectum.

Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam, &c. Tit. 3.

Soli Deo tribuitur nostra iustificatio aut salus, tanquam causæ principali agenti, sacramentis tanquam diuinæ misericordiæ instrumentis, nostris verò operibus vt subiectum disponentibus. Verùm neque lex neque opera nostra iustificat sine Christo, & hoc vbique clamat Paulus.

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, &c. Heb. 4.

Hac exhortatione non arcet nos Apostolus ab inuocatione sanctorum, cum officium petens à manu

PARS NONA

vel pede, à capite non recedat. Adde Paulum, chi-
rographum peccati esse deletum, ianuamque regni
cælestis per Christum apertam, declarare.

*Vna oblatione consummanis in aeternum san-
ctificatos. Hebr. 10.*

Duplex Christi oblatio, cruenta, & incruenta,
primam semel in cruce pro salute omnium obtulit,
& de ista hic loquitur Paulus. Secundã verò (quam
sacramentalem dicimus) pridè quàm pateretur in-
stituit, quando panis & vini substantiam in suum
corpus & sanguinem conuertit: hocque offerre ad
finem mundi vsque, in sui commemorationem præ-
cepit.

*Voluntariè peccantibus nobis iam non relinquitur
hostia pro peccato. Eodem cap.*

His verbis Apostolus non pœnitentiam neque
propitiationem, quæ fit per pœnitentiæ medicamẽ-
tum, sed secundum lauacrum baptismi excludit,
quod hostiam vocat, id est crucem, quæ ultra non
est vt iterum crucifigatur Christus pro peccatis no-
stris.

Adde quòd tota illa ad Hebræos epistola, nihil
aliud cantat quàm vt discrimen sacrificiorum vete-
ris legis ostendat, ab illo vnico propitiatorio, Chri-
sto, eaque euacuata & consummata in ipso.

*honorabile connubium & thorus im-
maculatus. Heb. 13.*

Docetur quanta cum cautione & puritate eos vi-
uere doceat qui sunt matrimonio coniuncti, non
autem illud omnibus præcipitur quia vouere libe-
tatis est, reddere necessitatis.

*Omne datum optimum & omne donum perfectum
de sursum est, &c. Iacob. 1.*

Merita nostra sunt à Deo præueniente, actiue ta-
men concurret liberum arbitrium. Vnde perperam
hanc sententiam intelligunt, qui merita hominum
non ipsis sed soli Deo attribuunt.

*Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo ne-
hil hæsitans, &c. Eodem cap.*

Ex hoc loco sibi vendicant hæretici idiotæ & sim-
plices scripturarum intelligentiam, falsò tamen.
Nam monet ibidem Iacobus ne in medio tentatio-
num diffidamus: sed auxilium, siue per nos ipsos, si-
ue per sanctorum suffragia, inuocemus.

Nolite plures magistri fieri.

Iacob. 3.

Doctorum statum non taxat Apostolus, sed am-
bitionem è cordibus credentium euellere satagit.
Seu docet quàm sit periculosum doctorem esse in
Ecclesia nisi opere & sermone coruscet.

Ante omnia fratres mei, nolite iurare.

Iacob. 5.

Licitum est Christianis iuramentum, ordine iuris
seruato.

Infirmatur quis ex vobis? inducat presbyteros

Ecclesia. Eodem cap.

D. Iacobus non fuit institutor huius sacramenti,
sed tantum promulgator. Quod autem hæc vnctio
sacra sit sacramentum, patet, quia materiam, formã
& effectum gratiæ Dei, scilicet, remissionem pecca-
torum continet. dicitur enim, & si in peccatis est re-
mittentur ei.

PARS NONA

Vos estis genus electum regale sacerdotium.

1. Petr. 2.

Duplex est sacerdotium, spirituale & sacramentale. Omnes Christiani sunt sacerdotes spirituales, seipso Deo offerentes, non autem sacramentales.

Christus pertulit peccata nostra super lignum, &c. Eodem cap.

Superabundanter, sed non efficaciter omnibus meruit peccatorum remissionem: sed iis solum qui media, quæ ipse instituit seruauerint.

Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsi seducimus, &c. 1. Ioan. 1.

Multa sunt venialia peccata à quibus nullus quantumcunque iustus liberatur, quin in illa quandoque labatur, non tamen sequitur omne opus nostrum esse peccati, ut dicunt Luther. Vel dicendum quod non fuit mens euangelistæ docere nos hac in vita permanere posse sine peccato, sed ut passionis Christi memoriam (qua à peccatis liberamur & iustificamur) cordibus fidelium imprimeret, hæc affatur.

Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. 1. Ioan. 2.

Christus est secundum naturam humanam summus & primus noster aduocatus, sancti vero secundarij & accessorij aduocati. *August. tom. 9. tract. 1. in epist. Ioan.*

Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, &c. Eodem capite.

Passio Christi sufficit ad tollendum omnia mundi scelera: Ad hanc tamen efficaciam in omnes & singulos deriuadam, necessaria est applicatio ipsius meriti, quæ fit per oblationem Eucharistiæ in missa,

& sacramentorum perceptione.

Filioli custodite vos à simulachris.

1. Ioan. 5.

Non ab imaginibus, quia simulachra Græcè appellantur idola, & per illa significantur dæmonia.
August. in Psalm. 135.

Fecit nos reges sacerdotes.

Apoc. 6.

Nos reges fecit (Christus) & sacerdotes non externos & ministeriales, sed internos & spirituales, appetitui nostro dominantes, corporaque nostra in hostiam viam, per ipsius mortificationem offerentes. *Rom. 12.*

Qui habet clauēs mortis & inferni.

Eodem capite.

Solus Deus remittit peccata, authoritatiue, sacerdotes vero ministerialiter, media adhibendo quæ ipse instituit.

Sustinete adhuc modicum tempus, &c.

Apoc. 6.

Non sunt sancti illi martyres passi repulsam, immo exaudita est eorum oratio, quantum decenter fieri debuit & expediens fuit: dictum quippe est illis, sustinete adhuc, &c. Quod autem differitur non aufertur. *August. tom. 10. serm. 59. de tempore.*

Vt requiescant à laboribus suis. Apoc. 1.

Loquitur D. Ioannes de statu finis mundi, post quem purgatorium cessabit, vt patet in sequentibus cum dicitur, Mitte falcem tuam & mete, &c.

Vel dicendum quod nomine laborum, opera bona intelliguntur, à quibus requiescunt mortui: Quoniam post mortem non est cuiquam merèdi locus.

SEQUITVR PRO CON-
SOLATIONE FRATRVM NOSTRO-
rum, Summarium canonum sacri concilij
Tridentini, qui de regularibus præscribū-
tur ad nos attinentes.

De librorum impressione.



VO D non liceat fratribus imprimere,
seu imprimi facere libros de rebus sa-
cris sine approbatione ordinarij, & licē-
tia suorum superiorum. *Sess. 4. in decreto
de usu & editione sacrorum librorum.*

De lectione sacrae scripturae.

Quod in conuentibus in quibus studia commo-
dè vigere possunt, sacrae scripturae lectio habeatur,
quæ lectio à capitulis generalibus vel prouinciali-
bus assignetur dignioribus lectoribus. *Sess. 5. de re-
form. cap. 1.*

De licentia prædicatorum.

Quod prædicatores sine licentia superiorum or-
dinis & benedictione ordinarij in Ecclesiis eiusdem
ordinis prædicare non possint, in Ecclesiis autem
aliis à nostris vltra licentiam superiorum, etiam epi-
scopi licentiam habere teneantur. *Sess. 5. de refor.
cap. 11. & Sess. 24. cap. 4.*

De prædicatoribus malè prædicantibus.

Quod si aliquis prædicator (quod absit) errores
aut scandala disseminauerit in populum, etiamsi in

P A R S N O N A

monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, episcopus ei prædicationē interdicat, quod si hæreses prædicauerit contra eum secundum iuris dispositionem aut loci consuetudinem procedet, etiam si prædicator ipse generaliter vel specialiter exemptum se esse prætenderit. *Sess. 5. de refor. cap. 11.*

De regularibus delinquentibus.

Quod regulares extra monasterium degentes, etiam si ordinis priuilegij prætextu ab ordinario loci, si deliquerint, puniri possint. *Sess. 6. de refor. cap. 7.*

Regularis non subditus episcopo, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalum sit, episcopo instante à suo superiore intra tēpus ab episcopo præhendum seuerè puniatur, ac de punitione episcopum certiolem fciat: sin minus à suo superiore officio priuetur, & delinquēs ab episcopo puni possit. *Sess. 25. c. de refor.*

De regularibus translatis.

Quod regulares translati de vno ordine ad alium sub sui superioris obedientia perpetuò mancant. *Sess. 14. de reform. cap. 11.*

Et nemo regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem: nec detur licentia cuiquam regulari occultè ferendi habitum suę religionis. *Sess. 25. cap. 19.*

De Missarum elemosinis.

In primis quoad auaritiam pertinet, cuiusuis generis, mercedum cōditiones, pacta, & quicquid pro Missis nouis celebrandis datur, necnō importunas atq; illiberales elemosynarū exactiones, potius quā postulationes, & alia huiusmodi quæ à simoniaca labe, vel certè à turpi quæstu non longè absunt omninò prohibentur. *Sess. 22. in decreto de observandis, &*

evitandis in celebratione Missæ.

De vagis & ignotis sacerdotibus.

Quod episcopi in suis diœcesibus interdican, ne cui vago, & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat. *Eadem sess. & decreto vt supra.*

De loco celebrandi Missas.

Quod non patiatur priuatis in domibus, atq; omnino extra Ecclesiam & ad diuinum cultum priuata oratoria ab eisdem ordinariis ordinada, & visitada, sanctum sacrificium à secularibus aut regularibus quibuscunque peragi. *Eadem sess. & decreto.*

De ceremoniis Missarum.

Quod caueatur ne sacerdotes aliis quàm debitis horis celebrēt, néve ritus alios, vel alias ceremonias, & preces in Missarum celebratione adhibeant præter eas quæ ab Ecclesia approbatæ, ac frequenti, & laudabili vsu receptæ sunt.

De certo numero Missarum, & candelarū amouēdo.

Quod quarundam Missarū, aut candelarum certū numerum qui magis à superstitioso cultu, quàm à vera religione inuentus est, omnino ab Ecclesia remoueatur. *Eadem sess. & decreto.*

De remedio circa Missarum multarum numerum.

Facultat em dat sancta Synodus episcopis in synodo diœcesana, itēq; abbatibus & generalibus ordinū, vt in suis capitulis generalibus re diligenter perspecta possit pro sua conscientia in Ecclesiis quas hac prouisione indigere cognouerint, statuere circa hæc quicquid magis ad Dei honorē, & cultū, atq; Ecclesiarū vtilitatē viderint expedire. *Sess. 15. c. 4. de reform.*

De voce capitulari.

Quicumque in cathedrali vel collegiata seculari, vel regulari Ecclesia diuinis mancipatus,

officiis in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit vocem in huiusmodi Ecclesiis in capitulo nō habeat. *Sess. 22. cap. 4. de reformat.*

De litteris dimissoriis pro susceptione ordin.

Quod nullus absque sui proptij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel tonsuram promoueat, alias ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælati visum fuerit, ipso iure est suspensus. *Sess. 14. cap. 2. de reform.*

De minoribus ordinibus ab aliis quàm ab episcopis non suscipiendis.

Quod Abbatibus, ac aliis quibuscunque quamuis exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius diocesis consistentibus, etiamsi nullius diocesis, vel exempti esse dicantur cuiquam qui regularis subditus sibi non sit tonsuram, aut minores ordines conferre. *Sess. 23. cap. 10. de reformat.*

De promotione minorum ordinum.

Minores ordines iis qui saltem Latinam linguam intelligunt, per temporum interstitia (nisi aliud episcopo videretur) conferantur, hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad sacros ordines promoueantur, nisi necessitas aut ecclesiæ utilitas, iudicio episcopi aliud exposcat. *Sess. 23. cap. 11.*

De promotione maiorum ordinum.

Promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non versati sunt ad altiorum gradum, nisi aliud episcopo videatur, non promoueantur: Item qui ad presbyteratus ordinem assumitur bonum habeat testimoniū, & in diaconatu ad

min
ac n
ueri

C
Episc
dem s

Syr

tur, ac
exem
ralibu
men p
fiarum
tam g
Sess. 24

Qu

ex ord
Euang
ne qu
nec po
rent.
opus
contra
uiter e

Nul

ante v
tem, a
25. arta

minis per annum integrū, nisi ob ecclesiæ vtilitatē,
ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministra-
uerint. *sess. 23. cap. 13. & 14.*

De promotis per saltum.

Cum promotis per saltum, si non ministrauerint,
Episcopus ex legitima causa possit dispensare. *Ea-
dem sess. 3. ca.*

*De illis qui tenentur interesse Synodo
diœcesana.*

Synodi quoque Diœcesanæ quotannis celebren-
tur, ad quas exempti etiam omnes qui alias cessante
exemptione interesse deberent, nec capitulis gene-
ralibus subduntur, accedere teneantur: ratione tam-
en parochialium, aut aliarum secularium Eccle-
siarum, etiam annexarum debeāt hi qui illarum cu-
ram gerunt quicumque illi sint, Synodo interesse.
sess. 24. de refor. c. 2.

De examine eligendorum ad officia.

Quod examinatores possunt etiam esse regulares
ex ordine mendicantium, iurētque ad sancta Dei
Euangelia fideliter munus se executuros, caueantq;
ne quicquam occasione huius examinis, nec ante,
nec post accipiant, alioquin symoniæ vitium incur-
rent. Et de his omnibus in Synodo Prouinciali, si
opus erit, rationem reddere teneantur, à qua si quid
contra officium eos fecisse compertum fuerit, gra-
uiter eius arbitrio puniri possint. *sess. 24. c. 18.*

De etate ordinandorum in maioribus.

Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem,
ante vigesimum secundum annum, ad diaconatus au-
tem, ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus, ante
25. etatis suæ annū promoueat. Regulares quoq;

P A R S N O N A

nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur priuilegiis quibuscunque ad hoc poenitens exclusis. *Sess. 23. cap. 12.*

De duobus sacris ordinibus, eodem die non conferendis.

Duo sacri ordines eodem die, nec etiam regularibus conferantur priuilegiis, aut indultis quibusuis concessis, non obstantibus quibuscunque. *Eadem sess. cap. 13.*

De confessione secularium audienda, & quomodo.

Quod sine probatione Episcopi, nullus etiam regularis, possit confessiones secularium, etiam sacerdotum, audire. *Eadem sess. cap. 15.*

De communione frequentanda à ministris.

Quod subdiaconi, & diaconi sciant maximè decere, si saltem omnibus dominicis, & solemnibus diebus, cum altari ministrauerint, sacram communionem acceperint. *Eadem sess. cap. 13.*

Quod sacri altaris ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exercentur. *Eadem sess. cap. 17.*

De obseruatione regulae, & communitate sectanda.

Omnes regulares tam viri quàm mulieres, ad regulam quam professi sunt, praescriptam, vitam instituant, & componant, & quae ad communem vitam, victum & vestitum obseruanda pertinent, fideliter obseruent, omnisque cura & diligentia à

superioribus
cialibus
nibus
tant, vt

Nulli
liceat b
qualitat
tanquam
possiden
dantur c

Nemi
regulari
vsum, a
bilium v
lex statu
niat, ni
fit eis n
quicqua
is bienni
etiam iu
puniatur
p

Conce
etiam m
S. Franci
de obser
fidere, se
In pra
quam m

superioribus adhibeatur, tam in capitulis prouincialibus, & generalibus, quàm in eorum visitationibus, quas suis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis recedatur. *Sess. 25. c. 1. de reform.*

De proprietate extirpanda.

Nulli regularium tam virorum, quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia cuiuscumque qualitatis fuerint, & quouis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine conuentus possidere, vel tenere, sed statim ea superiori tradantur conuentuique incorporentur.

Nemini superiorum liceat bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad vsumfructum, vel vsum, administrationem, aut commendam: mobilium verò vsum ita permittant, vt rerum suppellex statui paupertatis, quam professi sunt conueniat, nihilque superflui in ea sit, nihil etiam quod sit eis necessarium denegetur; quod si quis aliter quicquam tenere deprehensus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua voce, & passiuia priuatus sit, atque etiam iuxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones, puniatur. *Sess. 25. c. 2.*

De bonis immobilibus, & numero regularium in monasterio constituendo.

Conceditur omnibus monasteriis regularium, etiam mendicantium, exceptis domibus fratrum S. Francisci, capucinorum, & eorum qui minorum de obseruantia vocantur, bona immobilia possidere. *Sess. 25. ca. 8. de regul.*

In prædictis monasteriis & domibus, tã virorum, quàm mulierum bona immobilia possidentibus, is

P A R S N O N A

tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex cōsuetis eleemosynis commodè sustentari possit. *Eadem sess. & cap.*

De modo nouorum conuentuum accipiendorum.

Nec de cætero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius diocesi erigenda sunt, licentia prius obtenta. *Ead. sess. ca. 4.*

De fratribus quod sine Superioris licentia alterius obsequio se non subiiciant.

Ne quis regularis sine sui superioris licentia, prædicationis, lectionis, aut cuiusuis pij operis prætextu subiiciat se obsequio alicuius prælati, Principis, vel vniuersitatis, vel communitatis, aut alterius cuiuscunque personæ, seu loci: quod si contrà fecerit tanquam inobediens superioris puniatur arbitrio. *Eadem sess. & cap.*

De fratribus sine licentia à Conuentibus non discedentibus.

Nec liceat Regularibus à suis cōuentibus recedere etiam prætextu ad suos superiores accedendi nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint: alias ab ordinariis locorum tanquam desertores sui instituti puniantur. *Ead. sess. & cap.*

De fratribus qui mittuntur ad vniuersitates studiorum.

Qui studiorum causa ad vniuersitates mittuntur, in conuentibus tantum habitent, alioquin ab ordinariis contrà eos procedatur. *Ead. sess. & cap.*

Vni
subiect
clausit
gener
procu

Ingre
cunque
rnt, sin
obtent
incurte
Eadem se

Quod
vbis, ve
(sita vi
monaste

Atten
monaste
lis mensi
sacrofani
& cap. 10

Quod
ordinari
ter ip ann

De clausura monialium.

Vniuersi Episcopi in omnibus monasteriis sibi subiectis, in aliis vero sedis Apostolicæ autoritate clausuram sanctimonialium vbi violata fuerit diligenter restitui, vbi inuiolata est conseruari maxime procurent. *Ead. sess. & cap.*

De probatione ingressus ad monasteria monialium.

Ingredi intra septa monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut cõditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obrenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, & hoc in casibus necessariis nec in aliis. *Eadem sess. & cap.*

De monasteriis Monialium, intra vrbes reducendis.

Quod monasteria sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi curent Episcopi, & alij superiores (si ita videbitur expedire) vt ad noua, vel antiqua monasteria intra vrbes reducantur. *Ead. sess. & cap.*

De confessione, & communionem sanctimonialium.

Attendant diligenter Episcopi, & alii superiores monasteriorum sanctimonialium, vt saltem singulis mensibus, confessionem peccatorum faciant, & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant. *Eadem sess. & cap. 10.*

De confessario extraordinario monialibus offerendo.

Quod præter ordinarium confessorẽ, alius extraordinarius ab Episcopo, & aliis superioribus bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confessiones au-

dire? debeat. *Eadem Sess. & ca.*

De loco seruanda Eucharistia in monasteriis monialium.

Quod verò Christi corpus intra chorum, aut septa monasterij monialium, & non in publica ecclesia conseruetur, prohibet Sancta Synodus, non obstante quocumque indulto, aut priuilegio. *Eadem Sess. & ca.*

De modo secreto in electione seruando.

In electione superiorum quorumcumque, & aliorum officialium, ac generalium, & abbatissarum fiat electio per vota secreta, ita vt singularum eligentium nomina nunquam publicentur. *Eadem Sess. & ca. 6. de reg.*

De vocibus non supplendis.

Nec in posterum liceat prouinciales, aut Abbates, priores, aut alios quoscumque titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces & suffragia absentium supplere. *Eadem Sess. & ca.*

De aetate eligendi præpositam, seu Abbatissam monialium.

Abbatissa & priorissa, & quæcumque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, quod si his qualitatibus non reperiatur in eodẽ monasterio, ex alio eiusdem ordinis eligi possit, si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest videatur: ex iis quæ in eodem monasterio annum trigessimum exceßerint, & quinque saltẽ annis post professionẽ rectè vixerint, Episcopo, vel alio superiore contentiente eligatur. *Eadem Sess. & ca. 7.*

De loco accipiendi vota monialium tempore electionis faciendæ.

Quod is qui electioni præest Episcopus, siue alius superior claustra monasterij nõ ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam, vota singularũ audiat, seu accipiat, in reliquis seruentur singulorum ordinum, vel monasteriorum constitutiones. *Eadem Sess. de regul. c. 7.*

De gubernatione monialium.

Monasteria sanctimonialium sanctæ sedis Apostolicæ immediatè subiecta ab Episcopis gubernentur, quæ verò à deputatis in capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus reguntur sub eorum cura, & custodia relinquuntur. *Sess. 25. de regul. ca. 9.*

De interdictis, & censuris à regularibus obseruandis.

Censuræ, & interdicta nedum à sede Apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata mandante Episcopo à regularibus in eorum Ecclesiis publicentur atque seruentur. *Eadem Sess. ca. 12.*

De festis à Regularibus seruandis.

Quod dies festi quos in diocesi sua seruandos Episcopus præceperit ab exemptis omnibus, etiam Regularibus seruentur. *Eadem Sess. & ca.*

De controuersia in præcedentiis sedanda ab Episcopis.

Controuersias omnes de præcedentiis quæ persæpè maximo cū scâdalo oriuntur, inter ecclesiasticas personas, tã seculares, quã regularescũ in processionibus publicis, tũ in ijs quæ sũt in tumultibus defunctorũ

corporibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque componat. *Eadem sess. cap. 13.*

De exitu ad publicas processiones.

Exempti autem omnes tam clerici seculares, quàm regulares quicunque etiam monachi ad publicas processiones vocati accedere compellantur, iis tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt. *Eadem sess. & cap.*

De tempore professionis.

In quacunque religione, tam virorum, quàm mulierum professio non fiat ante sextumdecimum annum expletum, nec qui minores tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione iterit ad professionem admittatur, professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis obligationem, vel ordinis observationem, ad alios quoscunque effectus. *Eadem sess. cap. 16.*

De renunciatione bonorum quando, & quomodo à Novitiis facienda.

Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio siue ante professionem facta etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscunque causæ piæ valeat nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum fortiri nisi secuta professione, aliter verò facta, etiam si cum huius favoris expressa renunciatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus. *Eadem sess. & cap.*

*De non differendo tempore
professionis.*

Finito tempore nouiciatus, superiores, nouitios quos habiles inueniunt, ad profitendum admittant, aut è monasterio eos eiiciant. *Sess. 25. de reg. r. 10.*

*De bonis nouitiorum infra tempus nouiciatus
accipiendis, necne.*

Quod ante professionē nihil recipiatur de bonis nouitij, etiam spontè oblatum à parentibus, vel curatoribus eorum nisi pro victu, & vestitu illius temporis quo in probatione est, & hoc præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur quæ sua erant. quod vt verè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat. *Eadem Sess. & ca.*

*De tempore suscipiendi habitum à puellis
deo dicandis.*

Quod puella quæ habitum regularem suscipere voluerit, maior duodecim annis sit, nec ante eū suscipiat. *Eadem Sess. & ca. 17.*

*De puellis Nouitiis examinandis ante profes-
sionem ab ordinariis.*

Nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel coabsente, vel impedito, eius vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat quid agat &c. *Eadem Sess.*

PARS NONA

*De penis Abbatissæ, seu ministræ non denunciantis
tempus Episcopo.*

Quod professionis tempus, ne Episcopus ignoret teneatur præfecta monasterij cum ante mensẽ certiozem facere, quod si præfecta certiozem Episcopum non fecerit, quãdiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit. *Eadem Sess. & ca.*

*De non impediendis, vel cogendis mulieribus
ad religionem.*

Anathemati sancta Synodus subiicit omnes, & singulas personas cuiuscunq; qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocunq; coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliquam quamcunq; mulierem inuitam, præterquam in casibus à iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunq; religionis, vel emitendam professionem. simili quoque anathemati subiicit eos qui sanctam virginem, vel aliarum mulierum voluntatem, vel accipiendi vel voti emittendi quoquo modo sine iusta causa impederint. *Ead. Sess. c. 18.*

*De remedio illius qui præterdit suam profes-
sionem non tenere.*

Quicumque regularis præterdat se per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, vel sitque habitum dimittere quacunq; de causa, aut etiam cum habitu discedere sine Superiorum licentia, non audiatur nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter nisi causas quas præterderit deduxerit coram superiore

suo, & ordinario: quòd si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur, interim verò nullo privilegio suæ religionis iuuetur. *Eadem sess. & cap. 19.*

De excommunicationis sententiâ non nisi summa maturitate ferenda.

Quamvis excommunicationis gladius neruus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, sobriè tamen, magnâque circumspectione exercendus est, cum experientia doceat, si temerè, aut lenibus ex rebus incuriatur magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parare, quàm salutem. *Sess. 25. ca. 3. de refor.*

De locatione bonorum Ecclesie, & anticipatis solutionibus non faciendis.

Quod locationes rerum Ecclesiasticarum si anticipatis solutionibus fiant, nullatenus in præiudiciû successorum validæ intelligantur quocunque indulto, aut privilegio nonobstâte. *Eadem sess. & materia. cap. 11.*

De quarta funeralium.

Decernit sancta Synodus in quibuscunque locis iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut parrochiali Ecclesiæ solita persolui, ac postea fuerit ex quocunq; privilegio aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscunque locis piis concessa, eadem posthac integro iure, & eadè portione, quæ antea solebat, cathedrali, seu parrochiali Eccl. persoluatur, nonobstantib. concess.

gratiis, priuilegiis, & mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscumque. *Sess. 25. ca. 3. de refor.*

De arctioribus statutis ultra concilium seruandis.

Si qui verò regulares, tam viri quàm mulieres sunt, qui ab arctiori regula, vel statutis viuunt, excepta facultate habendi bona stabilia in communi eos ab eorum instituto, & obseruantia, Sancta Synodus amouere non intendit. *Sess. 25. de Reg. cap. 22.*

De canonibus sacri concilij executioni mandandis.

Et quia sancta Synodus desiderat, vt omnia, & singula supradicta quamprimùm executioni mandentur, præcipit omnibus Episcopis in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis ipsis in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus abbatibus, & generalibus, & aliis superioribus ordinum, vt statim prædicta exequantur, & si quid executioni mandatum nõ sit, Episcoporum negligentiam concilia prouincialia suppleant, & coërceant, regularium verò capitula prouincialia & generalia, & in defectum capitulorum generalium concilia prouincialia per deputationem aliquorum eiusdem ordinis prouideant. *Eadem Sess. 25. ca.*



P A R S D E C I M A

S E Q V I T V R.

BENEDICTIO SACERDOTA-
 lium indumentorum in genere. *Vers.* Adiutorium
 nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cœlū &
 terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Res.* Et cum spiritu
 tuo. Oremus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen
 famulum tuum, pontificalia & sacerdotalia,
 atque leuitica vestimēta, ad explēdum ministerium
 eorum in conspectu tuo, ad honorem & decorem
 nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuo-
 cationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia
 desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione
 per nostræ humilitatis seruitutem purificare, & cōse-
 crare digneris: vt diuinis cultibus, & sacris my-
 steriis apta & benedicta existant, hisque sacris ve-
 stibus pontifices, sacerdotes, seu leuitæ tui induti, ab
 omnibus impulsibus, seu tētationibus malignorum
 spirituū muniti & defensi esse mereantur: tuisque
 mysteriis apte, & digne seruire, & inherere, atque in
 his tibi placide, & deuote perseuerare tribue per
 Christum Dominum nostrum. Amen.

PARS DECIMA

Oremus.

DEus, inuictæ virtutis auctor, & omnium rerum creator, ac sanctificator: intéde propitius preces nostras: & hæc indumenta leuiticæ & sacerdotalis gloriæ ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene dicere, cõsecrare, & sanctificare digneris: omnesque eis vtêtes, tuis ministeriis aptos, & tibi in eis deuote & amabiliter seruientes, gratos effici cõcedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

Oremus.

Domine Deus omnipotens qui vestimēta pontificibus, sacerdotibus, & leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessaria, Moysen famulum tuum agere iussisti, cumque spiritu sapientiæ ad id peragendū repleuisti: hæc vestimenta in vsum & cultum ministerij tui sanctificare, bene dicere, & consecrare digneris: atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis spiritus gratia dignāter repleti, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerij congruentis immortalitate vestiri. Per Dominū nostrum, Iesum Christum &c. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

Si placet Sacerdoti, poterit stans orationibus præcedentibus finitis, antequam indumenta aqua benedicta aspergat, vel etiam omiſſis omnibus præcedentibus benedictionibus, sequentem specialem dicere nominando in ea indumentum aut indumenta, quod seu quæ benedicere intendit.

SPECIALIS BENEDICTIO CV-

iussibet indumenti. *Vers.* Adiutorium nostrum, &c.*Resp.* Qui fecit, &c. *Vers.* Dominus vobiscum, &c.

Et cum spiritu, &c.

Oremus.

Deus omnipotens, bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, supplices te rogamus: vt manibus nostris opem tuę benedictionis infundas: & hunc amictum, vel albā, vel cinctoriū, vel stolā, vel manipulum, vel tunicam, vel dalmaticam, vel planetā, vel pluuiiale diuino cultui præparatum, virtute sancti spiritus bene & dicere, sancti & ficare, & conse & crare digneris, & omnibus eo vtentibus, gratia sanctificationis sacri & immaculati, atque irreprehensibiles appareant, & auxilium misericordię tuę acquirāt. Per Dominum nostrum &c. Amen. Tunc aspergat ea aqua benedicta.

Benedictio mapparum seu lintheaminum sacri altaris. *Versus.* Adiutorium &c. Dominus vobiscum, &c. *vt supra.*

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, & hæc lintheamina sacri altaris vsui præparata, bene & dicere, & sancti & ficare digneris, Per Christum. *Oremus.*

Domine Deus omnipotens, qui ornamenta & lintheamina facere Moysen famulū tuum, per quadraginta dies, docuisti, qui etiā maria texuit, & fecit in vsū ministerij tabernaculi federis, sancti & ficare, bene & dicere, & conse & crare digneris hæc lintheamina, ad regendum, inuoluendumque altare gloriosissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, qui tecū viuit & regnat, in vnitāte spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorū. Amen. Deinde aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO CORPORALIVM,

Vers. Adiuutorium, *vt sup.* Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

Clementissime Domine Deus, cuius inenarrabilis est virtus, cuius arcanis mirabilibus celebrantur, tribue quæsumus: vt hoc lintheamentæ propitiationis bene \dagger dictione sanctificetur: & ad consecrandum super illud corpus Dei & Domini nostri Iesu Christi filij tui dignū efficiatur, per eundem Christum Dominum nostrum. *Respons.*

Amen.

Oremus.

Omnipotēs sempiternæ Deus, bene \dagger dicere, sancti \dagger ficare & cōse \dagger crare digneris lintheamentum istud ad tegendum, inuoluendumque corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi filij tui, qui tecū viuūt & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus: per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen. Oremus.

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuæ benedictionis infunde: vt per nostram bene \dagger dictionē hoc lintheamentū sancti \dagger ficetur, ac corporis, & sanguinis redemptoris nostri, nouum sudarium spiritus sancti gratia efficiatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum &c. *Resp.* Amen. His peractis aspergat ea aqua benedicta.

Benedictio sacrorum vasorum aliorumq; ornamentorum in genere. *Vers.* Adiuutorium, *vt supra.* *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* *vt supra.* Oremus.

Exaudi Domine pater clementissime preces nostras, & hæc purificanda vasa, & ornāmēta, sacri altaris, atque Ecclesiæ tuæ sacri mysterij vsui præparata bene \dagger dicere & sancti \dagger ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

OMnipotēs sempiternē Deus, à quo omnia immunda purgantur, & in quo omnia purgata clarescunt, supplices filij tui omnipotentiam tuam inuocamus, vt ab his vasis, ornamentis & ministeriis quæ tibi offerunt tui famuli, omnis spiritus immundus, confusus longè discedat, & per tuam benedictio & nem ad vsum & ministerium sancti altaris, & ecclesiæ tuæ sanctificata permaneât. Per Christum dominū nostrum. Amen. Tunc aspergat ea aqua benedicta.

**BENEDICTIO TABERNACV-
li,** siue vasculi pro Eucharistia conseruanda. *Versus.*
Adiutorium, &c. Dominus vobiscum, &c. *vt supra.*

Oremus.

OMnipotens sempiternē Deus, maiestatem tuā supplices deprecamur: vt vasculum hoc pro corpore filij tui domini nostri Iesu Christi in eo cōdendo fabricatum, bene & dictionis tuæ gratia dicere digneris. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c. *Respon.* Amen.

Deinde aspergat illud aqua benedicta: vt moris est dicendo, Asperges me domine ysopo &c.

Eo quod ô amantissime minorita non paruus sit numerus fratrum nostrorum sacerdotum qui ferme ignorant significata & instituta Missæ: isto in loco bene & scitè illa volui apponere pro illorū solatio qui cupiunt scire quæ decent sacerdotem probum: qui nam debet semper vitare (quantum in se est) ignorantiam, quoniam illa est mater cunctorum errorum, vt inquit diuus Augustinus. Ideo per

legito attente quæ sequuntur, semper que illa habeo in idea tua, vt nam possis pias secundas intentiones super illa formare pro animæ tuæ cōsolatione, tumque ceterorum hominum qui sepe dicta percitantur te. Nisi zelus decoris tantæ domus Apostolicæ comederet me, p̄fecto non excerpissem omnia ista, nec minus isto in minorum manipulo posuissem: sed hæc fuerunt originem mei laboris, quo exuberabis tunc, quando acquiesces consiliis in eo contentis.

Imprimis dicemus vnde exordium suum sumpserit Missa, & quis eam auxerit, postea dicemus aliqua de ratione diuinorum sacramentorum sacramentalium: ac eorum quæ in diuinis aguntur, instituantur & tolerantur. Finaliter inquam dicemus aliqua notanda de intentione, ratione necnon significatione eorum quæ in sancta Missa dicuntur aguntur.

In nomine totius Trinitatis, patris & Filij & Spiritus sancti sequitur, ad sacerdotes hexasticon hortatorium.

*Qui diuina cupit summo libamina patri,
Donaque sublimi mystica ferre deo:*


*Hæc legat, & tetra purgata conscientia labe:
Nam præstant faciles ad pia sacra vias.*

*Horum præsidio mystica sancta parabit,
Et cæli domino, munera grata feret.*



CA

DO



uerit, a
tem, c
hom
tudine
liquidi
bilia q
mundi
tur: se
verum
fæculis
tiam su
quibus
cere diu
quod e
mini ad
tem cor
ex audi
spiciu e



CANDIDO AC ORTHO-
DOXO LECTORI IN CHRISTO IE-
su salus sempiterna.

EA est humanæ mentis & intelligentiæ ratio, (Lector beneuole) vt cum alia multa, quæ ad diuini cultus cognitionem pertinent, ipsa per se, magno adhibito labore & diligentia, inuestigauerit, ac cognouerit, maximam tamen illorum partem, quibus æterna salus comparatur, (ad quam homo conditus est, atque ad imaginem & similitudinem Dei creatus) nature lumine illustrata ad liquidum cognoscere nunquam potuerit. Inuisibilia quidem Dei (vt docet Apostolus) à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiternaque eius virtus & sacra diuinitas: verum mysterium illud (quod absconditum est à sæculis, & generationibus) ita humanam intelligentiam superat, vt nisi manifestatum fuisset sanctis, quibus voluit Deus (fidei nostræ munere) notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus Deus, & homo nullo studio homini ad eam sapientiam aspirare licuisset. Cum autem concipiatur fides & lumen huiusce sacramenti ex auditu, siue sacra lectione piorum voluminū, perspicuū est (ô sacer lector) quā necessariū semper fue-

PARS DECIMA

rit ad cognitionē dicti mysterij consequendam, doctoris legitimi & fidelis opus ac ministerium. Equidem ab ipsius origine legis gratiæ, clementissimus ac benignissimus Deus, suis nunquā defuit: sed multifariē multisq; modis locutus est patribus, in prophetis & præconibus: eisq; pro tēporum cōditione ad veram cognitionē prædicti sacramēti, certā ac directam fidē monstravit: ne circumferrentur, tanquā paruuli fluctuātes omni vento doctrinæ, sed firmissimo fidei fundamento adherentes, coædificarentur in habitaculo Dei, in spiritu sancto, scilicet in Ecclesia, quæ regitur in omnibus à spiritu sancto, ut quicquid crediderit, fecerit, dixerit, aut decreuerit, nunquam deserat lapidem illum angularem, (qui quāuis reprobatus fuerit à ludæis, tamen nobis factus est in caput anguli) ut ita melius nos teneret in Ecclesiæ gremio, in quo sunt multa vberissima pharmaca seu antidota spiritualia quæ fuere cōdita à dicto lapide Christo: inter quæ summum est sacratissimū altaris sacramentum. Quod, quando Christus dominus instituerit, & tantum donum diuinæ gratiæ pro reconciliatione humani generis nobis reliquerit: & quisnam eius sacramentalia statuerit, operæpretium est scire. *Missam* in primis Dominus noster Iesus Christus. (*sacerdos secundum ordinem Melchisedech. psal. 110.*) celebravit: quando ex pane & vino corpus sanguinēque suum fecit, & ob memoriam sui, suis celebrare hæc præcepit. *Matth. 26.* Hanc Apostoli auxerunt, (*o lector amantissime*) dum super panem & vinum verba quæ dominus dixit, & dominicam orationem dixerunt. *De conse. dist. 1. Iacobus.* Deinde successores Petri (*cui dominus pascendas sua*

mes po
sodalit
runt. A
domus
psalme
ri insti
phona
Vnde a
rum ca
tri. Nic
sus ad
Papa d
Missam
cus ore
uorum
vlque c
sam car
tantum
Testam
pax vob
sumptu
Amen
tradent
cletus I
Gregor
ctorelq
Papa pe
epistola
nalis &
rium vt
tem Pa
vt nunc

mes post resurrectionem suam commendavit.) ac suorum
 sodalium confratrum, Epistolas & Euāgelia statue-
 runt. Alij cantum, alij alia adiecerunt, qui decorem
 domus domini dilexerunt. *ii. dist. Ecclesiasticarum.*
psalms ad introitum Missæ Celæstinus Papa cantā-
 ni instituit: de quibus postea Papa Gregorius anti-
 phonas ad Missæ introitum modulando cōposuit.
 Vnde adhuc primus versus eiusdē psalmi ad introi-
 tum cantatur, qui olim totus cantabatur. *Gloria pa-*
tri. Nicæna Synodus composuit, & sanctus Dama-
 sus ad missam cantari censuit. *Kyrie eleison.* Sylvester
 Papa de Græcis sumpsit: quod Gregorius Papa ad
 Missam cantari instituit. *Gloria in excelsis.* Angeli-
 cus ordo in primis cecinit: Sanctus Hilarius Picta-
 uorum Episcopus ab illo loco, *Laudamus te*, in finē
 vlque composuit. Telesphorus autem Papa, ad Mis-
 sam cantari instituit. Symmachus vero Papa festis
 tantum cantari statuit. *Dominus vobiscum*, de veteri
 Testamento, scilicet de libro Ruth est sumptum.
pax vobis, de nouo Testamento (*id est de Euangelio*)
 sumptum est. *Et cum spiritu tuo*, de Epistola Pauli.
 Amen verò de Apocalypsi, quod Apostolicus ordo
 tradente domino, dici docuit: & Clemens & Ana-
 cletus Papæ ad Missam dici constituerunt. *Orationes*,
 Gregorius Papa & Ambrosius Archiepiscopus do-
 ctorsque Ecclesiæ, composuerunt: quas Gelasius
 Papa postea auxit, & ad Missam dici instituit. *De*
epistola & Euangelio. Hieronymus presbyter Cardi-
 nalis & doctor Ecclesiæ lectionarium & Euāgelia-
 rium vt hodie habet Ecclesia collegit. Alexander au-
 tem Papa legi ad Missam decreuit. Damasus Papa,
 vt nunc est moris legi censuit, *Graduale & Alleluia*,

PARS DECIMA

Sanctus Ambrosius composuit, sed Gregorius Papa ad Missam cantari instituit: qui & festiuis diebus Pneuma (*qui & iubilus dicitur*) iubilare statuit. Sed Abbas Noecherus de Sancto Gallo, *Sequentias* pro pneumate composuit, quas Nicolaus Papa ad Missam cantari consensit. Anastasius Papa decreuit vt dum Euangelium legeretur, nullus sederet: *Credo in vnum Deum* Constantinopolitana Synodus composuit, & ad Missam cantari instituit. *Offertorium* Gregorius Papa composuit, & ad Missam cantari instituit. *Orate pro me fratres*, idem Papa dici statuit, qui & prefationes composuit. *Sursum corda*, de Hieremia propheta sumptum est. *Gratias agamus domino Deo nostro*, de Apocalypsi. *Prefationes aliquot*, Dionysius Areopagita putatur composuisse: sed Gelasius Papa ad Missam cantari legitur instituisse. *Sanctus, Sanctus Sanctus, Dominus deus Sabaoth, &c.* Sixtus Papa dimidiū de Isaia, dimidiū de Euangelio composuit, & ad omnes Missas cātari statuit. *Canonem*, Gelasius Papa composuit, & ad Missam dici statuit. Sed Gregorius Papa canoni (*diesque, &c.*) intermiscuit. Leo autē Papa, *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam*, apposuit. *Pater noster*, Dominus quidem docuit, sed Matthæus scripsit. Gregorius verò Papa ad Missam cātari censuit, sicut & Apostolica doctrina tradidit. Hic etiam præcedēs capitulum, *Oremus, præceptis salutaribus moniti*, & sequens, *Libera nos*, addidit. *benedictionem Episcopalem*, Martialis Episcopus, Apostolorum discipulus, ex magisterio Apostolorum tradidit quando Dei seruitium auxit, isque mos hæctenus hodie conualuit. *Pax domini sit semper vobiscum*. Ambrosius dicere cœpit, Innocentius vero Papa dici constituit,

& pac
comp
Papa
proh
cerdor
né nor
posuit
de vete
lum d
à Baby
ceptur
Sed ha
(charis
ctor ac
tur, vt
nunqu
in Ecc
noster eg
Apost
lium,
quibus
menti,
fideles
Missã v
totis si
nans. D
Ferrum
riens, si
Testam
debet e
cta cele
gi men

& pacem dare censuit. *Agnus Dei*, Sergius Papā composuit, & ad Missam cantari instituit. Iulius Papa intinctionem corporis Domini in sanguinem prohibuit: & Gelasius Papa illū excōmunicavit sacerdotem, qui corpus Domini acceperit, & sanguinē non sumpserit. *Communionem*, Gregorius Papa cōposuit, & ad Missam cantari instituit. *Ite, Missa est*, de veteri Testamento est, scilicet vbi Pharao populum de Ægypto ire iussit, siue vbi Cyrus populum à Babylone ire præcepit. *Benedicamus domino*, acceptum est de psalterio. *Deo gratias*, de Apostolo. Sed hæc dici Leo Papa instituit. Ex his omnibus, (*charissime Lector*) Sanctus Gregorius Ecclesiæ doctor ac supremus præsul, Missam ordinasse traditur, vt per Ecclesiam hodie canitur & legitur: quæ nunquam sine lumine debet celebrari, quia lumen in Ecclesia signat diuinitatem. *Deuteron. 4. Deus noster ignis consumens est.* Etiam signat doctrinam Apostolorum, quæ est ignis illuminans corda fidelium, vt patet in actibus Apostolorum. Campana cum quibus pulsatur Missa signant tubas veteris Testamenti, & in nouo nobis signant prædicatorem, qui fideles ad fidem, & deuotionem contentorum in Missa vocat & instruit. *Vas Campanæ*, os prædicatoris signat, vt 1. *Corint. 13. factus sum velut aes sonans.* Duritia æris signat fortitudinem mentis eius. *Ferrum*, quod intus pendet ex vtraque parte ferrens, signat linguam prædicatoris, qui vtrumque Testamentum sonare facit. *Imago crucis* semper debet esse in Ecclesia seu capella vbi Missa sancta celebratur: vt dum dicitur, populus in iugi memoria habeat passionem Christi, qua re-

PARS DECIMA

demptus est, in qua vicit antiquum inimicum: sic nos & virtute eius vincamus eum: & habeamus totum refugium ad eam. *processiones*, quæ fiunt ante Missæ celebrationem in Ecclesiis (*præsertim parochialibus*) repræsentant quod Christus de sinu patris venit in mundum, de præsepe ad templum, de Bethania in Hierusalem, de Hierusalem ad montem Oliueti & Caluarix: vt & nos de hoc mundo reuertamur ad patriam. *Aqua benedicta*, quæ sanctificatur Dominicis diebus ante Missam à sacerdotibus tantum, vt populus ac habitacula aspergantur: eam Alexander Papa instituit, vt omnis spirituum immundorum spurcicia, tam de habitaculis, quàm de cordibus fidelium propellatur. *De dist. 3. cap. aquam. Missa legatio dicitur*: quia totum tempus quo Christus mundum intrauit donec cælum Ecclesia intrauerit est tempus legationis, & tunc dicta Christi legatio finietur, cum sponsa Christi ab ista Babylonica ciuitate confusa, in supernam Hierusalem ducetur. *Missæ officium*, per Christum tam prouida reperitur ordinatione dispositum, vt quæ per Christum, & in Christo, ex quo de cælo descendit vsque dum in cælum ascendit gesta sunt, magna ex parte contineat: & ea tam verbis quam signis, admirabili quadam specie repræsentet. *Notandum venit*, quod in Missa repræsentatur pugna & victoria Sacerdotis contra diabolum hostem antiquum: nam processurus ad hanc pugnam sacris vestibus, quasi armis induitur: scilicet lorica iustitiæ, cingulo continentix, scuto fidei, galea salutis, & gladio spiritus. *Ap. stoli*, & eorum successores in quotidianis vestibus, & in ligneis calicibus Missam celebrauerunt: sed Cle-

mens

ttien.
vesti
tis v
auter
reis
der pa
Missæ
sceri
Silue
& Io
Sacerd
veste
vetus
vt in
bus p
tiuæ,
illoru
antide
mus,
tum c
prouer
truxit
cturã
ctum
dei vu
irrisor
signat
cuius
cum i
portur
debet
queos

tiens Papa (*tradente petro Apostolo*) vsum sacrarum
 vestiū ex lege sumpsit, & Stephanus Papa in sacra-
 ris vestibus Missam celebrari constituit. Seuerinus
 autem Papa vitreis, Urbanus vero aureis vel argen-
 teis Calicibus & patenis offerri instituit. *Alexan-*
der papa, panem & vinum tantum offerri statuit ad
 Missam, sicut & dominus cōstituit, & aquam admi-
 sceri instituit, sicut & Apostolica traditio docuit,
 Silvester Papa lineo corporali offerri statuit, sicut
 & Ioseph dominicum Corpus in sindone inuoluit.
Sacerdos ad celebrandum se disponens, primo exiit se
 veste prima, videlicet pallio, ad designandum quod
 vetus homo renouetur in illo. *Secundo*, lauat manus
 vt in conscientia per cōtritionem lauetur ab omni-
 bus peccatis & abstergatur, medio medicinæ cura-
 tiuæ, videlicet Sacramēto pœnitentiæ, quod est vnū
 illorum vberimorum septem pharmacorum seu
 antidotorum quod Christus noster sacerdos sum-
 mus, & hostia instituit contra septem pestes vitio-
 rum capitalium, ad solatium suæ sacræ sponsæ. *Vnde*
proverbiorum xi. Sapiētia ædificauit sibi domum, ex-
 truxit columnas septem, quę sustentant totam stru-
 cturā domus spiritualis ædificij. *Deinde imponit* ami-
 ctum super caput, ad designandum pānum quo Iu-
 dæi vultum Christi venerabilem texerunt dicentes
 iustificatiōe, Prophetiza, quis est qui te percussit? *Alba*
 signat vestem illam qua Herodes eum indui fecit:
 cuius longitudo, longitudinem Christi excessit, vt
 cum in eundo impediret. Et sic sæpius propter im-
 portunitatem Iudæorum cecidit: quapropter alba
 debet esse longior sacerdote. *Manipulus* signat la-
 queos & catenas, quibus Christus fuit cōstrictus in

PARS DECIMA

captione Iudæorum. *Stola* signat funes quibus ad colūnam fuit immaniter alligatus. *Cingulum* signat virgas & flagella quibus corpus tenerum sic lacertum & diruptum fuit. *casula*, signat vestem purpuream qua induit eum Pilatus. *Cum sacerdos* sic vestitus accedit ad altare, venit meditandum, quomodo Christus ad crucem transit: altare vero signat crucem in qua Christus seipsum obtulit pro nobis, & mortem passus est. *Calix* signat Christi sepulchrum in quo positus fuit. *patena* signat lapidem qui ad ostium sepulchri positus fuit. *Corporale* signat sudarium quod positum fuit in sepulchro ad faciem eius. *palla* altaris signat pannos quibus innolutus fuit in sepulchro.

SEQUUNTUR CONDITIO-
NES PRESBYTERI.

Sacerdos debet esse almus.

A peccatis segregatus.

Rector & non raptor.

Speculator & non spiculator.

Dispensator & non dissipator.

pius in iudicio.

Iustus in concilio.

Deuotus in choro.

Stabilis in Ecclesia.

Sobrius in cana.

Tacens in choro.

Prudens in letitia.

Purus in conscientia.

Arsidus in oratione.

Humilis in congregatione.

Virilis in tentatione.

Patiens in aduersitate.

Lenis in prosperitate.

Dives in virtutibus.

Misericors in actibus.

Sapiens in sermone.

Verax in predicatione.

De intentione & ratione eorum quæ in Missa dicuntur, quinque includens articulos resolutorium: Cui præmittitur diuisio totius missæ in partes suas principales quæ talis est.

Missæ diuiditur in quinque partes principales, videlicet, præparatio, oblatio, consecratio, sumptio, gratiarum actio.

Præparatio autem præmittitur, primo, ad digne perficiendum ea quæ sunt agenda.

Secundo fit oblatio eorū quæ sunt consecranda.

Tertio fit consecratio eorum, quæ sunt oblata.

Quarto fit sumptio eorum quæ sunt consecrata.

Quinto redditur gratiarum actio pro his quæ sunt percepta.

Pars prima incipit ab introitu missæ, & finitur ante canticum offertorij.

Pars secunda incipit à c antico offertorij, & finitur ante præfationem.

Pars tertia incipit à præfatione, & finitur ante orationem dominicam.

Pars quarta incipit ab oratione dominica, & finitur ante antiphonam quæ dicitur communio.

PARS DECIMA

Pars quinta incipit ab antiphona quæ dicitur cõmunio, & finitur in oratione, quæ in cõclusionẽ totius missæ postcommunio, siue complenda vocatur.

Prima pars quæ dicitur præparatio, subdividitur in duas particulas, nempe in prima affectus quadrum, scilicet per deuotionẽ quæ excitatur per laudis iubilum in introitu. Secũda per humiliationem, quæ declaratur per miseræ gemitum in Kyrie eleison. Tertio per rectam intentionem, quæ explicatur per cælestis gloriæ concentum in Gloria in excelsis deo, &c. Quarto per gratiæ consecutionem quæ postulatur per orationis suffragium in collecta.

Secunda particula partis primæ missæ præparationis, intellectus dicitur, & hoc scilicet dispositione per doctrinam prophetarum & Apostolorum, in prophetiis & epistola. Secundo per vitæ profectũ in graduali: tertio per spirituale gaudium in Alleluia: quarto per cordialem luctum in tractu.

Articulus secundus subdividẽs secundam partem, videlicet intentionem ac rationem eorum quæ dicuntur in ipsa declarans, sequitur.

Ista secunda pars in tres diuiditur particulas, in prima autem præmittitur offerentium cum laude exultatio, in cantico offertorij, scilicet suscipe sancte pater omnipotens æterne deus, &c. In secũda exprimitur ipsa oblatio in his verbis, in spiritu humilitatis &c. In tertia petitur oblationis acceptatio in oratione secreta, veni sanctificator, & suscipe sancta Trinitas, hanc oblationem, &c.

Et quia ista exigunt erectionem mentis in Deum: ideo singulis præmittitur, dominus vobiscum, vel oremus: loco cuius, cum oratio secreta dicenda est,

pra
A
lice
dici
T
run
exc
con
ibi,
S
min
T
ibi,
Q
rias
Q
tur,
Sec
qua
diuin
ange
ris, B
Ha
ta Ch
citur
ment
In
cõsec
neral
renter
rum p
tur, q

prædicatur orate fratres, &c.

Articulus tertius tertiam partem subdividens, scilicet intentionem ac rationem illorum quæ in ea dicuntur explanans sequitur.

Tertia pars diuiditur in quinque particulas, quarum prima est illa præparatio, quæ præmittitur per excitationem populi ad deuotionem. Ideo primo, conclusio orationis secretè expressæ pronounciatur, ibi, per omnia sæcula sæculorum.

Secundo, à sacerdote populus salutatur, ibi, dominus vobiscum.

Tertio, populus ad erectionem mentis incitatur, ibi, sursum corda.

Quarto, ad gratias agendas exhortatur, ibi, Gratiagamus domino deo nostro.

Quinto, gratiarum actionem debitam demonstratur, ibi, vere dignum & iustum est.

Secunda particula huius tertix partis est illa, in qua subiūgitur deuota Christi laudatio, quo ad eius diuinitatem & humanitatem, dum concinitur cum angelis. Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & cum pueris, Benedictus qui venit, &c.

Hac etiam in secunda particula subiūgitur deuota Christi laudatio, quo ad eius oblationem quæ dicitur, donum, in unus, sacrificium, ibi, te igitur clementissime pater per Iesum Christum, &c.

In tertia particula tertix partis, petitur materiae cōsecrandæ benedictio & acceptatio, vbi primo generaliter præmittitur quid petatur, quantum ad offerentes, & eos pro quibus offertur: secundo salus eorum postulatur: tertio etiam præmittitur, quid petatur, quantum ad eos quorum patrociniū implo-

PARS DECIMA

ratur, in quorum reuerentiam etiam offertur, ibi, imprimisque, &c. & communicantes. Quarto specialiter & expresse concluditur, quid per oblatione hostiæ impetradū postuletur, ibi, hęc igitur oblatione. In quarta particula peragitur cōsecratio, vbi primo effectus consecrationis postulatur, ibi, quā oblatione &c. Secundo ipsa consecratio consummatur quantū ad corpus Christi & sanguinē, ibi, qui pridie. Tertio rei commemoratio explicatur, ibi, vnde & memores, &c. In quinta exprimitur virtuti s consecratisacramēti postulatio, & diuiditur in tres partes, quarū prima est illa, in qua præmittitur, quid petatur, & hoc fit duob' modis. s. quo ad gratiā, vbi petitur primo, acceptari sacramentū, quādo dicitur supra quæ propitio, secūdo dari gratiæ donū, ibi, supplices te rogamus, &c. Secūdus modus est, quo ad gloriā pro mortuis, viuissq; ibi, memento etiam, &c. & nobis quoq; peccatoribus, &c. Secunda pars est illa in qua petitio nostra finitur, & inducitur mediator, per quē petita obtinere sperantur, cum cōcluditur. Per Christum dominum, &c. Tertia particula huius quinti. §. concludit totū canonem, omniaque circa confectionē huius sacramēti peracta in Christū patris filiū reducuntur: primo ea quæ sunt ex parte sacramēti, ibi, per quē hęc omnia. Secundo, ea quæ sunt ex parte personarū, ibi, per ipsū, & cū ipso, &c.

Articulus quartus subdiuidens quartam partem, intentionē ac rationē singulorum, quæ in ipsa dicuntur exponēs. Hęc autem quarta pars subdiuiditur in duas particulas. In prima præponitur ad sacramēti sumptionem præparatio cōmunis, quę fit per orationem dominicam, cui præmittitur exoratio, præsumptio, excusatio, ibi, oremus præceptis salutari-

bus
pani
nob
fact
tis p
Te
tiam
min
qui t
hęc
fit pe
sacri
quie
huius
para
nem
&c. v
pro t
addu
mēt
sumi
ne in
bat a
niter
nē q
actio
tuū d
ac de
parte
quæ
ta pa
uidit

bus moniti, &c. & ista in oratione ponitur caelestis panis postulatio, ibi, panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Secundo ista communis praeparatio ad sacramenti sumptionem, fit per deprecationem sacerdotis priuatam, ibi, libera nos quaesumus domine.

Tertio dicta praeparatio fit per pacis concupiscentiam, quae a sacerdote, populo optatur, ibi, pax domini: A populoque dicta pax postulatur, ibi, Agnus dei qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem. Quarto haec communis praeparatio ad sacramenti sumptionem fit per pacis offeramentum, in missis defunctorum, ubi sacrificium non pro pace praesenti, sed pro futura requie offertur, pax ideo non postulatur pro ciuibus huiusce vallis miseriarum. Quinto supradicta praeparatio est etiam specialis, quia fit per priuata orationem sacerdotis, ut cum dicit: Domine Iesu Christe, &c. vel aliquam aliam addit, nam diuersi diuersas vel pro sua deuotione, seu pro locorum consuetudine addunt. Secunda in particula subiungitur sacramenti sumptio a sacerdote qui post priuata orationem sumit, ad quod debet esse dispositus & praeparatus, ne impraeparatus accedens, iudicium sibi manducet & bibat ab illis, quibus per sacerdotem dispensatur. Communiter consueuerunt celebrantes post sacrorum perceptionem quasdam priuatas orationes dicere pro gratiarum actione, videlicet quod ore sumpsimus, &c. corpus tuum domine, &c. aliasque secundum consuetudinem ac decreta Ecclesiae. Articulus quintus quintam partem subdividens intentionem ac rationem illorum quae in missa dicuntur explanas sequitur. Haec quinta pars (O frater mi minorita) in tres particulas dividitur: In prima autem fit accepti beneficii com-

memoratio per ante postcommunionem, quæ cum quadam lætitia cantatur.

In secunda redditur pro percepto beneficio gratiarum actio per orationem sacerdotis, quæ complenda dicitur.

In tertia concluditur totius missæ consummatio per hæc verba, *Ite, missa est, seu benedicamus domino, ubi chorus vel minister respondet, Deo gratias, de prædicto sacrificio gratias agens, si sit missa pro defunctis loco prædictorum dicitur, requiescat in pace, ad quod respondet minister siue chorus, Amen. defunctis optans requiem sempiternam.*

De ratione & significatione eorum quæ in missa & circa eam aguntur, decem includens articulos, resolutorium cui præmittitur numerus eorundem.

In missa præcipuè solempni decem generalia principaliter occurrunt notanda, necnon peragenda, videlicet & 1. lotio. 2. thurificatio. 3. altaris osculatio. 4. sacerdotalis versio & populi per eum saluatio. 5. gestus variatio. 6. multiplex per cruces signatio. 7. hostiæ fractio. 8. partis hostiæ in calicem missio. 9. osculi pacis traditio. 10. vini non cõsecrati sumptio.

Articulus primus exponens rationem & significationem primi principalis quod agitur.

Prima lotio manuum ante missam fit, primo, ad tractandum reuerenter ipsum sacramentum: pretiosa enim homines tractare non cõsueuerunt nisi manibus prius lotis, vnde indecès esset quod ad tam pretiosum & tam notabile sacramentum accederet tractandum quis manibus (quæ de facili inquinantur) illotis.

Secundo dicta lotio manuum ante missam fit ad incitandum celebrantem ad deuotionem, & in ternam purifi-

gatio
Te
urus
ction
Fi
lam i
nyfiu
etiam
etiam
restar
Sec
tioner
rentia
secran
Secr
purita
Ter
signifi
Qu
sulcep
tanti s
tim al
Secu
de spe
digitis
Ter
enim l
ceptio
tioner
tione
Arti
secun

gationem quam intendere debet.

Tertio dicta lotio fit ad insinuandum quod oblaturus & cōsecraturus hostiam lachrymis compunctionis lauare debet prius conscientiam.

Finaliter prædicta lotio fit ad significandum illam internam mundificationem, vnde sacer Dionysius dicit quod extremitatum ablutio, significat etiam abluionem à minimis peccatis, hoc namque etiam repræsentabat ablutio sacerdotum in veteri testamento.

Secunda lotio digitorum in missa fit ante oblationem vel consecrationem, & ad ampliorem reuerentiam sacris exhibendam cum iam offerri & consecrari debent.

Secundo fit etiam ad ampliorem deuotionem & puritatem incitandam.

Tertio fit ad ampliorem emūdationem à peccatis significandam.

Quando dicta lotio fit in missa post sacramenti susceptionem, propter sacramēti reuerentiā, ne post tanti sacramenti contactum digitis nō ablutis, statim alia non sacrata tangant.

Secūdo fit propter periculi cautelam, vt si aliquid de speciebus sacramentalibus remanserit, adherens digitis per abluionem tollatur.

Tertio fit propter mundiciæ retinentiam, signat enim hæc ablutio vt sacerdos qui per sacramēti susceptionem præsumitur esse mundatus, post celebrationem, mundiciam retineat, & à recidiua inquinacione sibi caueat.

Articulus secundus, rationem & significacionem secundi principalis quod agitur declarans.

P A R S D E C I M A .

Thurificatio ante missam, & in ea fit propter sacramenti reuerentiam, vt scilicet per thuris bonū odorem expellatur, si quid mali odoris ibi fuerit, quod horrorem prouocare posset.

Secundo fit propter diabolicæ malignitatis repulsam, ne videlicet ille malignus aliquid contra sacrificium vel celebrantem machinari vel facere possit: nā eiusmodi fumo omne genus dæmoniorum excutitur.

Tertio fit propter deuotionem & orationem celebrantis ac assistentium significandam, quæ per ipsos ad Deum dirigitur.

Quarto fit propter effectum gratiæ repræsentandum, qua sicut bono odore Christus repletus fuit.

Articulus tertius rationem & significationē tertij principalis quod agitur explicans.

Altaris osculatio ante missam, & in ea fit, ad sacramenti consecrādi, tractandi, & sumendi reuerentiā.

Secundo fit ad celebrātis amorem erga Christum excitandum.

Tertio fit ad dilectionem inter sponsum & ecclesiam sponsam repræsentandam.

Quarto fit ad detestabilem Iudæ proditoris osculationem significandam, præsertim quo ad osculationem quæ fit post sacramenti eleuationem, cum dicitur, ex hac altaris participatione, &c.

Articulus quartus rationem & significationem quarti principalis quod agit exponens.

Sacerdotis ad populum versio quintuplex, quintuplicem manifestationem Christi in die resurrectionis suæ factam repræsentat.

Secu
quies
cum
minus
dicit,
Spiritu
Arti
quinti
Gest
tensio
chioru
Secu
gnat d
Tert
gnat co
re, fidei
Qua
gnat cr
Quin
indice
tionem
clesia.
Sexta
repræse
sti ex q
dum co
deuotio
Artic
princip
per cru
nem De
torment

Secundo salutatio quæ fit septem vicibus: quin-
quies videlicet cum se vertit ad populum: & bis
cum se non vertit, vt cum dicit in præfatione Do-
minus vobiscum, & post hostiæ fractionem, cum
dicit, Pax Domini sit semper vobiscum: septiforme
Spiritus sancti gratiam significat.

Articulus quintus rationem & significationem
quinti principalis quod in Missa agitur explanans.

Gestus vario est sextuplex, quarum prima est ex-
tensio brachiorum, quæ signat extensionem bra-
chiorum Christi in cruce.

Secunda variatio, est manuum eleuatio quæ si-
gnat directionem orationis ad Deum.

Tertia variatio est manuum coniunctio quæ si-
gnat coniunctionem cordis cum ore, oris cum ope-
re, fidei cum charitatis operibus.

Quarta variatio est manuum cancellatio quæ si-
gnat crucifixionem siue affixionem Christi in cruce.

Quinta variatio est digitorum, scilicet pollicis cum
indice copulatio quæ fit ad significandum copula-
tionem capitis cum membris, id est Christi cum Ec-
clesia.

Sexta variatio est corporis inclinatio quæ fit ad
repræsentandum humilitatem & obedientiam Chri-
sti ex quibus passionem suscepit: fit etiam ad incitân-
dum celebrantem & adstantes ad humilitatem &
deuotionem.

Articulus sextus rationem & significationem sexti
principalis quod agitur declarans, multiplex signatio
per cruce fit, ad repræsentandum modum & ordi-
nem Dominicæ passionis: quæ quibusdam grauibus
tormentis fuit peracta, vt nostro in speculo Chri-

stiano satis bene exposuimus: ex quibus, quædam passionis preces crucifixionem præcesserunt, & quædam in cruce reservatæ sunt, & quædam post Christi obitum: ideo etiam quædam cruces fiunt ad præsentandum ea quæ passus est Dominus ante crucifixionem, ut illæ quæ fiunt ante consecrationem: quædam vero fiunt ad representandum ea quæ in cruce, vel post crucem facta sunt, ut illæ quæ fiunt post consecrationem. Signatio per cruces, per 10. vices perficitur.

Triplici sub illis verbis, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, ad representandum traditionem Christi facta 1. à Deo patre. 2. à Iuda. 3. à Iudæis.

Triplici sub illis verbis benedictam, ascriptam, ratam, ad representandum venditionem perfectam 1. à sacerdotibus. 2. à scribis. 3. à Phariseis vel venditionis pretium 30. denariis 3. addita sub illis verbis, corpus & sanguis ad representandum 1. Iudam venditorem & Christum venditum.

Vnica in consecratione corporis & sacri sanguinis sub illa verba benedixit, fregit, seu benedixit deditque, &c. ad representandum, 1. præsignationem Christi factam in cæna per huius sacramenti institutionem, sub specie panis & vini. 2. Ad representandum Christi passionem in corpore & anima.

5. Quintuplici sub illa verba, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ, & Calicem salutis perpetuæ, ad representandum quinque plagas siue vulnera principalia corporis Christi.

6. Triplici sub illis verbis, Corpus, & sanguinem

sump
tadun
effusio
7. Tri
medici
oratio
ration
8. Tri
& in ip
Christi
vique
9. Du
vnitate
tionem
10. Sig
plici su
ad repr
die fact
Artic
gnifica
agitur.
Host
Christu
ipse eni
Secur
passion
nibus fi
Terti
potis C
eius.
Artic
octau

sumpserimus, omni benedictione, &c. ad repræsentandum 1. corporis Christi expressionem. 2. sanguinis effusionem. 3. passionis fructum.

7. Triplici sub illis verbis, sanctificas, viuificas, benedicis, &c. ad repræsentandum triplicem Christi orationem in cruce 1. pro persecutoribus. 2. pro liberatione. 3. pro gloriæ adeptione.

8. Triplici sub illis verbis, per ipsum, & cum ipso, & in ipso, ad repræsentandum tres horas quibus Christus pependit in cruce, videlicet ab hora sexta vsque ad nonam & vespere.

9. Duplici sub illis verbis, Deo omnipotenti, in unitate spiritus sancti, ad repræsentandum separationem animæ a corpore.

10. Signatio per cruces per 10. vices perficitur, triplici sub illis verbis Pax Domini sit semper vobiscum: ad repræsentandum Christi resurrectionem tertia die factam.

Articulus septimus exponens rationem & significationem septimi principalis quod in missa agitur.

Hostiæ fractio fit ad obseruandum formam quam Christus circa confectionem huius sacramenti tenuit. ipse enim panem fregit.

Secundo fit hostiæ fractio ad repræsentandum passionem Christi in qua eius corpus vulnerationibus fractum siue diuisum fuit.

Tertio fit ad repræsentandum distinctionem corporis Christi mystici, & secundum diuersos status eius.

Articulus octauus rationem & significationem octauæ principalis quod fit in Missa declarans.

PARS DECIMA

Circa missionem partis Hostiæ in calicem aduertendum quòd Hostia frangitur primo in duas medietates, ad designandum duplicem statum prædestinatorum, scilicet eorum qui sunt in æterna gloria, & in temporali hac miseria.

Medietas ista quæ ex manu dextra super patenam indiuisa collocatur, signat prædestinatos, qui iam adepti sunt beatitudinem, quæ per dexteram intelligitur.

Medietas alia quæ in sinistra retinetur diuiditur in duas partes, quarum vna, medietati super patenam collocatæ coniungitur, signat illos qui sunt in purgatorio, qui quidem, licet beatitudinem nõdum habeant, sunt tamen certi de ea.

Altera vero quæ post hanc diuisionem in dextra tenetur, mittitur in calicem, signat prædestinatos adhuc in hoc nequam sæculo degentes, qui quamuis de beatitudine habenda certi non sint, illam tamè virtute passionis Christi & sacri sui sanguinis effusione consequentur: scilicet per multas tribulationes, quæ per sacrum calicem significantur.

Articulus nonus assignans rationem & significationem noni principalis quod fit in Missa.

Postquam sacerdos dixit Agnus Dei, &c. osculatur altare, & deinde ministrum seu imaginem per eundem sibi porrectam quæ vltèrius exhibetur astantibus osculanda: primo ideo celebrans non solum hæc facit vt cum Deo pacem, sed cum proximo se habere protestetur.

Secundo ideo vt alij osculantes profiteantur se esse coniunctos in vnitæte fidei per Christum in ara

cruc
An
dec
Po
vino
Pri
lium
gluti
Sec
deinc
rem &
corde
liter c
sticiæ
Chri
Ha
ration
lege, &
affere

S
pe
tudine
stione
recidi
Ment
se exc

crucis immolatum.

Articulus decimus rationem & significationem decimi principalis exponens.

Post communionem & calicis ac digitorum cum vino & aqua ablutionem sumitur illud vinum.

Primo ideo vt reliquiæ specierum sacramentalium, si in ore remanserint, cum illo potu transglutiantur.

Secundo vt per hoc significetur quòd sacerdos deinceps debet manere mundus, & seruare odorem & saporem vini, compunctionis & tristitiæ in corde, gratiarum actiones & læticiæ in ore, & finaliter odorem & saporem recte conuersationis & iustitiæ in vita & opere seruare, si vult in æternū cum Christo regnare.

Hæc igitur quæ in Missa dicuntur, & aguntur, rationibus prædictis exposita, & declarata vide & lege, & quod legeris memento: quia non tibi paruum afferent fructum.

*QUALITER SACERDOS
celebraturus se præparare
debet.*

SA CERDOS Missam celebraturus, primo à peccatorum sordibus, & à peccandi consuetudine, per contritionem, confessionem, satisfactionem sit expiatus, & purgatus, habeatque non recidiuendi ad priora mala firmum propositum. Mentis feruorem, ardentemque deuotionem in se excitet: & cum timore ac tremore maximaque

PARS DECIMA

humilitate ad tam altum mysterium accedat, & diuinæ bonitatis ac maiestatis sublimitatem cogiter. Tum etiam sacerdos suorum delictorum magnitudinem, multitudinem & fœditatem veniam postulando cōsideret. Et suam humiliter imperfectionem & vitæ labentis breuitatem & dubium ac periculosum animæ exitum perpendat. Recolat insuper quod si indigne recipiat, puta in peccato vel in peccandi consuetudine, iudicium sibi māducat & bibit. Recordetur pariter quod suę villicationis in mortis articulo, in iudicioque vniuersali rationem erit redditurus: ea de re sacerdos vt digne recipiat cum suis ipsius exinanitione ad altare accedat, & ad Dei laudem, & dominicæ passionis memoriam hæc faciat, iuxta illud 1. ad Cor. 11. hoc facite in meam cōmemorationem. Trium siquidem debet esse commemoratio, amoris, doloris & oblationis. Amoris Ioã. 15. maiorem charitatem nemo habet quam vt animam suam quis ponat per amicis suis. Doloris, Hieremiæ primo, O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor similis sicut dolor meus. Oblationis, ad Ephe. 5. tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo, in odorem suauitatis. Et vt grator esset patri oblatio, suo clamori Christus addidit lachrymas, iuxta illud ad Hebr. 5. cū lachrymis & clamore valido pro sua reuerētia exauditus est. Postremo sacerdos ad Christi obsequium captiuæ memoriam, intellectum & volūtatem, & quinque sensus corporis, cum appetitu rationali, irascibili ac concupiscibili. Et cum Dominicæ passionis & yberrimæ sanguinis effusionis Iesu Christi feruenti recordatione in vnione orationum

tion
Deo
ped
glad
Ysa
miss
carn
cont
amor
cū gl
cū m
illo
mult
num
sterq
peric
uim
cut A
spen
lo fid
corar
dalar
dum
pecca
dens
tume
filiu
sterq
tis ple
cerdo
tur, si
in po

tionum, desideriorum & operum Christi, offerat Deo sacrificium laudis, vt exemplo Abraham qui in pede mōtis dimisit seruum & asinum, & cum igne, gladio, lignisque montem ascendit, suum filium Ysaac oblaturus & sacrificaturus. Si sacerdos dimisso seruo & asino, id est, omnibus affectibus circa carnalia & temporalia dimissis ac relictis, montem contemplationis & deuotionis ascendat, sit cū igne amoris, dilectionis, & Deo acceptissimæ charitatis, cū gladio pœnitentiæ, iustitiæ, & æquitatis: cū lignis. i. cū meditatione dolorū quos Christus in crucis vexillo pro nobis redimēdis pertulit. Sed proh dolor, multi sunt in hac tempestate sacerdotes qui Dominum gloriæ in vilissimum suarum conscientiarum sterquilinum, in suarum animarum euidentissimū periculum reponunt, putantes istud sacrum conuiuium esse in honorem, quod erit eis suspendium, sicut Aman, qui post magnificum conuiuium fuit suspensus in patibulo quod Mardochæo, id est, populo fideli parauerat. Vnde Psalmista: Fiat mensa eorū coram ipsis in laqueum, in retributiones & in scandalum. O quam horrendum est, dolendum & flendum quòd sacerdos luto luxuriæ & consuetudine peccandi deturpatus & maculatus ad sacrum accedens Eucharistiæ sacramentum, talem Deo contumeliam & iniuriam facit, quòd eius vnigenitum filium Iesum Christum proiicit in suæ conscientiæ sterquilinum, cadaueribus omnibus latrinis & lutis plenum. Summopere debet maledictus ille sacerdos timere ne à diabolo iuguletur & extraguletur, sicut aliquando accidit (vt potè diximus nostrò in pomario ac viridatio pleno ahtidotis viciorum)

FARS DECIMA

profecto demon super eum nouam accipit potestatem, magisq; eum excæcat, vt tutius possit in abyssum peccatorum præcipitare, & post in laqueum pœnarum æternarum. De istis peruersis sacerdotibus D. Ambrosius ait, ex inordinata & indisciplinata sacerdotum multitudine, nostræ religionis venerabile sacramentum hodie dari contemptui, nam qui deberent esse vicarij Apostolorum & filij Petri, facti sunt socij Iudæ, & præambuli Antichristi. cum beato Chrysostomo in quo tales dignos esse tot mortibus, quot mala exempla ad subditos Christianos transmittūt. Placeat Domino Deo (ô frater minorita) suum sacrum spiritum animo tuo instillare, vt nam ad meliora possis charismata proficere. Amen. Vale.

B V
n
f
S
C



volun
litati
fatag
ment
ciunt
tates.
causis
ea int
prou
in De
postq
ex cer
rat, su
purè d
tium,
tam d
fratre
seu de
simile

BVLLA BONÆ MEMORIÆ CLE-
 mentis Papæ 7. pro institutione recollectorum
 seu fratrum reformatorum ordinis Minorum
 S. Francisci de obseruantia, nunc de nouo à S. D. N.
 Gregorio Papa XIII. confirmata.

*Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad
 perpetuam rei memoriam.*



N suprema militantis ecclesie specula,
 licet immeriti, disponēte Domino cō-
 stituti, inter multiplices nobis ex debi-
 to pastoralis officij incumbentes curas,
 illa potissimum premimur: vt qui sub
 voluntariæ paupertatis habitu militantes, in humi-
 litatis spiritu deuotū, & sedulū altissimo impendere
 fatagūt famulatū, non solum ad id sublatis impedi-
 mentis intendant, verūmetiam ideò ardentius effi-
 ciunt, quò maiores sibi viderint exhiberi commodi-
 tates. Et ex hoc fit, vt quæ antea ex rationabilibus
 causis à prædecessoribus nostris ordinata videbātur,
 ea interdum reformemus, & in melius ordinemus:
 prout iuxta temporum, & personarū qualitatem, id
 in Domino conspicimus salubriter expedire. Sanè,
 postquam fœ. rec. Leo Papa 10. prædecessor noster,
 ex certis tūc expressis causis, voluerat, & declaraue-
 rat, sub nomine reformatorū, seu recollectorum ac
 purè & simpliciter regulam B. Francisci obseruan-
 tium, comprehendi omnes, & singulos obseruātes,
 tam de familia, quàm reformatos sub ministris, ac
 fratres Amadei, de Colletaniis, Clarenis, de S. Euāg.
 seu de Capucio, ac Discalciatos nūcupatos, aut alios
 similes quocūq; alio nomine nūcupatētur, & regulā

B. Frãcisçi huiusmodi purè, & simpliciter cõseruaretur ex quib. omnibus vnũ corpus infimul efficies, eisdẽ adinuicem perpetuò vniuerat, ita quod deinceps, omiffa diuerfitate nominum prædictorum, fratres minores f. Francifçi regularis obferuantiaẽ fimul, vel difiunctiuè nuncuparentur, & nuncupari poffent, & deberent: omnesque vt præfertur, vnitos Generali, & prouincialibus miniftris, & custodibus dicti ordinis, in quorũ prouinciis, & custodiis refpectiuè morabantur, in omnibus, & per omnia, fecũdum regulam eandem, fubiici deberet. Cũ nonnulli profeffores ipfius ordinis, ficut fideli relatione percepi- mus, Spiritufancto inflãmati, & vt B. Frãcisçi alũni, & veri filij affectent regulã ipfam B. Frãcisçi purè & plenè, iuxta illius litterã, & declarationes bonæ memoriae Nicolaj 3. ac Clementis 5. Rom. Pont. prædecefforum noftrorum firmiter obferuare: Nos qui in finceris corũ confcientiis delectamur, quiq; ab ineunte ætate, ad huius ordinis profeffores, & ordinem ipfum totũ fingularè gelfimus deuotionis affectum: Nunc autem ex cõmuni cura pastoralis regiminis, quam immeriti fuftinemus, ad ipfos fouẽdos dulciũs, & gratiofis fauoribus attentè profequẽdos tantò prouocamus ardentiuũs, quantò intenta mète frequẽtiũs cogitamus fructus vberos, quos ex regula præfatae arctiori obferuantia ipfi religioni, & toti vniuerfitati Ecclefiaẽ fperamus prouenturos: Attendentes etiã, quod in his, quæ animæ falutẽ refpiciũt, ad vitãdos grauantès remorfus, pars fecurior eft tenenda. Igitur tam pia, & feruenti fratrum prædictorũ intentione cõmoti, ad peragendũ diligentiuũs, quod ab eifdem defideratur, ftudia noftra duximus cõue-

tenda. Habita igitur super his cum venerabilibus fratrib. nostris S. R. E. Cardinalibus, ac aliis de ipso ordine ad plenū informatis, matura deliberatione, de eorundem cardinalium vnanimi consilio: His nostris in perpetuum valituris statuimus & ordinamus, ac in virtute sanctæ obedientiæ districtiùs præcipiendo mādamus: quod prædictis fratribus, dictâ strictiorem obseruantiam desiderantibus, per præfatos Generales, & Prouinciales Ministros, cæterosq; dicti ordinis Prælatos, & quemlibet ipsorum, cui vel quibus hæ nostræ, vel earū transumpta præsentatæ, vel præsentata fuerint, assignetur loca, quantum fieri poterit, contigua, quatuor, vel quinque iuxta numerū fratrum eorundem. Et si in futurum plures fratres voluerint se vitæ præcedentium conformare, & ab eis acceptati fuerint, nullus eos impedire possit, sed minister prouinciæ, cum diffinitoribus in Prouinciali capitulo teneantur alia loca, quantum possibile fuerit, contigua prædictis, eis assignare & prioribus addere. Quæ quidem loca fratres prædicti expropriare possint superfluis, & pretiosis: & ea in vtilia, & necessaria commutare, mediante Syndico à Nicolao tertio prædecessore ordinato. Et generalis, ac Prouinciales ministri, & eorum commissarij non possint impedire prædictos à dictâ strictiori obseruantia ipsius regulæ, iuxta prædictas declarationes Nicolaj & Clementis: nec à suo bono modo viuēdi, quem inter se pro dicta arctiori obseruantia ordinauerint. Nec etiā impediunt, quia vilioribus, & repetiatis induantur, & quin nudis pedibus ambulent, sed qui non poterunt, portent colopodia, vt cæteris conformentur. Forma autem ha-

P A R S D E C I M A

bitus, & capucij, sit ceteris dictæ obseruantiaæ frat-
 tribus conformis. Volumus etiam, quod fratres re-
 cipiendi, seu vestiendi per fratres in dicta strictiori
 obseruantia viuentes, examinentur iuxta regulam,
 per ministrũ prouincialẽ & ab ipso, cũ consilio ipso-
 rum acceptentur. Nec possint quicunq; dicti ordi-
 nis Prælati, sine præfatorum fratrum cõsensu, ad loca
 prædicta mittere alios fratres: nec prædictos ab ipsis
 locis amouere, nisi ipsi petierint. In Prouincialibus
 verò capitulis remoucantur per ministros prouin-
 ciales, & diffinitores à locis prædictis illi fratres, quos
 custos, vt infra eligédus, cum cõsensu maioris partis
 vocalium dictorum locorum, duxerit amouendos.
 Insuper statuimus, quod prædicti fratres, in dicta
 strictiori obseruantia viuere volentes, habeát in sin-
 gulis prouinciis, vbi fuerint, custodem vnũ ex ipsis,
 quem sibi ipsi petierint à ministro Prouinciali, vel ab
 eo qui præest capitulo, scilicet cum diffinitoribus
 confirmandum, & assignandum: qui habeat absolu-
 tam potestatem plenariè in hoc tantũ, vt fratres
 prædictos visitet, moneat & corrigat, ac manute-
 neat in dicta strictiori obseruantia regulæ, ordina-
 tionum, & gratiarum eis à nobis & successoribus
 nostris, pro tẽpore exeuntibus, Romanis pontifici-
 bus, & prædictis ministris generalibus cõcessarum,
 & cõcedendarum in futurum, & in dicto suo bono
 modo viuendi. Nec propter hoc impediatur minister
 Prouincialis, quin visitare possit eosdẽ, & corrigere
 delinquentes. Quin etiam custos ire possit ad capi-
 tulũ generale, cum ministro prouinciaæ, ad intiman-
 dum necessitates & opportunitates dictorum fratrum.

Ordinamus etiã, quod custos, Guardiani, & discreti prædictorum locorum, vadant ad capitula provincialia: in quibus habeant vocem actiuam & passiuã, sicut cæteri vocales. In quibus capitulis, custos prædictus, præsentem ministro provinciali, & diffinitoribus, fratres idoneos ad officium Guardianatus designet: ex quibus tantum fiant Guardiani supradictorum locorum. Possit etiam idem custos infra annum, cum consensu maioris partis conuentus singuli, remouere Guardianum ab eius officio, & alium substituere, quem minister provincialis confirmet. Custos verò possit à fratribus prædictis eligi, vsque ad triennium: quo custode infra annum decedente, Guardiani dictorum locorum alium, quem sibi viderint expedire, petant à ministro, vel eius commissario confirmari & assignari, quem minister ipse, siue eius commissarius benignè confirmet, & assignet. Possit quoque dictus custos, si fratribus eisdem expediens visum fuerit, esse Guardianus vnius dictorum locorum.

Si igitur ministri provinciales, vel eorum commissarii his prædictis contrauerint, siue alicui eorum, immediatè fratres prædictorum locorum subiiciantur ministro Generali. Et si (quod absit) minister Generalis prædictus eos impedire tentauerit, vel eis in præmissis, aut in aliquo præmissorum fauere neglexerit, volumus præfatis fratribus, ad apostolicam sedem, & ad totius ordinis protectorem, liberum patere recursum: à quo si quis eos impedire præsumperit, sententiæ excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc, ferimus in his scriptis, illico subiaccere auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus & promulgamus.

Quocirca moderno, & pro tempore existenti ca-
 meræ Apostolicæ generali auditori, necnon vniuer-
 sis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Eccle-
 siarum Prælati, ac quibuscumque in dignitate eccle-
 siastica constitutis, & per apostolica scripta manda-
 mus, quatenus ipsi, & eorum singuli, præsentibus no-
 stras literas, & in eis contenta quæcunque, vbi &
 quando opus fuerit ac quoties pro parte dictorum
 fratrum supradictæ strictioris obseruantia, seu ali-
 cuius eorum, super hoc requisiti fuerint, solenniter
 publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis
 præsidio assistentes, faciant eosdem omnibus, &
 singulis prædictis pacificè frui, & gaudere. Non
 permittentes eos desuper quoscunque quavis au-
 thoritate fungentes quomodolibet molestari, vel
 quouis quæsito colore, vel ingenio directè, vel indi-
 rectè perturbari, aut aliter quomodolibet inquie-
 tari. Contradictores quoslibet per cæsuras ecclesia-
 sticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione
 postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si
 opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstanti-
 bus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis,
 necnon ipsius Leonis 10. & quorumcunque aliorum
 prædecessorum nostrorum litteris, etiam Bulla au-
 rea, mari magno, vel aliis quibuscunque: Dictique or-
 dinis statutis, priuilegiis & indultis, etiam iuramen-
 to, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate
 alia roboratis, etiam in forma breuis, etiam anno
 præsentis, vel sub quibuscunque verborum formis,
 solemnitatibus, clausulis etiã insolitis, & quantum-
 cunque fortissimis dicto ordini, vel quibuscumque
 Prælati eiusdem concessis, vel concedendis in futurum,

etiam si tales forent, quod pro illorū sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbū, non autem per clausulas generales, mentio habēda foret, illorū omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererētur, pro plenè, & sufficiēter expressis habētes, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Cæterum, quia difficile foret præsentes litteras ad quælibet loca, vbi opus fuerit, deferri volumus, & Apostolica autoritate decernimus, quod transumptis earundem manu Notarij publici signatis, & alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, si originales litteræ exhiberentur, & ostenderentur.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrum statuti, ordinationis, promulgationis, mandati, derogationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum. Anno incarnationis dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo secundo. sextodecimo Calendas Decēbris, Pontificatus nostri, anno nono.


SANCTISSIMI DOMINI

N. D. GREGORII PAPÆ XIII.
Constitutio super viuendi modo professo-
rum, recollectorū seu reformatorum ordi-
nis Minorum S. Francisci de obseruantia,
eum declaratione, ampliacione, & confir-
matione litterarum Clementis Pap. VII.

*Gregorius Papa xiiij. ad perpetuam rei
memoriam.*



V M illius vicem, meritis licet minimè
suffragātibus, geramus in terris, qui pa-
cem in terras intulit, charitatēque ad-
inuicem præ cæteris omnibus eius fide-
libus præcepit, officij nostri debitam prosequimur
actionem, si regularium personarum, quæ relicto
seculo, sub suauis volūtariæ paupertatis iugo, dei ob-
sequio se dedicarunt, pro commisso nobis officio,
concordiæ ac quieti consulere cupientes, pacem &
charitatem inter ipsos inducere, inductamque con-
fouere, & quæ iis contraria sunt, falce vigilantiz
pastoralis ad radicem posita, prout rerum & tem-
porum qualitas requirit, quantum nobis ex alto cō-
ceditur, totis viribus curamus. Sanè licet aliàs per
fœlicis recordationis Clementem septimum præ-
decessorem nostrum multa ad quietum, & tràquil-

lum statum pertinētia dilectorum filiorum profes-
 sorum ordinis fratrum Minorum S. Frācis̄ci de stri-
 ctiori obseruantia, reformatorem nuncupatorum
 (vt qui regulam ipsam B. Francis̄ci purē, & plenē
 iuxta illius litteras, & declarationes Nicolai tertij, ac
 Clementis quinti Romanorum Pontificum præde-
 cessorū nostrorum, vt veri B. Francis̄ci filij, & alūni
 obseruare contendant) ædita, & statuta fuerint, vt in
 litteris eiusdem Clementis septimi sub Dat. Ro-
 mæ apud sanctum Petrum decimosexto Calendas
 Decembris, Pontificatus sui anno nono latius con-
 tinetur: Nihilominus quidam ex reformatis quam-
 plures perturbationes, damnāque non mediocria,
 à dilectis filiis fratribus minoribus de obseruantia
 nuncupatis, sub quibusdam prætextibus, etiam cō-
 tra dictarum litterarum Clemētis septimi formam,
 inferebatur. Nos igitur eorundem fratrum nuncu-
 patorum quieti, & indemnitati, eiusdemque ordi-
 nis prosperitati, ac propagationi cōsulere volentes,
 Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ Cardinalibus, super causis Episcoporum,
 & regularium deputatis, atque etiā eiusdem ordinis
 prædicti protectori, causam huiusmodi audiendam
 & cognoscendam commisimus: Qui re maturē di-
 scussa, necnon quorū interest, aut intererat partibus
 auditis, literisq; Clementis septimi prædictis planē
 consideratis, nobis retulerunt, quæ reformatio-
 nem huiusmodi magis prosperē dirigere visa sunt.
 Quare de eorundem Cardinalium cōsilio, litteris,
 Clem. 7. prædictis addēda quædā decreuimus. §. Ita-
 que volumus, & autoritate Apostolica statuimus
 & ordinamus: vt Nouitij reformatorum præsentēs,

PARS DECIMA

& futuri, annum continuum inter dictos reformatos agant, ad deliberandū an inter reformatos prædictos permanere velint à die ingressus in custodias seu loca reformatorum. Si verò in familia fratrum de obseruantia professionem emiserint, & ad reformatos de strictiori obseruantia transferint, vel in futurum transire voluerint, habeant itidem annum continuum à die ingressus ad deliberandum, an remanere in hac strictiori obseruantia voluerint. Post præsentium autem nostrarum publicationem, & dictum annum completum, declaramus prædictos professos extra reformatos haberi vt professos inter custodias reformatorum: nec ipsos, sicut nec alios inter easdem custodias professos, ab iis, sine speciali Apostolicæ sedis licentia, recedere posse, sine apostasiæ nota, quo etiã anno peracto, tam nouitios in custodiis expressè professos quã professos in familia, & in custodiis annū continuū agentes, volumus ad plenā & puram regulæ S. Francisci obseruantia, iuxta ipsius litteram, ac Nicolai tertij, & Clementis quinti Romanorū Pontificū declarationes: & Clementis septimi litteras prædictas teneri, nec ab ea, reformatorumque ipsorum obedientia recedere, minusque à reformatis ipsis expelli valeant, nisi incorrigibiles, iuxta antiqua eorum instituta hæcenus obseruata: & nisi qui ad Capucinos transeundi licentiam in scriptis, iuxta Pauli tertij, & Iulij tertij litteras, à proprio custode obtinuerint. Liberum verò sit eidem custodi, etiam nullo ministri provincialis, vel aliorum suorum Prælatorum habito vel requisito consensu, vel licentia, nullòq; cum iisdem verbo factò, per se, vel alium iuxta conciliū Tridentinū

tini formam, atque ordinis consuetudinem, No-
 uicios, necnon & fratres prædictos de obseruantia,
 tam propriæ, quàm alienæ prouinciæ reforman-
 dos, ad ordinem ac professionem, & reformatio-
 nem pro sua custodia, absque vllò penitus impe-
 dimento (de consilio tamen, & consensu fratrum
 illius loci, pro quo recipiuntur) admittere. §. Tenea-
 tur autem Minister prouincialis, in capitulis, & cõ-
 gregationibus prouincialibus, quando familiæ mu-
 tari solent, ad petitionem dictorum reformatorum
 alia etiam prouinciæ loca, siue Monasteria aliis re-
 reformatorum locis, quantum fieri poterit cõtigua,
 vel commoda, iuxta eiusdem Clementis septimi
 litteras dare & assignare, & prioribus eorum locis
 addere: nec fratrum reformatorum paucitatẽ (dum-
 modo ad decem fratres recipiendos sint idonea, vel
 breui tempore in ea illos introduci posse speradum
 sit) nec aliam quampiam excusationem quominus
 id faciant, obicere possint. §. Generalis Minister di-
 ctorũ fratrum de obseruãtia tantum (minimè autẽ
 prouincialis, siue alij dictorum fratrum de obseruã-
 tia Prælati, aut commissarij) in dictos fratres refor-
 matos, siue illorum custodes, iurisdictionem, visi-
 tandiq; & corrigẽdi facultatẽ, siue per seipsum, siue
 per eiusdem ordinis, etiã alienæ custodiæ reforma-
 tos ipsos habeat, minimè tamen possit aliquem ad
 prælationẽ vel officia, etiam in custodia promouere,
 aut correctionis, vel quouis prætextu, statutis, cen-
 suris, casibus, reservationibus propriis, vel ordinis,
 reformatos subiugare, aut custodiæ, custodis, vel
 fratrum reformatorũ respectiue potestatem, facul-
 tatem, immunitatem, concessiones, gratias, statuta

PARS DECIMA

& pacem quouis pretextu, modo, & quæsito colore directè, vel indirectè annullare, suspendere, arctare, alterare; immutare, impedire, contrafacere, aut inquietare: nec etiam de propria eorum custodia, domibusq; & locis (nisi pro aliarum custodiarum dicta visitatione) dictos reformatos, vel eorum aliquè amouere, extrahere, mittere, vel transferre, nec illos ad quascunque alias partes, prouincias, vel custodias, & alia propriæ ipsorummet custodiæ loca, etiã sub specie prædicationis mittere, collocare, vel retinere, nisi prout in singularum custodiarum capitulis, vel ab ipso custode fuerit ordinatum: locaque huiusmodi eisdem reformatis fuerint assignata, & multominus ad reformatorum, vel custodiarum loca non reformatos etiam Nouitios, vel Monialium confessores, aut alios quoscunque etiam reformandos à reformatis nõ receptos mittere, aut in eisdem collocare, vel retinere. Nec etiam reformati ipsi aliquem prædictorum non reformandum recipere, vel ad conuinendum, siue de familia in eorū locis retinere vlllo modo possint, exceptis lectoribus à Prælato ipsorum licentiatis, propriæ custodiæ necessariis: Qui tamen in custodia vocem actiuam, vel passiuã habere non possint, sed illa ad reformatos tantum in custodia pertineat, exceptis quoque opportunis prædicatoribus similiter licentiatis, vel impetratis, & hæc pro tempore tantum necessitatis, sed sine consensu custodis, inscriptis, non possint quicunque dicti ordinis Prælati, fratres non reformatos in auditoriis, ad ipsorum locorum confi-

nes
dica
frat
nec
sint
loca
mè
prot
suos
cis o
causa
re, v
re, n
possi
prop
stodia
prium
tum,
pitula
ment
tantu
iusmo
stos,
missa
si per
postu
reform
beat
nes(d
decre

nes, iuxta morem ordinis, pertinentibus ad prædicandum: Nec in eisdem confinibus quoscunque fratres ad eleemosynas colligendas destinare: Pro necessariis autem negotiis, & aliis piis causis, possint custodes ad quæcunque ordinis, & aliorum loca, etiam extra reformatorum custodias maxime ad sedem Apostolicam, & ad totius ordinis protectorem, & pro prædicatione, ire, ac fratres suos mittere, sed causa manendi de familia in locis ordinis extra reformatos pro studio, vel alia causa nullo modo custodes, vel custodiæ mittere, vel licentiam dare, nec fratres ire, vel manere, nec Prælati ordinis eos recipere vel retinere possint. §. Capitula custodialia singulis annis in propriis custodiæ locis distinctè & non extra custodiam per reformatos, quando, & ubi, per proprium custodem, vel custodiam fuerit constitutum, fieret: Eant tamen & ipsi reformati ad capitula, etiam prouincialia, vt in dictis litteris Clementis statuitur, & in illis vocem non actiuam tantum, sed etiam passiuam posthac habeant. Huiusmodi autem custodiarum capitulis solus custos, qui erit pro tempore, vel eo decedente commissarius custodię, vel ipse Generalis Minister, si personaliter tantum interesse voluerit, præsidere posthac valeat. In iis autem capitulis, vnaquæque reformatorum custodia plenam & absolutam habeat potestatem quæcunque statuta & ordinationes (dummodò contra deum, animam, ac regulam & decreta concilij Tridentini non sint) iuxta litteras

PARS DECIMA

Clementis septimi prædictas condédi, & statuéndi, nec in eo per Ministros generales, vel prouinciales, vel eorum cõmissarios, aut alios dicti ordinis Prælatos quomodolibet impediri valeat. §. Electione custodum per reformatos facta, custodes per se, vel per litteras in signum humilitatis confirmationem tantum infra mensem petere teneantur à Ministro prouinciali quancumque statim facto exhibendam. Possint autem custodes, etiam dum expectatur, & antequam petatur confirmatio prædicta, cù plena autoritate libere officio suo fungi, quod si confirmationem huiusmodi intra tres dies non obtinuerint à sede Apostolica, ipso facto tenore præsentium confirmati censeantur. Guardiani verò in capitulis electi, vel à custodibus instituti, à Ministro vel alio quopiam confirmati deinceps non egeant, sed eorum institutio in capitulis vel extra ab omnibus custodibus facta sufficiat. Custos pro tẽpore electus, vel eligendus in suo officio à prima electione continuet ad triennium, videlicet vsque ad capitulum custodiale, siue citrà, siue vltra triennium fiat absque eo, quod singulis annis rursus eligatur. Custodis autem successoris electio à custode prædecesfore Guardianis & discretis locorum custodiæ fiat, si tamẽ etiam intra triennium in singulis annalibus capitulis vniuersati electorum videretur custodem minimẽ idoneum esse, & vniuersitati reformatorũ non vtilem, alium sibi custodem ex regulæ ipsius præscripto eligere possint, & teneantur. Ipso autẽ custode decedente alius custos extra capitulum posthac non eligatur, sed aliquis erit custodiæ commissarius vsque ad proximum capitulum custodiale, prout

le, prout reformati in suis capitulis ordinauerint. Potestatem verò eandem habeant singuli custodes in suas custodias, & fratres, quam Ministri prouinciales in suas prouincias, & fratres habent, tam ex vigore regulæ, quàm ex Romanorum Pontificum concessis gratiis, dummodo huiusmodi strictiori obseruantia reformatorum non sint contraria. Præsertim verò custodes possint loca ipsa iuxta eorum exigentiam resarcire, & augere locis, quæ Guardianum habere non solent, ipsum Guardianum in capitulis custodialibus constituere, & in iisdem capitulis, siue prout in illis fuerit ordinatum, prædicatores & confessarios sæcularium seruata forma concilij Tridentini examinare, & approbare, & illis officium prædicationis, & confessionum audiendarum concedere, & ad illa promouere: atque à casibus & censuris, Prælati ordinis reseruatis, & reseruandis, per se absoluere, vel per alium absolui curare, eos quoque, qui idonei sunt, pro suo arbitrio ad sacros ordines recipiendos approbare & mittere. Volumus tamè, quod si in capitulis generalibus constitutiones aliquæ vel decreta præsentibus litteris, & huic obseruantia strictiori non contraria, sed quæ magis ei fauere videantur, ordinata fuerint, reformati ea obseruare omninò teneantur. Quò verò ad vestitum induantur prædicti reformati vilioribus indumentis, & despecto colore, & possint ea repeciare secundum B. Francisci regulam. Literas verò prædictas Clemētis septimi, quatenus supradictis non aduersantur, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, illisq; perpetuæ firmitatis robur, adiicimus. Decernentes præsentibus litteris nullo vnquã tempore

de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu, etiã ex eo, quod omnes interesse habentes, vel fratres de obseruãtia prædicti, aut quicumq; alij vocati nõ fuerint, notari, argui, seu impugnari aut sub quibusuis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis cõtrariis dispositionibus, etiã ab eadem sede apostolica emanatis, & in posterũ emanandis comprehendi posse: sed illas pro omnibus & singulis prædictorũ reformatorũ custodiis, custodibus, & fratribus reformatis præsentibus & futuris semper validas, & efficaces existere, suosq; plenarios, & integros effectus sortiri debere: Sicq; per quoscũque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij Apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, ac diffiniri debere, necnon irritum & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Districtius inhibentes Generali & Prouincialibus Ministris dictorum fratrum de obseruantia nuncupatorum, & eorum commissariis nunc, & imperpetuum pro tempore existentibus, & illorum generalibus, & prouincialibus capitulis, persociisque cuiuscunq; in illis congregãdis, ac omnibus & cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis fuerit, ne sub indignationis nostræ excommunicationis latæ sententiæ eo ipso si cõtra fecerint incurrendæ pœnis reformatos prædictos, illorumque custodias, custodes, discretos, officiales, & fratres, aut alios quoscũq; quos præmissa quomodolibet con-

ernūt, aut in posterum cōcernent, quo minùs præ-
 dictis omnibus, & singulis pacificè fruātur, seu præ-
 dicta omnia, & singula suum debitum sortiantur ef-
 fectū, impedire, retardare, aut perturbare audeāt, vel
 præsumant. Quocirca, venerabilibus fratribus Ar-
 chiefiscopo Mediolanensi, & Episcopo Laudensi,
 ac dilecto filio curiæ causarū camerę Apostolicę ge-
 nerali auditori, necnō vniuersis & singulis Patriar-
 chis, Archiepiscopis, Episcopis, & Ecclesiarū Præla-
 tis, ac quibuscunq; in dignitate Ecclesiastica consti-
 tutis per præsentem mādamus, quatenus ipsi, vel duo
 vel vnus eorū per se vel aliū, seu alios præsentem lit-
 teras, & in eis cōtenta quæcūq; vbi & quando opus
 fuerit, ac quoties pro parte fratrum reformatōrū præ-
 dictōrū desuper fuerint requisiti solēniter publicā-
 tes, illiq; in præmissis efficacis defensionis præsidio
 assistētes faciāt autoritate nostra eos præmissis om-
 nibus & singulis iuxta præsentium continentia & te-
 norē, pacificè frui & gaudere. Non permittētes eos
 desuper per Ministrum Generalē, aliosq; prædictos
 quomodolibet molestari, contradictores quoslibet,
 ac rebelles, & præmissis nō parētes per sentētiās, cē-
 suras & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris,
 & facti remedia omni appellatione postposita cō-
 pescendo, necnō legitimis super his habēdis seruatis
 processibus, illos sentētiās, cēsuras, & pœnas prædi-
 ctas, icurrisse declarādo, illasq; etiā iteratis vicib; ag-
 grauādo, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxiliij
 brachij sæcularis. Non obstantibus cōstitutionibus,
 & ordinationibus apostolicis, præsertim sælicis re-
 cordationis Leonis decimi prædecessoris nostri
 super vnione omnium fratrum Minorum de ob-

seruantia, & nuncupatione eorundem, & aliis in dictis litteris Clementis septimi contentis, quæ eidem Clementi placuit non obstare, nec non dicti Clementis septimi litteris prædictis pro reformatis, & Bonifacij octauæ de vna, & concilij generalis de duobus dictis, dummodo quis vigore præsentium ad iudicium ultra tres diætas non trahatur. Bulla aurea, mari magno aliisque cõstitutionibus, & ordinationibus apostolicis quibuscunq; dictisque ordinis statutis & consuetudinibus, priuilegiis, indultis & litteris apostolicis, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam in forma breuis, vel sub quibuscunq; verborum formis solennitatibus clausulis etiam insolitis, & quantumcunq; fortissimis dicto ordini, vel quibuscunq; prælatis eiusdem in contrariũ concessis, approbatis & innouatis, & in futurũ concedendis, approbãdis, & innouandis: etiam si talia forent, quòd pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio habenda foret, quibus omnibus eorũ tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunq; aut si aliquibus cõmuniter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspèdi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præsentem litteras

no
 ris
 a
 vo
 qu
 fur
 eti
 siat
 sub
 illu
 teri
 L
 tori
 tus
 T
 bus
 S
 n
 ti
 M
 caci
 gula
 cepin

nostras, & litteras Clementis septimi prædecessoris nostri dictis reformatis, vt præfertur, concessas, ad singula quæque loca, vbi necesse fuerit, deferri: volumus & autoritate Apostolica decernimus, quòd transsumptis præsentium litterarum, & transsumptis dictarum litterarum Clementis septimi, etiam impressis sigillo alicuius in dignitate Ecclesiastica constituti munitis, & manu notarij publici subscriptis, eadem fides tam in iudicio quam extra illud vbilibet adhibeatur quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die tertia Iunij M. D. LXXIX. Pontificatus nostri, anno octauo.

Cæs. Glorierius.

Transsumpta est ad litteram ex litteris originalibus à Domino Papa sub annulo piscatoris signatis,

STATVTVM FOELICIS MEMORIAE Pij Papæ v. pro obseruatione reformationis siue recollectionis in qualibet prouincia Minorum de obseruantia.

Pius Papa quintus ad perpetuam rei memoriam.

Niunctum nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium crebrò nos admonet, & inducit, vt personis quibuslibet regularibus vigilantia nostræ partes efficacius exhibentes eos in institutorum suorum regularium candore salubriter manu teneamus. Accepimus sanè nuper quod in ordinis S. Francisci de

P A R S D E C I M A

obseruantia nonnullæ sunt domus, & loca recollecta nūcupata, in quibus dicti ordinis fratres arctiorem, quam in ceteris vitam degunt, ac propterea eidem ordini commodum, & opportunū esse censes, vt in singulis dicti ordinis prouinciis duæ domus, & loca recollecta huiusmodi existant auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò decernimus, atque statuimus, quod in qualibet prouincia dicti ordinis duæ ad minus domus, & loca recollecta esse debeant: Et præfata monasteria recollecta nullatenus ab huiusmodi recollectione separari possint, & fratres in illis degentes etiã si velint (nisi de Ministri Generalis ipsius ordinis, vel prouincialis, & discretorum conuētuum dictorum locorum recollectorum pro tempore existentium consilio) ad alia loca non recollecta transferri nequeant, (nisi eisdem superioribus vt aliter fiat, visum fuerit expedire. Decernentes præsentis litteras nullo vnquam tempore de surreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut inuolidari nullatenus posse, minusque sub quibusuis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi nullatenus posse, sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscunque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungētes, sublata eis, & eorū cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scilicet vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus pro maiori præmissorum occasione vo-

nerabili fratri Episcopo Conchen, & dilectis filiis
causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali audi-
tori, ac officiali Ioletan. per præsentés committimus
& mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorū
per se, vel alium, seu alios præsentés litteras, & in eis
contenta quæcunque solenniter publicantes, faciāt
illa, ab omnibus, quos illæ cōcernunt, inuiolabiliter
obseruari, non permittentes aliquid cōtra præmissa
quomodolibet innouari, contradictores quoslibet,
& rebelles per easdem pœnas, aliaque opportuna
iuris, & facti remedia, appellatione postposita, com-
pescendo. Non obstantibus præmissis quibusuis
Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodali-
bus conciliis edictis specialibus, vel generalibus cō-
stitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis etiam
iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis
firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus
contrariis quibuscunque, aut si aliquibus commu-
niter, vel diuifim ab Apostolica sit sede indultum,
quod interdici, suspendi vel excommunicari non
possint per litteras Apostolicas non facientes plenā,
& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hu-
iusmodi mentionē. Cæterū, quia difficile foret præ-
sentés litteras ad singula quæque loca, vbi expediēs
foret, deferre, volumus quod illarum transumptis
manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo
alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitu-
tę munitis, eadē prorsus fides in iudicio, & extra ad-
hibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur
si essent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S.
Petr. sub annulo piscatoris die ix. Martij 1568.
Pontificatus nostri anno 4. Cæs. Glorierius.

BVLLA VNIONIS FRAT-
TRVM MINORVM FOELICIS
memoriæ Leonis Decimi.

LE O Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ite vos in vineam meam, ait homo ille pater familias, qui plantauerat vineam mundi, Saluator atque redemptor Dominus noster Iesus Christus: Qui etiam si curam gerat de omnibus, cunctaque dirigat, quæ ipse fecit, attamen inter cæteras plantationes quas per ipsum pater cælestis in solo plantauit militantis Ecclesiæ, vineam quandam tam ardenti prosequutus est amore, vt suam velut propriam, vbiuis illam appellet, hanc siquidem vineam, sic assiduis solertibus, ac fidelibus excoluit agricolis vt alios primo mane, alios hora tertia, sexta, nona, decima verò & vndecima, quasi incessanter cultores transmiserit.

Hæc est sacra illa minorum fratrum religio quæ virètibz cæremoniæ foliis per viros apostolicos tanquam per palmites extēfos a mari vsque ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarū, imò sapientiæ, & scientiæ irrigauit montes & impleuit terram. Hæc est religio sancta & immaculata, in qua per speculum sine macula redemptoris cōtemplatur præsentia vitæ Christi & Apostolorū, inspicitur forma per quam priorum Ecclesiæ fundatorū ante oculos Christianæ plebis reducitur norma, quæ demū nihil nisi diuinum Angelicum omni perfectione refertum, Christoque nihil nisi conformē, vt non immeritò sua dicatur, repræsentat.

Ad
te ian
ascen
viii
sanct
ta. Hi
uentu
minat
iutori
dieru
ero V
fort a
princi
Domi
huius
tis, pa
nis Ies
lij Co
pene
uificat
ultima
Israel
vbi abu
uerunt
superal
& euan
bantur
Sic acc
tatibus
siones,
duū in
totū m

Ad hanc vineam excolendam primo manè, oriente iam sole misit ipse paterfamilias angelum illum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei viui beatum Franciscum, qui comitantibus miræ sanctitatis viris, prima vitis huius iecere fundamenta. His successerunt viri religiosi, qui duce B. Bonaventura, muros huius vineæ iam vtrinque ruinam minantes, hora tertia, Trinitatis sanctæ virtute & adiutorio reparauerunt. Post hos veluti hora sexta prodierunt spiritu feruentes fratres nonnulli, qui à sacro Viënenſi concilio, tanquam à Deo missi & confortati, eneruatam pænè disciplinæ censuram ad sua principia reuocarunt. Hora verò nona, moriente Domino suo gentibus in dies malis, & scandalosis huius vineæ agricolis, suscitauit spiritum adolescentis, paucorum videlicet fratrum qui signifero nominis Iesù, Bernardino ductore & præside, sacri concilij Constantiensis freti præſidiis, languentem, imò pænè mortuum per orbem vniuersum ordinem viuificauerunt. Nouissimè verò diebus istis quasi hora vltima apparuerunt viri aliqui zelantes pro domo Israël succiderunt lucos, & demoliti sunt delubra, ac vbi abundabat peccatum adiuuante Domino curauerunt per introductam reformationis normam, vt superabundaret gratia. Sed veluti inter parabolicos, & euangelicos illos viticolas, qui nouissimi æquabantur prioribus, murmur surrexit non paruum. Sic acclamantibus regibus, principibus, communitatibus, & populis, graues lites & iurgia, ac dissensiones, occasione superioritatuū, & præfectionis graduū inter aliquos huius religionis professores per totū mūdū magis ac magis augeri dictim accepim⁹.

PARS DECIMA

Quare nos, cuius ab ætate tenera, ardenti deuotione
 efferbuit ad huius ordinis professores, & ordinem
 ipsum totū. Nūc uerò excōmuni cura, procurationis
 & pastoralis regiminis quam immeriti sustinemus,
 ad componendas huiusmodi agricolarum lites, &
 sedandas murmurationes, illius Euangelici procu-
 ratoris more, tantò prouocamur ardentius, quantò
 frequentius intenta mente recolimus fructus vber-
 res, quos ex eorum exēplari vita, & salubri doctri-
 na, vniuersali Ecclesiæ continuè cernimus proue-
 nire, nec minùs continuis principum Christianorū
 præsertim charissimorum in Christo filiorum no-
 strorum Maximiliani in imperatorē electi, & Fran-
 cisci Christianissimi Francorum, ac Caroli Catholici
 Hispaniarum, Henrici 8. Angliæ, & Emanuëlis
 Portugalliæ, Algarbiorum, & Ludouici Vngariæ, &
 Boëmæ, ac Sigismundi Poloniæ, necnon Christiani-
 ni Daciæ Regum illustrium, necnon nonnullorum
 Principum aliorum, Ducum, Comitum, Populorū,
 & Communitatum piis prouocamur supplicatio-
 nibus, & precibus, quibus pro pacandis huiusmodi
 diuisionibus in ordine diui Francisci exortis, non
 cessant vsque hodie apud nos postulare. Deputatis
 igitur à nobis in secreto nostro Consistorio aliqui-
 bus ex Ven. fratribus nostris S. Rom. Ecclesiæ Car-
 dinalibus, causas & seminaria huiusmodi iurgiorū,
 & diuisionum diligenter perquirere, ac de remediis
 opportunis pro sedandis præfatis litibus pertracta-
 re commisimus, & iniunximus, qui longo mature
 discussionis examine diligentissimè, ac fidelissimè
 iussa complentes, relatione per ipsos nobis facta,
 necnon pensatis per nos acutiùs quæ per ipsos pro

huius
 runt,
 stro
 card
 nimi
 iudica
 Qui
 diuer
 verò f
 tibus,
 eapro
 regula
 Gener
 singul
 testate
 nes &
 sunt c
 ter ten
 ralis,
 officio
 parere
 custod
 tem ac
 prædic
 Quib
 facto
 ab om
 debeat
 tā cism
 ordini
 cap. ge
 ad que
 vocale

huiusmodi concordia tractata, & examinata fuerunt, habita etiam super iis in dicto consistorio nostro cum eisdem, ac cum reliquis eiusdem Rom. Eccl. cardinalibus matura deliberatione, & eorum vnanimi consilio præfato ordini modo infra scripto iudicamus prouidendum.

Quia in primis compertum habemus prælatorum diuersitatum, quorundam perpetuitatem, cæterorū verò fratrum vitam non reformatam huiusmodi litibus, & diuisionibus plurimum causæ præbuisse, eapropter volumus, & ordinamus prout in dicta regula B. Francisci continetur, vnum ministrum Generalem totius ordinis de cætero omnibus & singulis fratribus eiusdem ordinis cum plenaria potestate quæ ex regula sibi competit præfici, cui omnes & singuli prædicti fratres in omnibus quæ non sunt contra Deum, animam suam, & regulam, firmiter teneantur obedire. Qui quidem minister Generalis, per sex annos ad plus generalatus fungatur officio. Infra quem terminū si aliquo tempore appareret vniuersitati ministrorum Prouincialium, & custodum prædictum ministrum non esse sufficientem ad seruitiū & cōmunē vtilitatē fratrum, teneantur prædicti fratres in nomine Domini aliū sibi eligere.

Quibusquidē sex annis, vt præfertur, expletis, ipso facto sit absolutus à generalatus officio & pro tali ab omnibus habeatur. Electio verò successoris fieri debeat à minist. Prouinc. & custodibus reformatis, tã cismōtanis quã vltamōtanis, in cap. Gener. dicti ordinis in fest. Pēte. in loco quē minist. Gener. cum cap. gen. proximè præcedenti duxerint assignandū, ad quod capitulum omnes ministri & custodes siue vocales tã cismōt. quã vltamōt. accedere teneantur.

P A R S D E C I M A

Et ne caput à suis membris difforme appareat, volumus & etiam ordinamus quod nullus frater possit eligi in ministrum generalem, nisi vitam ducat reformatam, & pro reformato à communitate habeatur. In præfata verò electione ministri generalis, nullus pœnitus vocē habeat nisi reformatus & pro reformato à congregatione reformatorum habeatur: quod si in futuro quicquam in contrarium attemptatum fuerit, irritum pœnitus & inane habeatur. Quo verò ad electionem futuri ministri generalis in proximo festo Pentecostes in conuentu de Aracoeli de vrbe iuxta aliam nostram ordinationem in litteris in forma breuis contentam celebrādā, statuimus omnes ministros, & custodes reformatos, ac vicarios & discretos fratrum de obseruantia seu familia dictam electionem celebrari debere. Et vt præfata electio ministri generalis quæ secundum prædictam regulam, à ministris Prouincialibus & custodibus fieri debet liberè secundum intètionem eiusdem regulæ, & absque quouis scrupulo celebretur, declaramus omnes prouinciales vicarios fratrum de familia seu obseruantia veros ministros esse, ipsosque ad effectum electionis huiusmodi in ministros ordinamus & statuimus. Discretos etiam ipsorum similiter declaramus esse custodes.

Quo verò ad alios fratres reformatos, volumus quod in Prouinciis in quibus ministri pro tunc non sunt reformati, nec pro reformatis habiti, sub quibus sunt aliqui conuentus reformati, duo fratres electi à præfatis conuentibus reformatis secundum aliarum litterarū nostrarum tenore sub forma breuis, voces ministrorum non reformatorum quātum

ad pr
plean
dei, d
pro
vltra
solum
à præf
faciēd
regula
ditam
ordina
seu et
& vltr
Ordin
per sex
rit: seq
eligi d
perpet
Verūm
uersam
& ne o
lis regi
ministe
stituat
comm
eligen
fratres
capitul
quod c
nimod
subiicit
obedire

ad præfatas Prouincias pro hac vice duntaxat, suppleant. Fratribus verò de cōgregatione fratris Amadei, de Clarenis, de sancto Euangelio, seu capucio, pro singulis prouinciis in quibus sunt conuentus ultra suorum vicariorum voces, duas voces pro hac solum vice concedimus: quam quidem electionem à præfatis fratribus de huiusmodi generali ministro faciendam canonicam secundum minorum fratrum regulam, ac formam à beato Frãcisco in regula traditam esse definimus, & etiam declaramus. Et vt in ordine ipso quãtum cum Deo fieri potest pax consentiretur, & charitas perampliùs inter cismontanos & vlttramōtanos fratres eiusdem ordinis, nutriatur: Ordinamus quòd si minister generalis (vt præfertur) per sex annos de cismontanis fratribus electus fuerit: sequentibus sex annis de vlttramōtanis fratribus eligi debeat, quem modum alternatis vicibus in perpetuum volumus ab ipsis fratribus obseruari. Verùm quia conspiciamus ipsum ordinem per vniuersam christianitatem mirum in modum dilatatum, & ne ob huiusmodi amplitudinem debito pastoralis regiminis careat beneficio, decernimus quod si minister Generalis de cismontanis electus fuerit, instituat in partibus vlttramontanis vnum generalem commissarium ab eisdem vlttramontanis fratribus eligendum, cui minister Generalis super præfatos fratres vlttramontanos vices suas committat prout capitulo generali expedire videbitur. Ita tamen quod commissarius præfato ministro generali omnimodè subiiciatur. vt cæteri dicti ordinis prælati subiiciuntur: ac illi per omnia secundum regulam obedire teneatur. Dum verò minister generalis fue-

rit ex vltromontanis fratribus electus, tunc pariter commissarium generalem cismontanum instituere debeat pari modo quo de vltromontano Commissario superius dictum & statutum est. Qui quidem Commissarius generalis per triennium solum generalis commissionis fungetur officio, quo triennio elapso, nouus commissarius per ministrum generalem in capitulo generali vt supra eligendus, secundum quod vltromontanis vel cismontanis de commissario fuerit prouidendum, institui debeat. Minister verò generalis in partibus in quibus suis sex annis fuerit & ad alias partes se conferre voluerit pro tempore quo absens fuerit commissarium loco sui de consilio & assensu diffinitorum capituli generalis huiusmodi duntaxat relinquere possit. Et in partibus quibus dictis sex annis non erit Commissarius generalis, tenebitur minister generalis primo triennio dictorum sex annorum celebrare vnum Capitulum generale ad quod conueniant vocales illarum partium à quibus assumptus fuerit: Et similiter aliud capitulum in partibus à quibus assumptus non fuerit, per se vel per suum commissarium ad omnes vocales dictarum partium accedere teneantur, celebrare habebit: aut super hoc fiat quod generalis minister cum capitulo generali, iudicauerit faciendum. Porro, quantum ad ministros prouinciales in prouincijs in quibus ministri pro nunc non sunt reformati, seu pro vere reformatis non habentur: Declaramus, ordinamus, & decernimus Vicarios fratrum de obseruantia seu familia illarum Prouinciarum respectiue ex nunc & in perpetuum veros & indubita-

tos e
que d
lari, c
mos
fertur
rali, &
& por
vicari
cellam
butam
bus et
ter ob
clarati
ministr
Deniq
tuitate
contine
uincial
contine
lutis ab
runt ta
prouin
tudine
rint, ab
cium d
verò iu
gi, aut i
nisi vit
te refo
dus est,
trarium
& inan

tos earundem Prouinciarum esse ministros. Illòs-
 que de cætero nomine ministrorum debere appel-
 lari, quibus omnes & singulos fratres necnon do-
 mos & loca eorundem in dictis prouinciis (vt præ-
 fertur) consistentes plenariè submittimus: ac gene-
 rali, & aliis prouincialibus ministris, authoritatem
 & potestatem ante generali & aliis prouincialibus
 vicariis de familia nuncupatis attributam & con-
 cessam perpetuò cōcedimus, ac concessam & attri-
 butam esse decernimus. Mandantes præfatis fratri-
 bus etiam regulam beati Francisci purè & simplici-
 ter obseruantibus, vt dictis ministris sic per nos de-
 claratis & ordinatis, vt veris illarum Prouinciarum
 ministris secundum regulam per omnia obediant.
 Denique nè ex ministrorum prouincialium perpetu-
 itate ordinem ipsum in ruinam iterum collabi
 contingat: Volumus & ordinamus præfatos pro-
 uinciales ministros vltra trienniū in suis non posse
 continuari officiis: quo triennio elapso, pro abso-
 lutis ab officio à cunctis fratribus habeantur. Pote-
 runt tamen infra dictum triennium à suis capitulis
 prouincialibus quæ secundum regulam, & consue-
 tudinem celebrabuntur: si minùs vtiles inuenti fue-
 rint, ab officiis prouincialibus absolui, & idem iudi-
 cium de custodibus per omnia habeatur. Nullus
 verò in ministrum prouincialem, aut custodem eli-
 gi, aut in ipsorum electione vocem habere poterit,
 nisi vitam ducat reformatam, & à communitate
 reformatorum illius prouinciæ, cui præficien-
 dus est, pro tali habeatur. Quicquid autem in con-
 trarium attentatum fuerit, ipso facto irritum sit
 & inane. Præterea, quia de reformatis, ac purè

P A R S D E C I M A

& simpliciter regulam Beati Francisci huiusmodi obseruantibus sapiùs in præcedentibus & sequentibus mentio habetur. Volumus & declaramus sub nomine reformatorum, ac purè & simpliciter regulam Beati Francisci huiusmodi obseruantium, comprehendendi omnes & singulos infrà scriptos. Videlicet obseruantes, tam de familia quàm reformatos sub ministris, ac fratris Amadei, de Coletanis, Clarenis, de sancto Euangelio, seu de capucio, ad discalciatos nuncupatos, aut alios similes quocunque nomine nuncupentur: & regulam ipsam B. Francisci purè & simpliciter obseruant: ex quibus omnibus supradictis vnum corpus insimul facientes eosdem adinuicem perpetuò vnimus. Itaque de cætero omiſsa diuersitate nominum prædictorum, fratres minores sancti Francisci regularis obseruantia, vel simul vel disiunctiuè nuncupentur, & nuncupari possint, & debeant, omnesque & singulos, (vt præfertur) vnitos Generali ministro prædicto, ac prouincialibus ministris, & custodibus, in quorum prouinciis & custodiis respectiuè morantur, in omnibus & per omnia secundum regulam subiici debeant. Cõuentuales verò secundum priuilegia viuentes, quomodo eisdem ministris Generali & Prouincialibus subiici, & obedire debeant, per alias nostras desuper edendas litteras declarabimus. Cæterùm vt dissensionum, scandolorum, & partialitatum fomes pœnitens ab ipso ordine tollatur: præcipimus firmiter, & mādamus sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ ipso facto incurrendæ, à quo nullus præterquam in mortis articulo, nisi à nobis, aut à sede apostolica possit absolui: ne aliquis frater ordi-

nis

nis
dini
giar
rean
alio
tè in
ordi
vnio
que i
fo, se
perio
derio
faut
appe
mino
nibus
tero
præla
dū ad
mato
uincia
licent
refo
fratre
mato
tiæ p
cund
ne ali
dicto
maris
suoru
dicto

nis S. Francisci appeller alium fratrem eiusdem ordinis malitiosè, irrisoriè, seu impropertiosè, priuilegiatum, Coleranum, Bulistam, Amadeistam, Clareanum, de Euāgelio, seu de Capucio, Bigotum, aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperro, seu fortè in futurum occasione priorum diuisionum ipsius ordinis, vel huius nostræ sanctæ institutionis, & vnionis spiritus sancti gratiæ compositæ: à quocunque imponendo, seu alio quouis irrisorio, iniurioso, seu impropertioso nomine, aut quod pro impropertioso à patiētib; habetur, nec non omnibus tam clericis quàm laicis, nè fratres huiusmodi, aut eorū fautores præfatis nominibus irrisoriè, seu malitiosè appeller: sed omnes fratres huius ordinis, fratres minores, vt præfertur, seu S. Frācisci à seipsis & omnibus aliis nominētur. Item statuimus quod de cætero nullus frater reformatus possit per quemcunque prælatū ordinis, & ministrū generalē mitti ad morādū ad aliquē cōuentū non reformatū, aut pro reformato non habitum, excepto quod si capitulis prouincialibus videretur minus malum aliquem fratrē licentiare ad nōdum reformatos, quam ipsum cum reformatis retinere, tali casu possint prælati mittere fratrem, seu fratres reformatos ad nondum reformatos. Inhiben. sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, omnibus & singulis conuentualium secundum priuilegia viuētrium, prælatis, ac fratribus; ne aliquem ex præfatis reformatis (nisi modo prædicto) recipere audeant: Similiter & dictis reformatis fratribus sub eadem pœna, ne ab obedientiæ suorum ministrorum nullatenus quàm modo prædicto, recedāt. Et ne ex nouarum sectarum in dicto

PARS DECIMA

ordine forsan introductione fieda, ordinem iterum in rixas deuenire oporteat: Volumus, & in virtute sanctæ obedientiæ firmiter præcipimus, & mandamus quod de cætero nullæ nouæ sectæ, vel reformationes in dicto ordine introducantur aut fiant, absque ministri generalis, aut prouincialium ministrorum reformatorum in suis Prouinciis respectiue expresso assensu. Ita tamen quod dictæ reformationes ipsi ministro Generali & Prouincialibus reformatis per omnia iuxta regulam subiiciantur, vt supra expressum est de aliis reformatis. quapropter omnes domos, loca, & heremitoria, quæ fratres de obseruantia, seu familia, seu alij reformati sub ministris quocunque nomine appellati fuerint, hæcenus tenuerunt & possederunt, ipsi ministro Generali, & Prouincialibus ministris reformatis, & per nos sic institutis & declaratis in suis Prouinciis respectiue perpetuò subiicimus, & incorporamus.

Volentes loca ipsa per ipsos ministros, ac eorum successores reformatos perpetuò teneri, & possideri, & regi & gubernari. Quascunque lites desuper exortas coram quibuscunque iudicibus, ordinariis, vel delegatis etiam S. R. E. Cardinalibus & dicti ordinis protectore, aut sacri Palatii nostri auditoribus, siue commissariis Apostolicis tam in Rom. Curia quàm extra eandem, & tam inter Prælatos, quàm etiam inter subditos, in quibuscunque statu, vel instantia, tam super possessorio, quam petitorio, seu & spolio, si quomodolibet prætedi possit, desuper penden. & si huiusmodi loca de obedientia & de capitulis fratrum conuentualium di-

eſi ordinis prius fuiſſent: ad nos aduocamus peni-
 tus & extinguiſimus, ſilentium perpetuum partibus
 imponen. ſentētijs quoque, & proceſſus, per quos-
 cunque iudices in eis habitos, & latas, ac inde ſecu-
 ta quacunque etiam ſi lites ipſæ ratione locorum
 fratrum, & bonorum, ſiue inde receptorum, aut cu-
 ſuſcumque alterius rei occaſione vel cauſa motæ
 fuiſſent, caſſamus & annullamus. Et nihilominus;
 dictis fratribus conuentualibus necnon quibuſuis
 iudicibus, ac alijs quibuſcumque, ne quicquam con-
 tra huiusmodi noſtram declarationem, inſtitutio-
 nem, innotationem, vnionem & incorporationem,
 in iudicio, vel extra attentare, procurare, iudi-
 care, prænuſciare, etſi eis per nos commiſſum
 exiſtat, ſeu in futurum committatur, præſumant,
 ſub pœna excommunicationis latæ ſentētiæ ac pri-
 uationis beneficiorum quæ obtinent: ac etiam in-
 hibitionis ad alia in poſterum obtinēda, eo ipſo
 incurrendam, inhiſbemus, præcipimus & mādamus.
 Demum, vt ſecundum exigentiam locorum, perſo-
 narum & morum cuncta quæ conducere videbun-
 tur pro manutenentiâ reformationis per totā Chri-
 ſtianitatem in dicto ordine iam diuina gratia intro-
 ductæ, iuſtè, prouidè, & diſcretè valeant ſtatui, &
 ordinari: Volumus capitulum generaliffimū pro-
 ximè celebrandū teneri deputare ex probatoriſibus,
 doctōribus, ac magis expertis fratribus, nonnullos
 ex diuerſis regionibus aſſumptos: qui omnia & ſin-
 gula quæ pro manutenentiâ reformationis, & vera
 regulæ obſeruantia, ac huius noſtræ conſtitutionis
 debita executione accommoda iudicauerint, in vnū
 tecolligant, approbanda per totum Capitulum.

vel maiorem partem eiusdem, ac tandem per nos
 Apostolicæ confirmationis patrocínio munienda.
 Et nihilominus moderno & pro tempore existenti
 Cameræ apostolicæ generali auditori, necnon vni-
 uersis archiepiscopis, & Ecclesiarum prælatis, & qui-
 buscunq; in dignitate ecclesiastica cõstitutis personis,
 per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, &
 eorũ singuli præsentibus nostras litteras, & in eis con-
 tenta quæcunq; vbi & quando opus fuerit, ac quo-
 tiens pro parte dicti generalis, ac Prouincialium mi-
 nistrorum reformatorum, seu alicuius eorum super
 hoc requisiti fuerint solemniter publicantes, eisque
 in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes
 faciant eos omnibus & singulis prædictis pacificè
 frui & gaudere, non permittentes eos desuper quos-
 cunque quavis autoritate fungentes quomodolibet
 indebitè molestari. Contradictores per censu-
 ras ecclesiasticas, & alia iuris remedia, inuocato etiã
 ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, ap-
 pellatione postposita compescen. Non obstantibus
 quibuscunque litteris apostolicis & indultis, & sa-
 cri concilij Constantien. dictæ religionis fratribus,
 familiis, congregationibus, denominationibus, aut
 alicui eorum, siue illarum authoribus, & instituto-
 ribus conuentualibus siue reformatis, aut de fami-
 lia fratribus, sub quibusuis verborum formis, solem-
 nitatibus & clausulis fortioribus, & insolitis con-
 cessis, seu forsitan in futurum concedendis, etiam si
 tales forent quod de illis eorumque totis tenoribus
 specialis expressa indiuidua, ac de verbo ad verbum
 mentio esset habenda: quibus quo ad præmissa ex-
 pressè derogamus, cæterisque contrariis quibus-

eu
 sen
 fe
 mu
 blic
 mu
 bea
 ræ
 hon
 diffi
 nis,
 corp
 nis,
 tion
 mer:
 præf
 beat
 uerit
 Ann
 tesim
 nostr

cunq̄ue. Cæterũ, quia difficile foret has nostras præ-
sentes literas ad quælibet loca vbi opus fuerit de-
ferre: Volumus, & autoritate apostolica decerni-
mus, quod trãsumptis earundem manu notarij pu-
blici signatis & alicuius prælati ecclesiastici sigillo
munitis, ea prorsus fides in iudicio, & extra adhi-
beat, quæ adhiberetur si præsentibus originales litte-
ræ exhibitæ vel ostensæ forent. Nulli ergo omnino
hominum liceat hãc paginam nostræ institutionis,
diffinitionis, submissionis, concessionis, ordinatio-
nis, declarationis, vnionis, statuti, subiectionis, in-
corporationis, aduocationis, impositionis, cassatio-
nis, extinctionis, inhibitionis ac mandati, deroga-
tionis voluntatis, decreti infringere, vel ei ausu te-
merario contraire. Si quis autem hoc attemptare
præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac
beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se no-
uerit incursum. Datum Romæ, apud S. Petrum.
Anno incarnationis Dominicę millesimo quingen-
tesimo decimosextimo 4. Kal. Iunij, Pontificatus
nostri anno quinto.



BVLLA S. D. N. PII PAPÆ V.

SVPER CLAVSVRA, ET RE-
formatione quarumcunque
Monialium.

*Pius Episcopus Servus Servorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam.*

IRCA pastoralis officij nobis, me-
ritis licet imparibus, desuper commis-
si curam quantum nobis ex alto per-
mittitur inuigilantes assiduè ad ea per
quæ singulis erroribus, & excessibus
obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim scæmi-
nei sexus virginitatem suam altissimo vouentibus,
sub religionis iugo Christo Saluatori in castitatis
holocausto famulari affectantibus, à semita iustitiæ,
& honestatis declinantibus, ne quicquam in eis re-
periatum incongruum, quod in regularis honestatis
gloria maculam ponat, & diuinam meritò possit
offendere maiestatem oportunè succurritur, liben-
ter intendimus, ac in his nostræ vigilantix partes
propensus impartimur, prout id in domino salu-
briter expedire conspiciamus. Hac igitur perpetuò
valitura constitutione inhærentes etiam constitu-
tioni se. rec. Bonifacij Papæ octauæ prædecessoris

nostri quæ incipit Periculoso, & decretis Concilij
 Tridentini super clausura monialium ætatis autho-
 ritate apostolica tenore præsentium statuimus atq;
 perpetuò decernimus, vniuersas & singulas monia-
 les præsentis atque futuras cuiuscunque religio-
 nis, ordinis, vel militarum etiam Hiërosolimitan.
 sint quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in
 quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, &
 tacitè vel expressè religionem professæ etiam si cõ-
 uersæ, aut quocunque nomine alio appellentur,
 etiam si ex institutis, vel foundationibus earum re-
 gulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in
 earum monasteriis, seu domibus etiam ab imme-
 morabili tempore, ea seruata non fuerit, sub perpe-
 tua in suis monasteriis, seu domibus debere decæ-
 tero permanere clausura iuxta formam dictæ con-
 stitutionis sœl. re. Bonifacij Papæ 8. prædecessoris
 nostri, quæ incipit, Periculoso, in sacro Concilio
 Trident. approbatam & innouatam, quam nos au-
 thoritate præfata etiã approbamus, & innouamus
 in omnibus, & per omnia: ac illam districtò obser-
 uari mandamus. Quod si aliquæ moniales forsan
 reperiantur, quæ cõsuetudine etiam immemorabi-
 li, aut instituto, vel fundatione suæ regulæ fretæ ani-
 mo obstinato huic clausuræ resistent, aut quoquo
 modo reluctentur, ordinarij vnà cum superioribus
 earum omnibus iuris, & facti remediis compellant
 easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præ-
 cise subeundũ dictã clausurã, & perpetuò obseruan-
 dum. Mulieres quoq;, quæ tertiariæ seu de pœnitẽ-
 tia dicuntur, cuiuscunque fuerint ordinis in cõgre-
 gatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint ita vt

PARS DECIMA

solemne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur & ipsæ teneantur: quod si votum solemne non emiserint, ordinarij vnà cum superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem & professionem eidem clausuræ se subiiciant: quod si recusauerint & aliqua ex eis inuentæ fuerint scandalosè viuere, seuerissimè puniàtur. Cæteris autem omnibus sic absque emissione professionis, & clausura viuere omninò volētibus interdiciamus, & perpetuò prohibemus, ne in futurū vllam aliam profus in suum ordinem, religionem, congregationem ve recipiant. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præfenti decreto irritas facimus & annullamus. Porro ne moniales, vel tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram, detrimētum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maximè in pertinentibus ad illarum victum patiantur. sed vt eis opportuna consulantur, auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus atque mandamus ordinariis & superioribus earum vt curent colligi fidelium elemosynas per conuersas, quæ non sint professæ, vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum monialium nisi in casibus ex earum constitutionibus permissis,

& d
mo
nar
con
su su
si ad
fueri
ex n
Quo
& m
ficien
super
sonis
nas c
mode
ipfaru
bitric
prou
deatu
nume
tur, i
const
creto
& or
mand
& ad
ex pr
confu
Manc
tiæ su
ne m
fratril

& de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia ordinarij, vel earum superiorum. Et de cætero nullæ aliæ conuersæ professæ recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum, vel Prælatorū possint: quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illa receptio nulla, irrita & inanis sit, prout ex nunc nullam irritam facimus, & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus monialium & mulierum tertiariarum prædictarū succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinariis, & superioribus earum, vt ipsi prouideant de aliis personis piis, & deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, vel alias eo meliori & commodiori modo quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio ordinariorum, & superiorum earundem, & prout eis congruentius expedire videbitur, prouideatur & succurratur. Et ne propter monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violetur, inhærentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis, Bonifacij, & concilij Tridentini decreto, monialibus prædictis, & illarum superioribus & ordinariis districtè inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earū monasteriis recipiant & admittant, siue recipi & admitti permittāt quam ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ vniuersis venerabilibus fratribus Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, &

PARS DECIMA

Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diocesis propriis praesentes nostras litteras publicari faciant, ac in monasteriis monialium sibi ordinario iure subiectis, in his vero quae ad Romanam medietatem, vel immediatam spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicae auctoritate, vna cum superioribus eorundem monasteriorum clausuram, vt praemittitur, quamprimum poterunt seruari, procurent: Contradictores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij saecularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes Principes saeculares, & alios dominos, & magistratus temporales rogamus, requiritimus & obsecramus per viscera misericordiae domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in praemissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis monialium superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxiliu praestent. Ac impediens poenis etiam temporalibus afficiant, praemissis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam per sedem Apostolicam approbatis & confirmatis priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiam in fundatione, & institutione eiusdem monasterijs vel domibus, & monialibus sub quibuscunque verborum formis, & clausulis irritantibus & alijs decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficiente illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, expressa

& in
impo
da,
ret, te
infe
ad eff
tum c
aliqui
de ino
sint po
& exp
huius
sterijs
lam si
quate
sentes
lorum
Camp
extra
Et qui
que le
quod
aliqui
lati m
tur, qu
vel ob
hanc p
statuti
nullat
secrati
& vol
te pr

& indiuidua, non autem per clausulas generales idē importātes, mentio seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis habētes quo ad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, aut suspendi non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinarij locorum quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autē quod præsentēs litteræ, ad valuas basilicæ beati Petri Apostolorum Principis, & in Cancellaria nostra, ac acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuò valituras conscribantur. Et quia difficile foret præsentēs ad singula quæcunque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quod earum transsumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides vbicūque adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mādati, interdicti, prohibitionis, annulationis, præcepti, inhibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniūctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei

PARS DECIMA

ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se no-
uerit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum, an.
incarnationis dominicæ 1566. Quarto Calendæ
Iunij, pontificatus nostri anno primo.

Cæl. Glorierius.

H. Cumyn.

Visa de curia Io. Rinetus. ff.

Anno à natiuitate Domini 1566. indictione
nona, die verò nona mensis Iunij, Pontificatus san-
ctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diui-
na prouidentia Papæ 5. anno primo, retrospectæ
litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas ba-
silicæ principis Apostolorū S. Petri de Vrbe, Can-
cellariæ Apostolicæ, & in acie campi Floræ dimissis
copiis earundem in retrospectis litteris affixis per
nos Io. Guerardi, & Nicolaum de Mathæis Curf.

Antonius Clerici May. Curf.



SANCTISSIMI D. N. PII

PAPAE QVINTI CONSTITV-

tio, quod Moniales non exeant à clausura sub pœna excommunicationis & priuationis, quæ etiam extenditur ad dantes licentiam, comitantes, & receptantes.

*Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam.*

DEcori, & honestati omnium sanctimonialium, quarum Iesus Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate & castitate superædificantes, in Christo feliciter inhabitare valeant, consulentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto summouere. Sanè periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantia vehementer aduersus sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, cognatos, necnon monasteria & alia filiationes nūcupata, etiam eos subiecta visitandi aut infirmitatis causa aliove prætextu à monasteriis exire, & per sæcularium personarum discurrere, & vagari, quo velati colore eximium quoque honestatis, & pudicitia decus, ac discrimen committunt. Vnde nos ita

lo huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter
 occurrere volentes, inhærentes etiam decreto
 sacri concilij Tridentini de clausura monialium dis-
 sponenti, ac aliis nostris litteris super huiusmodi
 clausura editis adiicientes, volumus, sancimus, &
 ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, alia-
 rumve monialium etiam Carthusiensis, Cister-
 tien. sancti Benedicti, & mendicantium, & quorū-
 cunque aliorum ordinum etiam militarium, ac sta-
 tum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præ-
 eminentiarum existentium, etiam à regia, vel illu-
 stri profapia ortarum, deceterò etiam infirmitatis,
 seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum
 aut domorum parètum, aliorumve consanguineo-
 rum visitandorum, aliave occasione, & prætextu,
 nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ,
 aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alio-
 rum ordinum superiores, quibus cura monasterio-
 rum incumberet, etiam per episcopum, seu alium
 loci ordinariū, etiam si prædicta monasteria ab Epi-
 scoporū, & ordinariorum iurisdictione exēpta esse
 reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approba-
 ta sit, à monasteriis præfatis exire, sed nec in prædi-
 ctis casibus extra illa nisi ad necessarium tēpus stare
 licere. Aliter autem quàm v̄t præfertur egrediētes,
 seu licentiam exeundi quomodocunq; cōcedentes,
 necnon comitantes, ac illarum receptatrices perso-
 nas, siue laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, con-
 sanguineos, vel non, excōmunicationis maioris lata
 sententiæ vinculo statim coipso absque aliqua de-
 claratione subiacere, à quo præterquam à Romano
 Pontif. nisi in mortis articulo, absolui nequeant. Et

in su
 peri
 tes. o
 eas d
 obt
 non
 exeu
 seu a
 Apo
 maic
 super
 noril
 præse
 tiam
 & eff
 & ali
 prop
 testat
 cum
 dinal
 vel al
 lemu
 conc
 nulli
 bent
 quor
 thori
 aliter
 thori
 que
 quat
 gerit

insuper tam egressas quam prædentes, & alios superiores prædictos eis licentiâ huiusmodi cōcedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas & eos tunc obtētis priuamus, & illas & illos ad obtenta, & alia in posterū obtinenda inhabiles, nec non licentias, & facultates, seu indulta, & privilegia exeundi à monasteriis, & extra illa standi à nobis, seu alio Rom. Pōtifice prædecessore nostro, ac sedis Apostolicæ Nunciis ac legatis etiam de latere: ac maiore pœnitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus, aliisque personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis restituriis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouâ gratiam, & dat. concedentibus, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritatibusque & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, ducum, & aliorum Principum, nec non S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet concessâ (quæ prorsus abolemus) ac litteras de super confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas, inualidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

PARS DECIMA

Mandantes vniuersis & singulis venerabilibus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ quatenus per se, vel alium, seu alios præsentis litteras in ciuitatibus, & diœcesibus propriis quolibet anno publicet, omnia quæ in illis contenta, necnon præfatum decretum ipsius concilij, quod incipit, Bonifacij viij. diligenter & inuiolabiliter sub censuris Ecclesiasticis, aliisque præfatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obseruent, & obseruari faciant & procurent: Contradiçtores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non patentes etiam aliis pœnis autoritate nostra appellatione postposita, compescendo. Necnon legitimis super his habendis seruatis processibus pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hæc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunq; aut si alibus cõmuniter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspēdi, vel excõmunicari nõ possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, aliis Apostolicis constitutionibus & iuribus de huiusmodi clausura disponentibus, nihilominus in suo robore duratur. §. Cæterum volumus quod præsentium transumptis etiam impressis alicuius manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbi que terrarum tam in iudicio, quàm extra adhibeatur;

tur,
exhil
lice
nis, p
lunta
Si qu
gnati
& Pa
Dat.
natio
stri ar

An
tiade
tus sa
diuin
Retrō
fueru
& in
nem C
ti Sar

tur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, ordinationis, priuationis, abolitionis, decreti, mandati & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno dominicæ incarnationis 1569. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno à natiuitate domini 1570. indictione ter-
tiadecima, die verò 27. mensis Februarij, Pontifica-
tus sanctissimi in Christo patris & Do. N. D. Pij
diuina prouidentia Papæ quint. anno ipsius quinto,
Retroscriptæ litteræ Apostol. affixæ, & publicatæ
fuerunt Romæ ad valuas Cancellariæ Apostolicæ,
& in acie Campi Floræ, vt moris est per nos Ioan-
nem Guerenum, & Christianum de monte præliba-
ti Sanctissimi Domini nostri Papæ cursores.

Antonius Clerici May. Curf.



SANCTISSIMI D. N. D.
GREGORII XIII. CONSTITV-
tio de elemosynis monia-
libus præstandis.

*Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad
perpetuam rei memoriam.*

DE O sacris virginibus, quæ contemp-
tis illecebris sæculi, diuinis se obse-
quiis manciparunt, æquissimum est
præcipua quadam à nobis ac singulari
solicitudine prouideri, tum vt ab eis
omnia, quæ sanctum ipsarum propositum impedi-
re possent, remoueantur, tum etiam vt eis in cultu
Dei castè ac religiosè permanentibus, quæ ad victû
necessaria sunt, subministrentur. Et quidem post sa-
cti concilij Tridentini decretum quo cõstitutio sæ-
lic. record. Bonifac. Papæ 8. prædecessoris nostri,
quæ incipit periculoso, renouatur, prohibens ne aut
ipsis monialibus ex monasteriis suis egredi, aut vlli
cuiuscunque sexus, aut ordinis personæ ad eas in-
gredi liceat. Et præterea vniuersis Episcopis præcipi-
tur, vt in omnibus monasteriis sibi subiectis, in aliis
verò sedis Apostolicæ autoritate clausuram san-
ctimonialium, vbi violata diligenter restitui, vbi ve-
rò, inuiolata, conseruari maximè procurent. Piz
memoriæ Pius papa 5. etiam prædecessor noster vi-

etui quoque, & necessitatibus ipsarum prospicere
 cupiens cum superiora illa approbasset, atque inno-
 uasset, eademque omnia etiam in monialibus qua-
 rumcunque militiarum etiam Hierosolymitanæ,
 omnibusque aliis tacite vel expressè religionē pro-
 fessis quocunque nomine centerentur, locum habe-
 re decreuisset: ne illæ quicquam detrimenti in ne-
 cessitatibus suis hac occasione paterentur, etiā præ-
 cepit locorum ordinariis, & superioribus earum, vt
 fidelium eleemosynas per conuersas non professas,
 vel professas quidem, sed ætatis saltem quadraginta
 annorum, & iam pridem conuersas, quæ in domibus
 contiguas extra tamen monasterium degerent, col-
 ligendas curarent: ita tamen vt prædictæ conuersæ,
 neque clausuram aliarum monialium nisi in casi-
 bus permissis ingrederentur, nec ex illis ipsis habita-
 tionibus suis ad tales eleemosynas colligendas sine
 permissu ordinariorum, aut superiorum suorum
 exire possent. Quod si ne hoc quidem sufficere vi-
 deretur, idem Pius prædecessor mandauit ipsis or-
 dinariis & superioribus, vt negotium darent aliqui-
 bus personis piis tales eleemosynas colligendi, alia-
 que arbitratu suo prospicerent; quæ ad subleuan-
 dam monialium inopiam expedire iudicarent. Cum
 autem, sicut accepimus, multæ moniales, etiam quæ
 tertiariæ vocantur, sub solèni religionis voto, perpetuaque
 clausura degentes; aliæque talibus litteris
 comprehensæ, & in ipsa clausura permanentes mul-
 tis præterea ad se sustentandas necessariis egeant,
 neque vsq; ad hoc tēpus vlllo sufficiēti remedio earū
 necessitatibus subuentū sit. Quin etiā aliæ tertiariæ

PARS DECIMA

citra vllum solemne hucusque votum, viuant, quæ ad suas suorumue domos neutiquam rediturae essent, sed sub solemni religionis voto, & clausura prædictis permanerent, si earum congruæ sustentationi prouideretur. Nos qui illas necessariis rebus destitui nolumus, certioresque facti sumus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut aliis locis, tam in Ecclesiis & monasteriis, quam hospitalibus, collegiis, confraternitatibus, & aliis locis piis, etiam quæ à priuatis hominibus, tum Ecclesiasticis tum laicis multas ac diuersas eleemosynas Christi pauperibus erogari. Considerantes in eiusmodi personas vel in primis exercendam esse charitatem, quæ voluntaria paupertate suscepta ab omni hominum cōmercio segregatæ deo seruiunt, & assiduis precibus, iram ipsius ob peccata conceptam à Christiano populo deprecantur. Illud quoque cogitantes, si eis ad tales eleemosynas petendas ad loca prædicta conferre se liceret, vix fore, vt prædicta monasteria, Ecclesiæ, loca, ac personæ eis singulis non tantum saltem tribuerent, quantum singulis aliis pauperibus eodem concurrentibus solent, vniuerso illi deo deuotarum mulierum generi de opportunæ ac sufficientis subventionis auxilio prouidere cupientes de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes & quicunque Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, & alij Ecclesiarum Prælati, necnō abbates priores, præpositi, & alij Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, cathedrales, & alias Ecclesias, necnon monasteria, Prioratus, Præposituras, canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, cæte-

raqu
secul
ster
Cam
Iusti
rane
rony
mori
sanct
Clara
quã
& co
de iur
cum
titulu
quon
Gub
que c
conu
rum,
deliu
rum,
mine
bus c
dom
rum,
ficio
frater
& ali
tibus
elem
lius,

raque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, secularia, & sancti Benedicti, sancti Augustini, Cistertien. Cluniacen. Præmonstraten. Carthusien. Camaldulen. sancti Basilij, Cassinen. alias sanctæ Justinae, montis Oliueti, sancti Saluatoris, ac Lateranensis & cruciferorum, seu fratrum sancti Hieronymi, necnon prædicatorum, minorum, minimorum, & carmelitarum, eremitarum, eiusdem sancti Augustini, seruorum beatæ Mariæ, sanctæ Claræ, & quorumcunque aliorum tam virorum quàm mulierum, etiam mendicantium ordinum & congregationum, & militiarum regularia, etiam de iure patronatus laicorum, etiam nobilium, ducum, Regum, & aliorum principum existentia in titulum, commendam, administrationes, & alias quomodocunque obtinentes, necnon Rectores, Governatores, confratres, administratores, ceterique omnes qui ratione illorum, necnon capitulorū, conuentuum, mensarum, hospitalium etiam laicorum, & per laicos administrari solitorum, Christi fidelium, confraternitatum, scholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunque nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mēsis, hebdomadis, vel diebus ex Ecclesiarum, monasteriorum, prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum, piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & prouentibus pauperibus Christi aliquas elemosynas in pane, frumento, farina, vino, edulsiis, pecunia, seu aliis ad victum vel vestitum per-

uinentibus, etiam ad supplicationem & preces &
 per cedula & bulettina distribuere, & elargiri ab
 immemorabili tempore consueuerunt, aut alio
 quocunque iure tenentur ex dictis fructibus, red-
 ditibus, & prouentibus, & quoad hospitalia præ-
 dicta ex iis, quæ seruata in illis actuali hospitalitate
 supersunt, seu supererunt, necnon quæcunque per-
 sonæ particulares etiam laicæ, vel vniuersitates etiã
 laicorum, quæ testamento, vltima voluntate, vel
 alia dispositione, etiam inter viuos aliquas tales
 eleemosynas facere tenentur dimidiam partem om-
 nium, & quarumcunque eleemosynarum, & lar-
 gitionum huiusmodi quocunque nomine nuncu-
 paratum, quocunq; tempore, & modo distribui so-
 litatum, etiamsi speciali nota dignæ, & secundum
 piâ defunctorum, aut aliorum voluntates sub cer-
 ta forma ab eis in testamento, vel alia quacunque
 dispositione distribuendæ sint, dummodo non in
 certas personas, nec ad certos vsus pios alios, quàm
 victus, & alimenta pauperum distribuuntur, qui-
 buslibet prædictarum monialium, etiam tertiã-
 riarum sub solemnî religionis voto, & perpetua
 clausura de cæterò viuentibus, & in terris & locis
 quorum pauperibus huiusmodi eleemosynæ distri-
 buuntur, consistentibus, verè, realiter, & cum ef-
 fectu, & absque vlla eleemosynarum & largitio-
 num huiusmodi petitione, & exactione, & con-
 quisitione, aut alia desuper à nobis expectata ius-
 sione, aut mentis nostræ declaratione, ac quibusuis
 mora, subterfugio, ac exceptione cessantibus, & e-
 iectis, dare & distribuere omninò teneatur, & quam

dimidiam partem nos illis applicamus. Vt autem præmissa omnia cum charitate & pietate procedant, & efficaciter suum effectum sortiantur, vniuersis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis per Apostolica scripta mandamus, vt quisque per se vel alium seu alios ad præsentium executionem in suis ciuitatibus, & diocesis procedens, ab Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, confraternitatibus, scholis, collegiis, locis & Ecclesiasticis, ac laicis personis prædictis, etiam quomodolibet exemptis, dimidiū eleemosynarum huiusmodi exigant, ac pro portione, vt ordinariis ipsis locorum æquum esse videbitur, singulis pauperum monialium, etiam tertiariarum monasteriis huiusmodi suarum ciuitatum, & diocesium, etiam si aliis superioribus subiectæ sint, cum effectu distribuant. Nos enim eisdem locorum ordinariis etiam tanquam Apostolicæ sedis, delegatis, ac cuiuslibet illorum tam per se, quàm alium vel alios præmissa faciendi, ac etiam contradictores quoslibet & rebelles per pœnas pecuniarias eorundem ordinariorum, & cuiuslibet illorum arbitrio infligendas & applicandas, ac in subsidium, sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia quacunque appellatione postposita respectiuè compescendi, auxiliumque brachij sæcularis inuocandi, aliâque in præmissis, & circa ea necessaria & opportuna faciendi, gerendi, mādandi, & exequendi, plenā & liberā facultatē & autoritatē concedimus & impartimus. Insuper quia valde

PARS DECIMA

rationi consonum est, vt etiam ij, qui ipsis monialibus etiam tertiariis indigentibus præfatis consanguinitate aliqua sunt coniuncti, aliquod in præmissis subsidium conferant, cum ratio sanguinis, & debitum charitatis & honestatis id exoptulet singulis locorum ordinariis committimus, vt omni eos officio & diligentia monere, eisque persuadere studeant, parentes verò & fratres ac alios, ad quos illas, si in sæculo permansissent dotare pertinebat, vel ad quos bona, & successiones deuenerunt, & qui se eis nuptui tradidissent, multò amplius quàm ingredientibus monasterium dedissent, vel qui se eas nunc domi retinerent, vel si ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur: quibuscunque viis ipsi bene nisis inducant, vt monialibus etiam tertiariis prædictis, iuxta eorum facultates charitatiuè subueniant, scituri id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum. Cæterum quod attinet ad conuersas professas, quas prædictus Pius prædecessor per prædictas litteras sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra monasteria pro colligendis cleemosynis eisdem locorum ordinariis iniungimus, vt quibus monasteriis prædictarum monialium quotidianis laboribus computatis, supradicta, vel alia, qualibet ratione de sufficienti subuentione, & sustentatione prouisum esse cognouerint, easdem conuersas sub eadem clausura cum aliis monialibus reducant, neque à suis monasteriis amplius exire permittant: Conuersas verò non professas, & profiteri nolentes dimisso habitu domum remittant, ne-

que a
pore
ras in
Quo
tero
etiam
esse in
sas, qu
deger
tribut
cernin
re, do
huius
in mo
docum
teruēt
merur
rum su
tus fu
priis r
luctis
super
onerat
tribus
que ea
& sic
stinum
uertan
De
tertiar
sterio
siam e

que alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura māsuras in monasteria huiusmodi recipi permittant. Quod autem idem Pius prædecessor statuit de cætero nullas alias conuersas professas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse, ita esse intelligendum declaramus, præter illas conuersas, quæ extra monasterium in domibus contiguis degerent. Eleemosynarum verò prædictarum contributionem & applicationem durare, & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum fortiri debere, donec numerus monialium etiam tertiariarum huiusmodi (quæ per ipsos locorū ordinarios, etiam in monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarum superiorum interuētū stabiliri, & ordinari, neque suprā illum numerum aliàs recipi posse, etiam de cōsensu superiorum suorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ moniales, & tertiariæ ex propriis redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis eleemosynis se commodè sustentare queant: super quo eorundem ordinariorū conscientiam oneramus: ita tamen vt accedentibus singulis ex tribus earundem monialium partibus, tertiæ quoque earundem eleemosynarum partis distributio, & sic successiuè in totum extingatur, atque in pristinum statum sub debitis, aut solitis oneribus reuertantur, & remaneant.

Declaramus præterea nullis monialibus etiam tertiariis licere habere ostium, per quod ex monasterio introiri possit in ipsarum monialium ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad missas, &

PARS DECIMA

diuina officia patere solet accessus, sed omninò muro obstruendam: neque itidem licere monialibus etiam tertiariis egredi à ianua monasterij, quæ est pro clausura ipsius monasterij, etiam ad claudédum aliam vltiorem ianuam, qua patere solet aditus secularibus venientibus vel ad retam, vel ad crates, seu loca colloquiis destinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ: quæ loca, cum saltem pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt, insuper, quoscunq; dominos & magistratus tēporales in domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnem ipsorum ordinatorum: aut alicuius ipsorum petitionē, vel simplicem requisitionē, illis in præmissis assistentes omnem opportunum fauorem, & auxiliū præstent, & exhibeant. Ipsis denique Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinariis præcipimus, & mandamus, vt has præsentēs nostras litteras (quarum transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eandem vbique fidem in iudicio & extra adhiberi debere volumus, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ) singuli in sua ciuitate & diœcesi publicent, ac publicari, easq; iuxta earum continentiam, & tenorem vnâ cum prædictis ac alijs prædicti Pij 5. & aliorum prædecessorum nostrorum litteris, & constitutionibus, & iussionibus pro integra clausuræ restauratione, custodia, & firmitate editis inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant: Nonobstantibus testatorum, &

aliorum
cij pra
non t
licis, n
ciliis æ
bus, &
nasterij
fratern
rum pr
Aposto
tutis, &
priuile
tatibus
Monast
fratern
rum su
tenorib
gatoria
insoliti
tis in g
concess
uatis :
(nisi su
rogari
etiam f
lis, spe
bo ad
les, idem
pressio
verbo a
plenè &
in suo

aliorum voluntatibus, ac foundationibus, & Bonifacii prædicti de vna, & concilij generalis, de duabus non tamen tribus dictis, ac quibusuis aliis Apostolicis, necnon in prouincialibus, & synodalibus conciliis æditis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis ecclesiarū, monasteriorū, & illorū ordinū, hospitaliū, militiarū, confraternitatum, collegiorum, & aliorum piorū locorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam inmemorabilibus, priuilegiis quoque indultis, exemptionibus, libertatibus, gratiis & litteris Apostolicis, Ecclesiis, Monasteriis, & Ordinibus, Hospitalibus, Confraternitatibus, Collegiis, & piis locis, ac eorum superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie ac alias quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & pluries innovatis: etiam si in eis caueatur expresse, quod illis (nisi sub certa inibi expressa forma, aut alias) derogari non possit. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, eorūque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausuras generales, idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hæc vice duntaxat

PARS DECIMA

specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscunque: aut si supradictis vel quibusvis aliis ab Apostolica sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, applicationis, concessionis, impartitionis, commissionis, iniunctionis, declarationum, decreti, voluntatis, operationis, hortationis, monitionis, requisitionis, præcepti, mandatorum, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini 1572. tertio Kalendas Ianuar. Pontificatus nostri anno primo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

R

A
 prima
 sancti
 divina
 scripta
 runt i
 sti Io
 in
 nem d
 Curfor

HVIIVS MANIPVLI. 315
REGISTRATA APVD
Cæsarem Secretarium.

ANNO à natiuitate Domini millesimo quin-
gentesimo septuagesimo secundo: indiétione
prima, die verò 21. mensis Ianuarij, Pontificatus
sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Gregorij
diuina prouidentia Papæ XIII. anno primo. Retro-
scriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fue-
runt in valuis principis apostolorum de vrbe, san-
cti Ioannis Lateranensis, Cancellariæ Apostolicæ,
& in acie Cæpi Floræ, vt moris est, per nos Scipio-
nem de Octavianis, & Alexandrum Astancollum
Cursores Apostolicos.

Petrus Sprengerius Magister Curs.



S. D. N. D. GREGORII PAPÆ
XIII. REVOCATIO OMNIUM
licentiarum ingrediendi monasteria mo-
nialium & virorum : & prohibitio ne ha-
bentes licentias ab Episcopis vel superio-
ribus in casibus necessariis, ingrediantur
monasteria monialium, nisi urgentibus
necessitatibus.

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei, ad
futuram rei memoriam.*

Vbi gratiæ & indulta ab hac sede con-
cessa successu temporis incommodum
afferre noscuntur : expedit illa salubri
præsidentis consilio submoneri. Proin-
de sanctimonialium quieti, & trāquil-
litati consulere, ac omnia quæ illas à spiritualium
rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedi-
menta tollere, periculâque, & scandala ab eis remo-
uere cupientes, auctoritate præsentiū reuocamus,
& abolemus omnes & quascunque licentias, ac fa-
cultates ingrediendi monasteria, domos, & loca
monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinū,
quibusuis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis,
& aliis cuiuscunque status & conditionis mulieri-

bus, a
diend
moni
tus &
eriam
ex qui
quibu
derog
efficac
cretis
apost
tatoris
conter
confir
Castan
fectas,
eisdem
tionis
mine n
tis art
tiri, ne
huiusm
sis ver
monast
person
præcip
necnor
officio
posteru
loca su
& facu
etiam f

bus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca ipsarum sanctorum, quibuscunque viris etiam eiusdem status & dignitatis tam à prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis, & sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis ex quibusvis quantumcunque vrgētibus causis sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriis derogatoriis, reuocatoriis restitutoriis, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque & aliis decretis etiam motu proprio & ex certa scientia, deq; apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumue Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas. Cassamusque & annullamus litteras desuper confectas, & processus habitos per easdem. Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à Romano Põtifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possint imperitari, ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatibus verò necnon Abbatibus, Conuentibus, ac aliis monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quenquam prætextu huiusmodi licentiarum & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis pro-

P A R S D E C I M A

hibemus atque interdiciamus omnibus & quibuscunque personis ecclesiasticis & secularibus, ac etiã ordinum quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus duntaxat ingredi, neue moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Nonobstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, Monasteriorumque, & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis apostolicis, illis eorumque Superioribus prædictis, ac aliis quibuscunque per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis cõcessis, & confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quib. omnibus, eorũ tenores, perinde ac si ad verbũ infererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscũque. Quoniam autem difficile esset præsentibus ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem fidem in iudicio & extra illud vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli

Nulli
nostr
lation
dicti,
ausu
præsu
beato
uerit
trum
Ponti

R

tesimo
verò 2
in Chr
vident
teræ
nis Ec
princip
stolica
Octau
stolici

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annulationis, inhibitionis, præcepti, prohibitionis, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dom. 1575. Idibus Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

REGISTRATA APVD
Cæsarem Secretarium.

Anno à natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto: indictione tertia, die verò 24. mensis Iunij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Gregorij diuina providentia Papæ XIII. anno quarto. Retroscriptæ litteræ Apostolica publicatæ & affixæ fuerunt in valnis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, ac Basilicæ principis apostolorum de vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Cæpi. Floræ, per nos Scipionem de Octavianis, & Ioannem Andream Panizzam apostolici Cursores.

Ioannes Freile Magister Cursorum.

YY



S. D. N. D. GREGORII PAPÆ

XIII. DECLARATIO SVPER
 facultate quam habent ordinarij, & alij
 monialium Superiores, ingredi earum
 monasteria.

*Gregorius Papa XIII. Dei, ad futuram
 rei memoriam.*



Vbiis, quæ emergūt, declarationis reme-
 dium expedit adhibere. Cum igitur su-
 per eo quod optima primum ratione cō-
 cilium sanxit Tridentinū, deinde in con-
 stitutione fœ. re. Pij Papæ v. prædecessoris nostri,
 Nonis Iulij, Pontificatus sui, anno tertio, atque item
 nostra Idibus Iunij Pontificatus nostri anno quarto
 æditis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casi-
 bus necessariis, septa monasteriorum monialium
 ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis du-
 bitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius
 ad id licentia non indigent, sed sui autoritate offi-
 cij nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis
 huiusmodi septa ingredi, vel potius seruare debeāt
 ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Nos
 omnem hæsitacionis materiam tollere, & viam
 scandalis præcidere, ac sanctimonialium quæti con-

fuler
 lica d
 regul
 moni
 ex off
 sta ita
 cessar
 perfor
 Episc
 tate p
 tes, Pr
 que su
 tare h
 bus, (
 Quod
 stolica
 lis dig
 fecerin
 muner
 ceps ip
 nicato
 nisterio
 iacere.
 bus, &
 vel spe
 priuile
 quibus
 in gene
 bus, &
 riarum
 ribus &
 Decret

fulere volentes, harum tenore auctoritate apostolica declaramus Prælatos omnes tam seculares, quàm regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demùm vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca vniuersos, & singulos Episcopali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis ordinum Abbates, Præpositos, Priores, Ministros, & alios quoscumque superiores regulares seriò monemus, vt facultate huiusmodi, qui eam habet, præterquàm in casibus, (vt præfertur) necessariis neuiquam vtantur. Quod si contra fecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice qua contra fecerint, ingressu ecclesiæ interdictos, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere, regulares verò, omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiaccere. Non obstantibus apostolicis, ac in generalibus, & prouincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis quibusuis ecclesiis, earumve prælatis, aut ordinibus in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus & insolitis clausulis, necnon irritantibus Decretis quouis modo concessis, approbatis,

PARS DECIMA

& innouatis, etiam si illis caueretur expresse, quod nemo interdicit, suspendi, vel excōmunicari posset per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam de indulto huiusmodi mentionem, quibus, eorūque totis tenoribus, perinde ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Quum verò difficile esset præsentibus ad singula loca perferri, volumus earum exemplis etiã impressis, manūque Notarij publici, ac sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 23. Decembris. 1581. Pontificatus nostri anno 10.

Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini 1581. indictione undecima, die vero sabbathi trigesima mensis Decembris, Pontificatus S. D. N. Gregorij diuina providentia Papa XII. anno 10. retroscriptæ litteræ in forma breuis publicatæ & affixæ fuerunt in acie Campi Floræ, (ut moris est) per me Scipionem de Octauianis Apostolicum Cursorem.

Calistus Brunettus magister Curforum.

Romæ, apud Hæredes Antonij Bladij Impressores Camerales.

MO
PII
sup
alio



conue
ca tam
giosis
equite
clesia
status
vel ob
expedi
ti cont
turben
nalteri
equitu
eorum
mos, &
cogan
cultus
decus,
omnen
rabilen
nos in


MOTVS PROPRIVS S. D. N.

PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ V.

super exemptionem monasteriorum, &
aliorum locorum ab hospitio militum, &c.*Pius Papa Quintus.*

MOTV proprio, &c. Cùm, sicut non sine graui dolore nobis innotuit, omnia, & singula, seu quamplurima huius almæ vrbis, ac etiam status nostri ecclesiastici conuentus, & monast. & alia ecclesiastica, & pia loca tam secularia, quàm regularia, & à personis religionis quomodolibet inhabitata, eo tempore, quo equites, & milites eiusdem almæ vrbis, ac status ecclesiastici præfati pro defensione ipsius vrbis, & status aduersus infestissimum Turcarum tyrânum, vel ob alias, quæ pro tempore sese offerunt causas expediri, & ad diuersa eiusdem status loca transmitti contingit, ab eisdem equitibus, & militibus perturbentur, & molestentur, ipsique conuentus, monasteria & alia ecclesiastica, & pia loca in eorumdè equitum, seu militum distributionem nonnullos eorumdè equitum, & militum intra eorum domos, & monasteria hospitio excipere, & recipere cogantur, in maximum eorum detrimentum, diuini cultus perturbationem, grauissimum religionis dedecus, Dei optimi offensam, & non solum præter omnem nostram intentionem, verumetiam intolerabilem animi nostri amaritudinem. Quapropter nos in præmissis quantum cum Deo possumus de

YY iij



PARS DECIMA

optimo remedio celeri manu prouidere, ac monasteriorum, & aliorum ecclesiasticorum, & piorum locorum huiusmodi personarum Deo altissimo die noctūque famulantium quieti, integritati, & decori consulere volentes, motu simili, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine vniuersis, & singulis tam dictæ alme vrbis, quàm totius status præfati Gubernatoribus, Potestatibus, Ducibus, & Capitaneis, Communitatibusque, & Vniuersitatibus, & aliis ad quos spectat, & pertinet, ac spectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum, ne deinceps perpetuis futuris tēporibus in eorundem militum, & equorum distributione, tam in transeundo quàm inibi commorando, communitatib. & vniuersitatibus, videlicet ne dictos equites, ac milites in eisdem monasteriis, cœnobiis, domibus, & aliis ecclesiasticis, & piis locis sub duorum millium ducatorum auri Camera Apostolicæ ipso facto applican. & aliis arbitrij nostri pœnis, quouis quæsito colore, causa, ingenio siue prætextu distribuere, siue assignare, vel ad illos recipiendum, & hospitio excipiendum cogere, ipsis verò capitaneis, & ducibus, ne eosdem suos equites & milites sub indignationis nostræ, ac priuationis officiorum, aliisque etiam arbitrij nostri pœnis in dictis monasteriis, cœnobiis, domibus, & aliis Ecclesiasticis, & piis locis, et si communitates, & Vniuersitates ipsæ eadem loca eisdem assignassent, distribuant. Gubernatoribus verò, & ipsarum Ciuitatum, & locorum prætoribus, & aliis officialibus quibuscunque quo minus præmissa ab ipsis communitatibus,

& v
sub
tio
pœn
inhi
mus
tibu
pia l
alias
bare
turb
præf
iam
præc
mon
ca, &
quiti
tu &
ter l
Nec
li Vi
ti S.
Cam
piis
diis a
sona
rūm
nore
eis c
dant
per c
ri, &

& vniuersitatibus, ac Capitaneis, & Ducibus fiant, sub eiusdem indignationis nostræ, ac etiam priuationis officiorum suorum præfatorum respectiue pœnis auctoritate apostolica finant vel permittant inhibemus, præcipimus, committimus & mandamus. Et insuper tam illis quam equitibus, & militibus præfatis, ne monasteria, cœnobia, & loca pia huiusmodi in personis, rebus, & bonis, aut alias desuper, quomodolibet molestare, perturbare, impedire, & inquietare, seu molestari, perturbari, vel aliàs inquietari facere audeant, seu præsumant, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub iam dictis pœnis eadem auctoritate inhibemus, præcipimus, committimus, & mandamus, ipsa monasteria, cœnobia, domos, & alia Ecclesiastica, & pia loca ex nunc ab eisdem militibus, & equitibus, ac onere illos hospitio excipiendi, motu & auctoritate similibus eximendo, & totaliter liberando, ac libera & immunia faciendo.

Necnon dilectis filiis nostris Vitellotio Cardinali Vitellio nuncupato, & pro tempore existenti S. R. E. Camerario, ac præsidentibus & clericis Camera Apostolicæ vt eisdem monasteriis, & piis locis in præmissis efficacis defensionis præsidii assistentes non permittant illa, seu eorum personas, à prædictis militibus, & equitibus, illorumque hospitio grauari contra præsentium tenorem, sed litteras & exemptiones huiusmodi eis desuper concedant, ac fauorabiliter defendant, etiam præcipimus, & mandamus, & sic per quoscunque iudices sublata, & cæt. iudicati, & cæt. debere, irritumque, &c. decernimus.

PARS DECIMA

Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, statutis, etiam iuramento, &c. roboratis, privilegiis quoque indultis, & litteris apostolicis quibuscumque etiam prædictis, ac aliis quibuscumque personis sub quibuscumque tenoribus, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, & concedendis. Quibus omnibus illorum tenores, &c. latissimè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Et cum absolute ad effectum, &c. & de commissione, mandato, inhibitione, præcepto, exemptione, liberatione, decreto, derogatione, aliisque præmissis extend. perpetuè in forma gratiosa, & si videbitur cum opportuna executorum deputatione qui assistant, ac sub censuris, & pœnis etiam pecuniariis, &c. cum facultate grauandi, &c. inuocato secularis cum opportuna dictarum derogatione latissimè extenden. & quod præmissorum omnium, & singulorum etiam maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris etiam ad partem pro quolibet monasterio, & pio loco si videbitur per breue nostrum expediend. seu si videbitur præsentis nostri motus proprii sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio extraque regula contrario non obstante.

Placet motu proprio, & ita mandamus. M.



EXEMPTIONES AB EXA-
 ctionibus, Datis, Gabellis, pedagiiis, vecti-
 galibus, vtriusque sexus religiosiſ per-
 ſonis ordinum mendicantium conceſſæ
 per ſanctiſſimũ in Chriſto P. & D. N. D.
 Pium diuina prouidentia Papam v.

Pius Papa v.

AD perpetuam rei memoriam. Dũ ad
 huberes quos ſacri mendicantium or-
 dines in agro dominico quotidie faciũt
 fructus attente reſpicimus, & attentæ
 conſiderationis indagine perſcrutamur, ipſorum re-
 ligionis ſynceritatem, & voluntariæ paupertatis ha-
 bitum, in quibus ſub humilitatis ſpiritu, deuotum
 altiſſimo præſtantes famulatũ dignum quin potius
 debitum reputamus, vt illis ea libenter cõcedamus,
 quæ ſemotis quibuſlibet grauaminibus, promptio-
 res eiſdem altiſſimi inhæreant ſeruitiis. Hinc eſt
 quod nos volentes, eoſdem mendicantium ordines,
 & dilectos filios, eorum fratres, & monachos, cæter-
 aſque perſonas, ac etiam moniales quaſlibet eiſdẽ
 ordinis ſub illorum cura degentes ſpecialibus fauo-
 ribus, & gratiis proſequi: Motu proprio non ad
 alicuius nobis ſuper hoc oblata petitionis inſtantiã
 ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſta-

tis plenitudine, quod ex nūc deinceps perpetuis fu-
 turis temporibus, omnes & singuli mendicantium
 ordinum huiusmodi fratres monachi & dilectæ fi-
 liæ in Christo moniales seu sorores, ac aliæ vtriusq;
 sexus personæ regulares vbilibet per totum Chri-
 stianum orbem diffusi, & cōstituti illorumque mo-
 nasteria, cænobia, domus, conuentus, Ecclesiæ, Ca-
 pellæ, oratoria, & alia loca etiam vnita ac membra,
 & dependentia, necnon terræ cultæ, & incultæ, pos-
 sessiones, prædia, agri, & alia omnia & singula mobi-
 lia, & immobilia, ac se mouentia, & vbilibet, ac in
 quibuscunq; rebus consistentia bona, necnon eor-
 um in dictis bonis laboratores, coloni, arrendata-
 rij, locatarij, & affectuarij, negotiorūque suorum
 gestores vniuersi quomodolibet nūcupati, nunc &
 pro tempore existentes in perpetuam, ab omnibus,
 & singulis exactionibus, tam vrbanis quam rusticis,
 necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, colle-
 ctis, impositionibus, & oneribus ordinariis, & extra-
 ordinariis, ac tam realibus, quam personalibus me-
 ris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento
 ac focularibus, equorum taxis, Militūque hospiti-
 tiis, ac alias quibuscunq; nominibus nuncupatis,
 quauis authoritate, quomodolibet impositis, & im-
 ponēdis, & quæ laicis, ac aliis quibusuis quomodo-
 libet imponi consueuerunt, & in futurum imponē-
 tur, ac ratione quarumcunq; mercium, & rerum
 cuiuscunq; generis vel qualitatis existen. tam per
 mare & aquam dulcem, quam per terram vndecūq;
 & quomodocunq; pro tempore delatarum, nec-
 non animalium quorumcunq; mortuorum & vi-
 uorū, & quæ alias quomodolibet, & ex quauis causa

ac super quibuscūq; rebus tam in alma vrbe nostra, quam extra eam vbilibet locorum exiguntur, & in futurum exigentur, necnon à contributionibus, & solutionibus in illis faciēdis, ac tam pro victu & vestitu, quam quocunq; alio vsu suo tantum, ac tam emendo quam vendendo, & alias quomodolibet negociando, necnon etiam à solutione quadrantis pro singulis libris carniū de animalibus, quæ nūc & pro tempore ex armentis occidi contigerit, necnon etiam quæ in suis ædibus, prædiis & possessionibus priuatim detinent, & nutriunt, ac à contributione sumptuum, & expensarum quæ aliquādo pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliisve machinis struendis, & reparandis, seu reficiendis, ac ciuitatum, terrarum, & locorum, quorumcūque fortificationibus, necnō etiam alias in omnibus, & per omnia, tam in dicta vrbe quam extra eā, vbilibet penitus, & omninō liberi, immunes & exēpti, ac libera, & exēpta, liberaq; immunia, & exēpta sint, & esse censeantur, ac pro talibus teneantur, & reputentur. Quodque terræ, agri, possessiones, & loca aratiua, vt præfertur in illis quæ aliquando pro pascuis animalium ad certum tempus reseruantur, nullatenus vnquam comprehendantur, nec comprehendendi censeantur, ac etiā monasteria, cœnobia, aliaque omnia regularia loca, prædicta, pro quorumcunq; militum, tam equitum quam peditū hospitiiis, quæ admodum magno cum nostro dolore hucusque in plerisq; locis factum cōperimus, nequaquā assignentur, nec assignari debeant. Et insuper quod fructus, redditus, prouentus, introitus, & alia quæcunq; bona monasteriorū, cœnobiorū, & aliorum locorum

PARS DECIMA

regularium præfatorum ab aliis quàm à Syndicis, & procuratoribus religiosis, fratribus, monachis & monialibus aliisque personis præfatis exigi, illaque duntaxat in beneficium loci vel sustentationem ipsorum religiosorum fratrum, & monialium expendi, nec per alios quoscunque quouis nomine censeantur, nec in alium quam præmissum usum conuerti, seu expendi possit, nec debeant, nisi de cōsensu superiorum illius loci cui data vel consignata aut donata fuerint, seu ad quem alias spectabunt, nec etiam soli tutores aut curatores, seu protectores, & alio nomine Sanctesij aut alias nuncupati, de eisdē bonis vllō modo disponere possit, quodq; idipsum etiam de eleemosynis, oblationibus, & quibuscunque aliis donatiuis intelligi, & obseruari debeat: Apostol. autoritate tenore præsentium perpetuo, statuimus, ordinamus, volumus, & declaramus, nec non fratres, monachos, moniales, ac alias regulares personas eorumque monasteria, Cœnobia, conuētus, Ecclesias, Cappellas, oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, necnō laboratores, colonos, arrendatorios, locatarios, effiētuarios, ac gestores, prædicta vt præfertur libera, immunia, & exempta eisdem autoritate & tenore facimus, ac fore & esse decernimus. Mandantes propterea dilectis filiis modernis & pro tempore existentibus cameræ Apostolicæ camerario, præsidentibus & clericis, ac commissariis, agentibus, & officialibus quibuscunque vt omnibus & singulis tam virorum, quam mulierum monasteriis mendicantium ordinum huiusmodi existentibus sub dictione nostra tēporali, mediatē vel immediatē con-

stitu
rit,
dicit
bul
fect
& si
mai
rum
urb
riis
con
eo ip
dis,
vice
gab
cton
quib
rum
que
futu
labi
seru
& a
per
ben
libe
cere
per
que
fuer
dice
tes,

stitutis, tantum sal, quantum pro eorum vsu suffecerit, singulis annis omni dilatione cessante & contradictione remota contribuere, & assignare ac cōtribui, & assignari facere debeant, realiter, & cum effectu districtius etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ ac excommunicationis maioris lata sententia, ac duorum milium ducatorum auri, & camera pro vna basilicæ sancti Petri de vrbe, & pro altera medietatibus singulis monasteriis, & locis præfatis quæ molestari seu perturbari contigerit irremissibiliter applicandorum pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit incurrendis, inhibentes tam illis quàm dilectis filiis legatis, vicelegatis, Gubernatoribus, potestatibus, datiorū, gabellarum, onerum, & aliorum præmissorum exactoribus, conductoribus & appaltatoribus, nec non quibusuis communitatibus, & vniuersitatibus illarumque officialibus & personis, aliisque quibuscūque ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurū quatenus præmissa omnia & singula inuiolabiliter & perpetuò obseruent, ac ab omnibus obseruari faciant, neque fratres monachos, moniales, & alias religiosas personas aliosque supradictos super præmissis quomodolibet molestant & perturbent, neque permittāt per quoscunque quomodolibet molestari seu perturbari: Et si quis contradicere aut quouis modo contrauenire præsumperit per mandarum executium contra ipsum cuiuscūque dignitatis, status, ordinis, vel præminentia fuerit ipso facto procedi. Et sic per quoscunque iudices, & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet quauis aliter iudi-

PARS DECIMA

candi, & interpretandi facultate iudicari, & dif-
finiri debere, ac quicquid secus super his à quoquã
quavis authoritate scienter vel ignoranter attenta-
ti contigerit, irritum & inane decernimus. Quo-
circa venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepi-
scopis, & Episcopis, siue eorum vicariis in spiritua-
libus generalibus, necnon dilectis filiis curiæ causa-
rum camera Apostolicæ generali auditori, ac abba-
tibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis,
canonicis & capitulis, ac aliis quarumcunq; Eccle-
siarum prælatis, & personis vbiliber, & in quibuscunq;
regionibus, terris & locis existentibus, ac aliis ad
quos quomodolibet spectat, & spectabit, per præ-
sentes motu simili mandamus quatenus ipsi, & eo-
rum quilibet per se vel alium seu alios presentes lit-
teras, & in eis contenta quæcunq; ubi & quando
opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum mona-
chorum, monialium aliarumque religiosarum per-
sonarum præfatorum fuerint requisiti solenniter
publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis
præsidio assistentes faciãt authoritate nostra
illos, & eorum singulos statuto, ordinatione, vo-
luntate, declaratione, constitutione, deputatione,
mandato, inhibitione, decreto, aliisque præmissis
pacificè frui, & gaudere non permittentes eos de-
super per camerarium præsidentes clericos & com-
missarios camera huiusmodi, necnon legatos, vice-
legatos, gubernatores, collectores, gabellarios, &
exactores prædictos, aut quoscunq; alios, ad aliquã
solutionem, contributionem, vel præstationem præ-
missorum occasione quomodolibet faciendam quo-
vis modò cogi, & compelli, aut alias contra præsen-

tiun
bari
rebe
fura
sceno
proc
rille
nend
lio p
corda
nostr
dis, d
præse
in co
uis ali
Bono
& de
posse
in Ro
ram
causa
super
pende
deduc
uoren
inter
dictæ
te, qu
produ
vbius
camus
aus,

tium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles per prædictas aliasque opportunas censuras & pœnas appellatione postposita compeſcendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras & pœnas huiusmodi incurſiſſe declarando interdictum Eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus ſit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus ſœlicis recordationis Bonifacij Papæ octauæ prædeceſſoris noſtri de vna & concilij generalis de duabus dictis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate præſentium non extrahatur ab omnibus illis quæ in contrarium per quoscuque officiales, & quouis alios, ac præſertim per officiales ciuitatis noſtræ Bononiæ. & quouis alios adducta ſunt hæctenus, & deducuntur in poſterum, ac adduci & allegari poſſent, necnon quibuſcuque litibus & cauſis, tam in Romana curia, quam extra eam vbilibet, ac coram quibuſcuque iudicibus etiam palatij noſtri cauſarum auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus ſuper præmiſſis inter quoscuque quomodolibet pendentes, ac etiam inſtructis, & ad ſententiam deductis, vel etiam à ſententia terminatis niſi in fauorem Eccleſiæ fuerint. Et præſertim quadam lite inter eiufmodi regulares, ac ciues, & cõmunitatem dictæ ciuitatis Bononiæſis in Romana curia pendente, quas & quam, ac omnes processus & ſcripturas productas & producendas, ac registra & ſententias vbiius comparentes & latas, ac ferendas ad nos auocamus, & penitus extinguimus, caſſamus, annullamus, & delemus, perpetuũque deſuper ſilentium

imponimus: Necnon quibusvis Apostolicis ac in
 prouincialibus, & synodalibus conciliis editis gene-
 ralibus, vel specialibus constitutionibus & ordina-
 tionibus, etiam contra exemptos quomodolibet
 editis, & edendis, ac etiam iuramento, confirmatio-
 ne Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis
 statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque in-
 dultis & litteris Apostolicis illis & eorum singulis,
 sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum qui-
 busuis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque
 efficacioribus efficacissimis ac insolitis clausulis,
 irritantibusque, & aliis decretis in genere & spe-
 cie, etiam motu simili & certa scientia etiam con-
 sistorialiter & aliis quomodolibet etiam iteratis vi-
 cibus in contrarium concessis, approbatis, & inno-
 uatis. Quibus omnibus illorum tenores præsen-
 tibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias
 in suo robore permansuris hac vice duntaxat, spe-
 cialiter & expressè, derogamus contrariis quibus-
 cunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim
 ab eadem sit indultum quod interdicti, suspendi, vel
 excommunicari non possint per litteras Apostoli-
 cas, non facientes plenam & expressam ac de ver-
 bo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo pi-
 scatoris, die 29. Iulij, 1566. Pontificatus nostri anno
 primo.

F. de Tufres.

V. Macharanus.

BREVE

B
N
C
E
a
o
fa

quar
med
refer
te fo
nis fa
mi n
quar
huiu
nis in
dien
latos
tine



BREVE SANCTISSIMI D.
N. D. GREGORII PAPÆ XIII.
contra religiosos & religiosas ordinis san-
cti Francisci de obseruantia, recurrentes
ad sæcularia tribunalia, & contemnentes
ordinationes commissariorum sui gene-
ralis ministri.

*Gregorius Papa xiiij. ad futuram
rei memoriam.*



Quoniam nostro pastorali potissimum
incumbit officio, vt ea quæ ausu teme-
rario ab Ecclesiasticis præsertim regula-
ribus personis plerunque attentantur,
quantum nobis ex alto conceditur, opportunis re-
mediis compescamus, & remoueamus. Idcirco cum
referente dilecto filio fratre Christophoro de capi-
te fontium fratrum minorum de obseruantia, ordi-
nis sancti Francisci generali ministro, non sine ani-
mi nostri molestia, nuper intellexerimus nonnun-
quam quosdam religiosos, & religiosas ordinis sui
huiusmodi, Dei timore postposito, & suæ professio-
nis immemores, vt in eorum malefactis, & inobe-
dientia se diutiùs confoucant, ab iis, quæ per præ-
latos eiusdem ordinis etiam guardianos, siue pro-
uinciales, vel commissarios, ab ipso generali mi-

nistro pro tempore deputatos acta sunt & decreta, ad tribunalia secularia appellare, & ad ea temerè confugere. Autoritate Apostolica, tenore præsentium præcipimus, & inhibemus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua non nisi à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolui possint, necnon priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis tam actiuæ quam passiuæ, eo ipso incurrendis pœnis, nequis prouincialis aut alius cuiuscunq; dignitatis, status, gradus & conditionis, ordinis huiusmodi religiosus, aut religiosa, ad ipsa tribunalia secularia quouis prætextu, aut quæsito colore ut præfertur, appellare, vel illa propterea quoquomodo audire audeat, vel præsumat: sed si à prælatis suis grauari prætendent, ad generalē ministrū ipsius ordinis, seu illius protectorē, aut viceprotectorem in Romania vel ad nos, siue Romanum Pontificem successorem nostrum, supremum in Ecclesia Dei iudicem, sicut antiquitus semper consuetum fuit, recursum habeant, vnde illis breui manu iustitia ministrabitur. Declarantes nihilominus non modo eisdem religiosos, & religiosas contra facientes in dictas pœnas incidere, verum etiam eorum quomodolibet directè vel indirectè fautores & consultores, illas quoque incurrere. Præterea sub pœnis prædictis prohibemus, ne quis prouincialis, aut guardianus, vel cuiuscunque alterius gradus religiosus aut religiosa eiusdem ordinis ab ipso ministro generali missus pro visitandis prouinciis, commissariis resistere, nec eis se op-

ponere, aut contradicere seu se rebellem exhibere: ipsos quacunq; de causa, vel quæsito colore non recipiendo, audeat neque debeat. Volentes eundem ministrum generalem quotiescunq; sibi expedire videbitur, quos voluerit commissarios, ad quoscunq; sui ordinis vtriusque familiaræ prouincias quibusuis consuetudinibus, ac statutis per quaslibet personas in contrarium factis, non obstantibus liberè mittere posse. Insuper, quia, vt etiam accepimus, aliquando nonnulli ministri ex visitatis prouinciis per commissarios ad hoc ab ipso generali ministro deputatos, quæ à dictis commissariis, rectè, & salubriter ordinata, & gesta fuerint, rescindere, mutare, aut contemnere solent, sub omnibus & singulis pœnis supradictis expresse prohibemus, ne quisquam ab eisdem commissariis facta & ordinata mutare, alterare, aut pernertere sine expressa licetia & permissione ipsius ministri generalis, qui solus ea mutare valeat, vlllo modo præsumant. Decernentes irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scièter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis in contrarium quomolibet concessis, & confirmatis, quibus omnibus eorum tenores præsentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro sufficienter expressis habentibus, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat ad effectum præsentium

specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die octaua Aprilis 1575. Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.



QVOD DESCENDENTES AB
HÆRETICIS, MAVRIS, ET IV-
dæis non possint in regione aliquod
officium prælaturæ exercere.

Pius papa 1111. ad futuram rei memoriam.

Prouisionis nostræ debet prouenire subsidio, ut ius suum unicuique conseruetur. Hinc est quod nos tenorem quarundem litterarum in forma breuis fe. re. Pauli Papæ 4. prædecessoris nostri in secretaria Apostolica domestica ipsius prædecessoris repertum, pro eo quod sicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum ministrorum, prouincialium fratrum ordinis minorum sancti Francisci de obseruantia petitiono continebat, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis dignoscantur indigere, ex originali minuta de verbo ad verbum transcribi & ad eorundem prouincialium ministrorum supplicantium instantiam

præsentibus annotari fecimus, qui talis est. Paulus
Papa 4. ad futuram rei memoriam.

Cum ex Apostolatus officio nobis meritis licet
imparibus, diuinitus credito, cura dominici gregis
nobis imminet generalis ad ea libenter intēdimus,
per quæ religionis puritatem ab omnibus his quæ
illi detrimentum aliquod afferre possunt, quantum
cum Deo possumus tueamur, & religioni deditos,
& præsertim ordinis fratrum minorum sancti Fran-
cisci, qui mundo mortui, soli Deo viuunt, ab omni-
bus his quæ eorum pias mentes aliquando subuer-
tere possent ita custodiamus, vt crescēte in eis quo-
tidie Dei obsequij zelo, vberes fructus in vinea do-
mini afferre valeant; neq; ex ministrorum aut alio-
rum quorumcūque culpa aut indecentia grauami-
na & dispendia patiantur. Cum itaque fœ. re. Cle-
mens Papa 7. prædecessor noster considerans mini-
stros & prouinciales fratrum ordinis prædicti de ob-
seruātia in suis prouinciis ex speciali priuilegio tan-
quam inquisitores hæreticę prauitatis suorum sub-
ditorum existere, & in ipsos subditos officium in-
quisitionis exercere, volensque à personis religiosis
præsertim aliis præsentibus, quæ contraria fidei,
honestati & ordini existerent ad Dei laudem & re-
ligionis decētiā, & animarum salutem submoue-
re, motu proprio & ex certa scientia, autoritate
Apostolica perpetuò statuerit & ordinauerit, quod
de cetero in regnis Hispaniarum tantum, aliqui fra-
tres minores ordinis de obseruātia à Iudæis seu
hæreticis, quorum parentes, & progenitores pater-
ni seu materni viuentes, seu defuncti vsque ad quar-
tam generationem inclusiuè hæretici declarati, &

PARS DECIMA

vt tales condemnati, ac illi seu eorum corpora, & ossa vel statuæ igni traditæ fuerint, originem trahentes seu descendentes, etiam ad quascunque dignitates & officia Ecclesiastica obtinen, & exercen, præmissis non obstan. sufficienti dispensatione seu indulto suffulti in ministros prouinciales, seu guardianos, nec etiam sæculares simili modo à Iudæis seu hæreticis originem trahentes seu descendentes in fratres ordinis obseruantix huiusmodi nullatenus eligi, assumi & recipi, nec prouincialatus, aut alia officia quæcûq; gerere & exercere quoquo modo possent, districtius inhibētes Generali & prouincialibus ministris ac guardianis & fratribus eorundem ordinis & obseruantix in virtute sanctæ obedientix & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, eo ipso si contrafecerint incurrenda, ne aliquos ex dictis Iudæis seu hæreticis vsque ad quartam generationem originem trahentes, seu descendentes, vt præfertur, in ministros prouinciales seu alia officia, nec decetero sæculares in fratres dicto ordine erigere, assumere, recipere, vel admittere, seu electos confirmare, & instituere quomodolibet præsumerent.

Decernentes irritum & inane quicquid secus attentari contigisset, prout in eiusdem prædecessoris litteris in forma breuis expeditis sub dati diei dicimona Martij millesimo quingentesimo vicesimo quinto plenius continetur. Quas tamen litteras cum omnibus ex singulis inde sequutis, cum ex certis tunc expressis causis fœlicis recordationis Iulius tertius prædecessor noster ex certa eius scientia & autoritate Apostolica reuocauerit, cas-

fauerit, & annullauerit, illasque nullius roboris & momenti, ac pro infectis haberi voluerit, ac nulla originis seu status consideratione habita quoscunque fratres in ministros seu guardianos assumi, & sæculares in fratres huiusmodi ordinis recipi liberè & licitè posse voluerit, cum decreto irritante, & aliis clausulis prout latius in litteris eiusdem Iulij prædecessoris in forma breuis expeditis, sub dati diei decima Octobris millesimo quingentesimo quinquagesimo continetur.

Nos considerantes non solum eos qui orthodoxæ fidei contemptores existunt, à sacris canonibus pœnis grauissimis plecti, verumetiam eos, & eorum descendentes à dignitatibus, beneficiis & officiis Ecclesiasticis arceri, & quod nõ decet eos qui ad docendum alios verbo & exēplo in ministros assumuntur, vel ad obsequium Deo præstandū, in ordinem fratrum religionis sancti Francisci, qui vt præfertur, soli Deo viuunt, & pro vniuersali Ecclesia præces ad Deum effundunt, recipiuntur, suspicione aliqua laborare, vel quod ipsi mala imbuti doctrina, vel vitiorum parentum imitatores existant, vnde alios fratres dicti ordinis eorum tabe maximo cum scandalo & periculo inficere possint.

Volentes vbi maius periculum est, ibi plenius prouidere, tenores & compendia litterarum supradictarum tam fœlicis recordationis Clementis, quam Iulij prædecessorū nostrorum, vt præmittitur, omniaq; & singula in eis contēta plene & sufficienter pro expressis habētes, motu proprio & ex certa nostra sciētia & Apost. autoritate eiusdē litteras,

PARS DECIMA

Clementis, non obstante reuocatione, cassatione, & annullatione Iulij prædecessoris præfati approbant es, & innouantes, ac perpetuò obseruari volentes & in viri obseruantia reponentes & reducetes, litterasque eiusdem Iulij prædecessoris præfatarum litterarum Clementis reuocatorias reuocantes, cassantes & annullantes, illasque nullius roboris & momenti, ac pro infectis quo ad omnia haberi, pleniusque in præmissis providere volentes, motu, scientia, & autoritate, prædictis, tenore præsentium perpetuò statuimus & ordinamus, quod de cætero nullus sæcularis, qui Iudæis, seu hæreticis quorum parentes, seu progenitores paterni, seu materni, viuentes seu defuncti vsque ad quartam generationem inclusiue hæretici declarati, & vtales condemnati, ac illi seu eorum corpora, & ossa, vel statua igni tradita fuerint originem trahat, seu ex descendentibus prædictorum Iudæorum & hæreticorum vsque ad quartam generationem inclusiue fuerit, vel sit in totius ordinis fratrum sancti Francisci fratrem dicti ordinis in quibuscunque locis & mundi partibus, vbi religio & ordo fratrum huiusmodi fuerit, aliquo modo, sub quouis prætextu & quaesito colore sub pœnis infra scriptis eo ipso per sic recipientes & admittentes absque declaratione incurrendis, recipi & admitti possit: Et si aliqui tempore data præsentium inter fratres minores totius dicti ordinis Sancti Francisci in quibuscunque locis & mundi partibus, vbi religio & ordo fratrum huiusmodi similiter fuerint, qui olim Iudæi, seu

hæ
ticis
pat
quar
ti, &
ra &
trah
nera
tates
exer
spen
mini
rios g
seu g
fueri
sariat
sariat
catio
assun
seu re
conr
& pr
assun
aliqu
nia &
facto
lam p
buan
etiam
gener
uinci
seu r

hæretici fuerint, seu à similibus Iudæis seu hæreticis, quorum similiter parentes & progenitores paterni seu materni, viuentes seu defuncti, vsque ad quartam generationem, inclusiue hæretici declarati, & vt tales condemnati, ac illi seu eorum corpora & ossa vel statua igni tradita fuerint originem trahentes, seu descendentes vsque ad quartam generationem inclusiue, etiam ad quascunque dignitates, beneficia, & officia ecclesiastica obtinenda, & exercenda, promissis non obstantibus, sufficienti dispensatione, seu indulto suffulti reperiantur, in ministros generales, seu prouinciales ac commissarios generales, seu quoscunque alios commissarios seu guardianos, aut prædicatores, etiam si aliis soliti fuerint ad huiusmodi officia generalatus, commissariatus generalis, & cuiuscunque alterius commissariatus, prouincialatus seu guardianatus, & prædicationis eligi & assumi nullatenus de cætero eligi, assumi seu recipi possint, electioque & assumptio seu receptio de ipsis facta ad officia prædicta si fieri contigerit de facto, nullius sit roboris vel momenti & pro non facta habeatur, nec vigore electionis, assumptionis, seu receptionis prædictæ, illi sic electi aliquid administrare seu prædicare possint, sed omnia & singula per eos sic electos & assumptos de facto administrata & gesta viribus careant & nullam prorsus firmitatem obtineant, nec ius alicui tribuant, nullique fratres totius ordinis S. Francisci etiam qui eos in generales ministros, commissarios generales, & alios quoscunque commissarios, prouinciales & Guardianos, vel prædicatores elegissent seu recepissent, eisdem sic contra huiusmodi man-

PARS DECIMA

data nostra electis & assumptis obedire, sed in continenti ab eorum obedientia recedere, eisque prædicationis officium interdicere, & ad alios in ministros generales, commissarios etiam generales, & alios quoscumque commissarios prouinciales, ministros & guardianos & prædicatores loco prædictorum eligen. procedere, perinde ac si prædicti nullatenus electi seu assumpti forent, sub pœnis infra scriptis teneantur, & debeant: & vltius, si contigerit tempore datæ præsentium aliquem ex dictis olim Iudæis, seu hæreticis existentibus, seu à Iudæis, seu hæreticis vsque in quartam generationem inclusiue, vt supra descendentibus in aliquibus ex dictis officiis generalatus, commissariatus, generalis, & alterius cuiuscunque commissariatus, prouincialatus, seu guardianatus, vel prædicationis electum, & assumptum, confirmatum & institutum, etiam in quasi possessione dictorum officiorum existentem reperiri, ille sic electus, & assumptus, confirmatus & institutus, & in quasi possessione existens repertus, vigore præsentium intelligatur & sit eo ipso, & absque aliqua desuper declaratione facien. dictis officiis destitutus & priuatus, nihilque vigore dictorum officiorum gerere seu administrare, vel etiã prædicare possit, gestaq; & administrata per ipsum post præsentium publicationem in capitulo generali dicti ordinis facien. viribus careant, nullamque prorsus obtineant firmitatem: nullique fratres ei in dictis officiis contra huiusmodi madata nostra esistenti obedire, sed in continenti quam primum potuerint post præsentium publicationem, in dicto capitulo generali, vt supra facien. ab eorum

obed
inter
ctis o
verè v
neant
minif
quibu
nis, &
que m
tate fa
sent er
sariatu
sariatu
officio
tatis a
contra
Iudæi,
reticis
inclus
stant i
locis,
comm
missar
vel præ
mere,
tempo
stituti
etorum
bus ob
diætia
prædic
prædic

obediētia recedere, illisq̄ prædicationis officium
interdicere, & ad aliū loco prædicti in aliquo ex di-
ctis officiis existentis eligen. tanquam ad officium
verè vacans procedere, sub pœnis infra scriptis te-
neantur & debeant, districtiùs inhibentes generali
ministro commissario generali, aliisque cõmissariis,
quibuscūque prouincialibus, ministris ac guardia-
nis, & fratribus totius dicti ordinis, & in quibuscū-
que mundi partibus, & in locis existentibus, in vir-
tute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicat. latæ
sententię, pœna & priuationis generalatus, commis-
sariatus generalis, & alterius cuiuscunque commis-
sariatus, prouincialatus, & guardianatus, aliorumq̄;
officiorum & dignitatum dicti ordinis, & inhabilita-
tis ad illa imperpetuum obrin. pœnis in eo ipso si
contra fecerint incurr. ne aliquos ex dictis qui olim
Iudæi, seu hæretici fuerint, seu à dictis Iudæis & hæ-
reticis, vt præfertur, vsque in quartam generationē
inclusiue originem trahentes, seu descendentes exi-
stant in fratres totius dicti ordinis, in quibuscunque
locis, & mundi partibus seu in ministros generales,
commissarios generales, & alios quoscunque com-
missarios prouinciales, ministros seu guardianos,
vel prædicatores recipere, admittere, eligere & assu-
mere, seu electos confirmare & instituere, vel iam
tempore datæ præsentium electis & assumptis, in-
stitutis & confirmatis, etiam in quasi possessione di-
ctorum officiorum seu alicuius ipsorum existentibus
obediētiā aliquam præstare, seu à tali obe-
diētia non recedere, & ad alios vt præmittitur loco
prædictorum eligen. non procedere, illisq̄; officium
prædicationis interdicere, vt præfertur quomodo li-

PARS DECIMA

bet, sub quouis quæsito colore, & prætextu audeat vel præsumant. Decernentes irritum & inane, si se-
 cus super his à quoquam quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari, sicque per
 quoscunque, quavis autoritate fungentes iudices
 & personas, sublata eis, & eorum cuilibet quavis
 aliter iudicandi & interpretandi facultate & autho-
 ritate, iudicari & diffiniri debere: Nonobstan. con-
 stitutionibus & ordinationibus apostolicis ac dicti
 ordinis iuramento, confirmatione apostolica, ac
 quavis firmitate alia roboratis statutis & consue-
 tudinibus, ac dictis litteris Iulij 3. prædecessoris no-
 stri, vt præmittitur in forma breuis expeditis præ-
 fato ordini concessis, necnon priuilegiis & indul-
 tis & litteris apostolicis ordini, ministro generali,
 commissario generali & aliis quibuscunque com-
 missariis, prouincialibus ministris, guardianis, &
 prædicatoribus, ac fratribus præfatis, atque his qui
 olim Iudæi & hæretici fuerint, seu descendentibus
 à præfatis, & aliis quibusuis sub quibuscunque te-
 noribus & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam
 derogatoriarum derogatoriis & decretis, etiã motu
 simili concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus
 omnibus, etiam si de eis & alicuius eorum, eorum-
 que & cuiusque eorum toto tenore habenda esset
 mētio specialis, seu indiuidua de verbo ad verbum,
 & non per clausulas generales idem importantes,
 eorum omnium veriores tenores, ac si de verbo ad
 verbum insererentur præsentibus pro plenè & suf-
 ficienter expressis habētes ad effectum præsentium
 hac vice dūtaxat harum serie specialiter & expressè
 derogamus, illaque aduersus præmissa nullatenus

suffra
 contr
 ab A
 suspe
 ras ap
 ac de
 rione
 nulo
 nostri
 Cæ
 tus l
 dinen
 decer
 ac eū
 haben
 sus eic
 vbicu
 exhib
 tur in
 stare
 nullu
 antiq
 ma a
 Decer

suffragari posse volumus, cæterisque quibuscunque contrariis. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 24. Aprilis. 1559. Pontificatus nostri anno quarto. Alo. Lipomanus Bergomen.

Cæterum vt earundem litterarum tenor prædictus sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, autoritate apostolica per præsentis decernimus, vt idem illud robur, eandemque vim, ac eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales litteræ supradictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandoquæq; & ubicunq; siue in iudicio siue extra & alibi, vbi fuerit exhibitus vel ostensus, ac eidem tenori firmiter stetur in omnibus sicut eisdem originalibus litteris staretur si forent exhibitæ vel ostensæ. Per hæc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conseruari. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die 5. Decembris. 1584. Pontificatus nostri anno 5.

Cæ. Glorierius.

PARS DECIMA

*Pius Papa V. ad perpetuam rei
memoriam.*



VM sicut accepimus nonnulli cōscien-
tia suæ prodigi & auaritiæ morbo la-
borantes, libros ex Bibliothecis non-
nullorum monasteriorum, & domorū
ordinis S. Francisci furto extrahere, &
pœnes se pro eorum vsu retinere non vereantur in
animarū suarum periculum, & ipsarum Bibliothe-
carum, ac fratrum eiusdem ordinis non modicum
præiudicium: Nos super his prout nostro incumbit
officio de opportuno remedio prouidere volentes,
Motu proprio, & ex certa scientia nostra vniuer-
sis & singulis personis Ecclesiasticis, sæcularibus,
& regularibus, vniuscuiusque status, gradus, or-
dinis, vel conditionis existant, etiam si Pontifi-
cali dignitate præfulgeant, tenore præsentium man-
damus, ne ex Bibliothecis prædictis, aut earum ali-
qua librū aliquem, aut quinternum furto subtra-
here quoquomodo præsumāt. Nos enim quoscun-
que subtrahentes excommunicationis sententiæ sub-
iacere volumus & decernimus ipso facto, à qua nul-
lus ab alio quàm à Romano Pontifice possit, nisi
duntaxat in mortis articulo absolutionis beneficiū
obtinere. Non obstant. præmissis ac constitutionib.
& ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum &
ordinum præfatorum, etiam iuramento, confirma-
tione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis
quibuscunque. Verùm quia difficile foret præsentis
litteras ad singula quæque loca, in quibus expediēs

foret
man
pris,
stic
ac ali
sentit
Datu
ris di
no 4.



specia
se ve
sint, q
gnosc
sinit p
tio d
Pij P
præla
seruā
latori
ras P
Septē

foret deferre, volumus quod illarum transumptis manu alieuius Notarij publici inde rogati subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis prorsus in iudicio & extrâ, ac aliàs vbilibet fides indubia adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 4. Nouembris 1568. Pontificatus nostri anno 4.

*Sumptum ex originali minuta, collationatum
& concordat.*

Cæ. Glorierius?

Gregorius Papa XIII.

AD futuram rei memoriã. Consuevit Romanus Pontifex, cui vniuersi fideles curæ sunt, de religiosis, vt in regularis obseruantix candore iidem conseruentur, specialem cogitationem suscipere. Quòd si aliqua de se vel suis prædecessoribus ad eum finem statuta sint, quæ experientia docente minimè expedire cognoscit, declarationibus aliisque rationibus nõ delinit prospicere. Itaque licet Pontificatus nostri initio quasdam literas in forma breuis sanctæ memor. Pij PP. V. prædecess. nostri de modo in electionib. prælatorũ ordinis Fratrum minorũ de obseruantia seruãdo emanatas, ad aliquorum dicti ordinis prælatorum instantiam, per alias similes nostras literas Pontificatus nostri, anno secundo, die octauo Septẽbr. datas moderauerimus, declarauerimúsque

P A R S D E C I M A

atque in quibusdam reuocauerimus, tamen procedente tempore ipsa experientia docuit nonnulla aliter atque in dicti prædecessoris nostri literis statuta & decreta erant, & per nos mutata, declarata vel reuocata, in pristinum restitui debere, vel illa in conuenientiore dicto ordini modum reformare & declarare expedire, necnon aliqua ad obseruantiam regularis in dicto ordine conseruationem spectantia de nouo statuere. Cùm igitur inter cætera dictus prædecessor noster statuerit, quod Minister generalis, commissarius & Procurator generales, necnon Rom. curiæ commissarius, & prouinciales ministri in eo capitulo, in quo à suis officiis absolui debent, diffinitores non sint, neque vocem habeant, sed facta successoris electione discedant, vt si quis eos accusare velit, liberè agat: nos eam prædecessoris ordinationem ad eum actû coarctauimus, dum in officio quod gesserunt successor eligitur. Dictarû verò litterarum partem, quæ antedicti proxima est, in qua cauetur, vt iidem omnes minister Generalis & alij prædicti facta successoris electione discedât, nos ita declarauimus, vt statim facta officij renunciatione discedere debeant: vt si qui eos accusare velint durante tempore syndicatus, liberè id facere possint: eo autem finito iuxta seriem dicti ordinis generalium statutorum in diffinitorio recipiantur. Ad tollendam autem omnem ambiguitatem & difficultatem, quæ super istis nostris, vel prædecessoris nostri verbis oriri inter Fratres prædictos possent, ita vt sequitur quid circa prædicta seruari velimus expressius declaramus: volentes omnes prædictos, scilicet generalem ministrum, commissarium & procura-

procuratorum generales, vel commissarium curiæ, non debere admitti in diffinitorio capituli generalis, in quo à suis officiis absoluuntur, neque in eo loco vocem habere, dum is actus agitur, in quo syndicatus sui rationem reddere tenentur. Sic quòd minister generalis facta officij renunciatione antequam successor eligatur discedat ex diffinitorio, vt eo absente liberè agere possint contra eum si qui ex prouinciis accusare eum velint, & vllas habeant aduersus eum querelas: quo actu finito in omnibus aliis actibus, & electionibus, & diffinitoriis adesse possit, & vocem habere, in quibus secundum generalia ordinis prædicti statuta adesse, & vocem habere possit. Idem de commissario generali respectiuè seruetur: sic quod commissarius generalis post redditam syndicatus sui rationem in aliis actibus & electionibus vocem habere possit, in quibus secundum statuta generalia vocem habere commissarij generales hactenus potuere. Prouinciales quoque ministri post redditam syndicatus sui rationem possint & debeant in diffinitorio admitti, & vocem in reliquis actibus capituli prouincialis electionibusque habere. Idem de procuratore generali, commissarioque curiæ obseruetur respectu capituli generalis: quòd scilicet sint de diffinitorio, vocemque in omnibus actibus & electionibus capituli generalis habeant, præterquam dum is actus agitur, in quo syndicatus sui rationem reddere tenentur. Neque enim æquum censemus, vt iis qui negotiorum ordinis habent experientiam & notitiam exclusis, per solos generales & diffinitores novos rerum religionis non ita gnaros aut expertos atque opus esse de illis pronuntie-

P A R S D E C I M A

tur , statuatur & diffiniatur : Declarâtes etiam nosse esse mentis nostræ aut voluntatis, generalem ministrum aut commissarium generalem ordinis concessa illis per statuta generalia voce priuate, aut à capituli generalis diffinitorio excludere, nisi tum dum de particulari vnuscuiusque eorum accusatione & correctione agitur & deliberatur. Eam autem partem litterarum nostrarum, quam dicimus, corrigimus etiam litterarum prædictarum eam partem, in qua statuitur quòd nec commissarius generalis in ministrum seu procuratorem generales, nec procurator generalis in ministrum vel commissarium generales, nec minister generalis in procuratorem vel commissarium generales, nisi post sexdecim annos eligi possint. Dantes & concedentes eis ad quos spectat, facultatem commissarium generalem in ministrum seu Procuratorem generales, & è conuerso etiam immediatè postquam aliquo ex dictis officiis functi fuerint, etiam lapsu temporis prædicto non expectato, pro tempore eligendi pariter mutandum decreuimus: vt omnino iuxta prædecessoris nostri decretum , illi qui ministri fuerint, commissarij, aut procuratores generales, vel curiæ commissarij, non possint nisi post sexdecim à sua ab officiis prædictis absolute finitos annos in generales ministros, commissarios, aut procuratores, vel curiæ commissarios eligi aut assumi, quatenus dum in officiis prædictis fuerint, ablata illis omni ambitionis occasione rotos se ad ea quæ suarum partium esse dignoscuntur, sincerè diligentèrque agenda conuertant & dedant, omni ambitus cogitatione abiecta. Ministri autem

prouinciales per duplum tempus officij ministe-
 riatu, postquam absoluti à tali officio fuerint, in
 ministros prouinciales reelegi non possint. In reli-
 quis litteras nostras prædictas firmas esse volumus,
 atque in suo permanere robore. Ad ea autem, quæ
 in prædictis prædecessoris nostri litteris contra re-
 currentes ad secluarium, & aliquarum extra dictum
 ordinem personarum fatores ad aliquod officium
 in ordine habendum statuta sunt, aliquid adden-
 dum censuimus. Nam dum aliquæ extra dictum
 ordinem personæ pro aliquo fratre officium quod-
 dam vel per seipsos, vel per nuncios tuos, aut litem
 petebant, negare dicti fratres consueuere, se villo
 modo dictas personas ad prædicta sollicitasse: idem
 quoque dictæ personæ facere solitæ erant, negâtes
 se à dictis fuisse fratribus sollicitatos ad tale pro eis
 faciendum officium, sicque ad eorum correctionem,
 qui contradictam prædecessoris nostri ordinatio-
 nem faciebant, procedi nullo modo poterat. Vnde
 vt huic malo obuiam conuenienti eatur remedio,
 statuimus & decernimus, quod is frater pro quo se-
 cluaris aliquis cuiuscunque gradus aut conditio-
 nis fuerit, & quæcunque alia extra dictum ordinem
 persona rogauerit & petierit, verbo litterisve, aut
 nuntiis, seu aliâs quomodocunque per se vel alios,
 vt aliquod illi officium in ordine prædicto detur,
 ipso facto actiua passiuæque voce priuatus sit, ad
 omniæque ordinis officia inhabilis habeatur, nisi le-
 gitimè cõstiterit aliquem ex malitia rogatores huius-
 modi subornasse, vt illi pro quo rogarêt aut scribe-
 rêt, occasione huius nostri statuti nocerêt, & preiu-
 dicarent: vt pro eo quod amicos suos extra ordinem

P A R S D E C I M A

fratres prædicti sollicitare cōsueuerant, ad aliquod in ordine officium eorum fauore assequendum, maiori vtantur de cætero diligentia ad eos hortandos, & rogandos, ne vllum pro ipsis officium petant, aut ad aliquod pro illis habendum officium suum interponant fauorem. Non obstantibus præmissis, necnon omnibus illis, quæ in litteris prædictis concessum fuit non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 29. Aprilis. 1579. Pontif. nostri anno septimo.

Cæ. Glorierius.

Die v. mensis Iunij 1579. Parisiis in cænobio Fratrum minorum de obseruantia, congregatis omnibus vocalibus, qui ad celebrandum capitulum generale conuenerunt, per reuerendissimum patrem de Capite Fótium, prædicti ordinis generalem ministrum, in loco diffinitionis capituli nuncupato, præfatum breue per reuerendissimum dominum Anselmum Dandinum Protonotarium Apostolicum Sanct. D. nostri Greg. xiiij. & sedis Apostolicæ apud Henricum tertium Gallorum regem Nuntiū, præsentatum, publicatum & intimatum fuit, & per me Leonardum Iacopinum Calliens. eiusdem domini Nuntij Secretarium de mandato ipsius alta & intelligibili voce lectum fuit.

Leonardus Iacopinus qui suprâ.



FRATER FRANCISCVS
 GONZAGA TOTIVS ORDINIS
 minorum generalis minister & seruus, re-
 uerendo nobisque in Christo dilecto pa-
 tri fratri Martino Boëreo, eiusdē familiæ
 regularis obseruatiæ, prouinciæ Turonię
 Pictauiensis patri optime merito, necnon
 conuentus nostri reformatorum siue re-
 collectorum, S. Francisci de Cluys Guar-
 diano, salutem & pacem in domino ex-
 optans.

Ro muneris nostri debito, in id affi-
 due mentis nostræ cogitationes dirigi-
 mus, vt Dei gloriã, animarum salutem,
 quantum nobis ex alto permittitur,
 omni ratione procuremus. Sanè ob id
 in vniuersas seraphici ordinis nostri prouincias pa-
 tres præfati ordinis: doctrinã, moribus, & vita pro-
 batos, libenter (quando nos eisdem prouinciis ob
 impedimenta adesse personaliter non possumus)
 dirigimus. Cum igitur præfata Turoniæ Pictauien-
 sis prouincia, nostra plurimum indigeat præsentia,
 tam ob defectum visitatoris, qui minister nempè
 dictæ prouincialis infirmitatibus detentus ægrotat,
 tumque ob præfata prouinciæ reformationē, nec-
 non propter multa alia in ea (ob eiusdem bonum

FARS DECIMA

commune) negotia peragēda. Nosque cum in præsentiarū valde ab aliis ordinis grauissimis negotiis simus præpediti, necnon ad prædictam prouinciam nos ad præsens recipere seu transferre valeamus. Te idcirco (cuius integritati & sinceritati plurimū confidimus, cuius pietatem, ac religionem, modestiam, & grauitatem, in rebus bene gerendis, facilitatem, dexteritatē, ac ingenium luculēter cognoscimus, in eandē prouinciā tenore præsentiu destinamus, cum sanctæ obedientiæ merito, atque commissarium instituimus cum plenaria facultate & authoritate nostra visitandi (statim his nostris visis, acceptisque, ac sine prorsus aliqua mora seu contradictione) & reformādi totam antedictam prouinciam, iuxta Barchinonensia statuta, necnon litteras nostras super huiuscemodi reformationem à nobis specialiter confectas, ad te vero missas, per manus reuerendi patris fratris Yuonis Magistri. Quibus exactè & completè à te, omni cum diligētia, sollicitudine, & Dei timore & charitate expletis, ad nos omnia referes. Præcipiētēsq; omnibus & singulis patribus & fratribus prædictæ prouinciæ per sanctam obedientiam, in virtute sancti Spiritus, sub pœna nedum omnium actuum legitimorum priuationis, verum etiā excōmunicationis latē sentētię pœna, ipso facto incurrenda, vt tibi veluti nostro vero & legitimo commissario in quæ ad tuum pertinent commissariatus officium humiliter omnique cum deuotione pareant. Vale in Domino: ex conuentu nostro Aemariano Parisiorum, die 17. Augusti. 1582.

Volumen hoc præfens, ne me abs re fortasse autumes (mi frater) antecedenti ex delegatione epist. reuerend. patris scilicet fratris Martini Bœrei, augendi duntaxat causa apposuisse: quoniã quidem prædictã quoque subsequelã, videlicet duo sequentiã apographa eo in fine huius libri contextimus, ut summã internosceres sollicitudinẽ, quã reuerendiss. noster & ingenio. & prudẽtia acutissimus pater generalis diligentius habet, non modo in totius maioris hesperia frugiferam reformationem, secundum publicam illam, eandemq; sacram D. nostri patris seraphici Francisci mentem, verum languescens etiam Gallie, ac vniuersa Hispania, ad quam depositum hinc postmodum pergit, rectos nimirum fines, atque terminos illos, quos perpetuo quidem, optimi patres doctoresque inuiolatõ conseruauerunt, ex quorum liberalissima doctrina, hunc coractauit manipulũ, quam tu ipse liquido cognoscere poteris, humanitatis iuxta, ac pietatis usq; plenã v:untatẽ prædicti nostri generalis, constatũ fuisse, si per legere minimẽ grauaberis, quã in quã volũtas, sic uti ad hoc fuerat ipsius præstantiss. ministri maxime bona, ita propõsor in dies, firmiorq; semper in ulẽ incumbit, quã istarũ, quas præfens volumen amplectitur, lectio pariter, atq; triũ nobis epist. subiectus, detegit. Proinde igitur, ubi hæc attente legeris, relegerisq;, tuatũc intererit, si proculdubio, post obitũ cupis, tutum salutis portum accedere, prout melius valebis, noctes & dies conari, quã huic volumini præfato concluduntur sapienter obseruare. Vale interim, perquam optime semper in Christo Iesu.

EPISTOLA

Reuerendissimi patris F. Francisci Gõzaga ordinis minorũ generalis ministri, quã ad partes ultramontanas discessurus, patres & religiosos prouinciarum Italie eiusdem ordinis de obseruantia admonet, & ad sue professionis obseruantia excitat, necnon & nos Gallos chordigeros, et patet per subiectum commissiõis præacti reuerend. patris Bœrei, cui præcipit suã prouinciã reformare ad instar harum sequentium litterarũ.

PARS DECIMA

FRATER FRANCISCVS GONZAGA
 totius ordinis minorum generalis minister & seruus,
 reuerendis ac venerandis patribus, commissariis, ministris,
 guardianis, Vicariis, presidentibus, & aliis religiosis
 Prouinciarijs Italiae eiusdem ordinis regularis obseruan-
 tia, nobis amantiſſimis: salutem.

Quonia ex onere nobis iniuncto, super oues
 cure nostre cocreditas inuigilare debemus,
 & eas salutari doctrina pascere: Idcirco vt
 proprijs auribus, earum vocibus auditis, impedime-
 ta salutis ab eis remouere efficacius valeremus, om-
 nes fere Italiae Prouincias, non sine ingenti nostro
 labore visitare curauimus: Vnumquemque subdi-
 torum nostrorum sincero cordis affectu obsecran-
 do, & monita salutis eis dando: idque solo animarum
 zelo acti, & vt prouinciarum labentium insturatio-
 nem promouere vtcunque possemus. Cumque ob
 presentis temporis infelicitatem, & quorundam
 pastorum incuriam, atque ouium multarum igno-
 rantiam, sancta & Euangelica paupertas quam de-
 uouimus, adeo in plerisque locis periclitetur, vt in-
 stituti nostri excidium imminere videatur. Ideo huic
 damno occurrere volentes, & fructum de nostro
 labore percipere exoptantes, ea quae saepe saepius
 verbo expressimus, & statutis inuilitatis prouincijs
 pro illarum reparatione ordinare curauimus, etiam
 nunc ad partes vltimontanas profecturi, presenti
 scripto repetere decreuimus, vt memoria magis ha-
 reant, & feruentiori conatu a vobis ea quae sunt vi-
 tanda vitentur: & quae adimplenda sunt, opere com-
 pleantur.

Primo quia iuxta declarationem domini Leonis Papæ decimi, fratres minores ac de regulari obseruatiua, incapaces sunt onerū perpetuorum, missarum & diuinorum officiorum, ideo non licet vobis huiusmodi onera acceptare: obstante expressa eiusdē D. Leonis prohibitione. Præcipimus ergo vobis, vt ad vnguem obseruetis constitutionē factam in capitulo generali Vallisfolletano, quæ sic habet, cæterum capellanas quas vocant perpetuas per conuentiones præsertim & instrumenta publica, recipi in aliquo conuentu omnino prohibemus: & si quæ hactenus sunt receptæ, illas protinus resignare præcipimus, conuentionesque & pacta rescindi: sed liceat fratribus per modum eleemosynæ duntaxat, missarum subsidia quæ liberè oblata fuerint recipere.

2^o Quoniā annui redditus intra immobilia censentur à iure, ac huiusmodi redditus obtinere, paupertati & modicitati professionis nostræ repugnat, ideo non licet vobis tales redditus habere. constat in sacro concilio Trident. sessio. 25. cap. 3. de regularibus. & expresse definitum est à bonæ memoriæ Clement. 5. in Clement. exiui de paradiso art. 7. S. cumque annui redditus. Ita etiam declaratur à S. Bonauentura, Quatuor magistris, Ioanne de Pechano, Hugone, Bartholomæo de Pisis, & Antonio Cordubensi, viris doctissimis, & in rebus professionis nostræ expertissimis. Innuitur autem hæc doctrina iis verbis regulæ nostræ, fratres nihil sibi approprient, nec domum nec locum nec aliquam rem, sed tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, va-

dant pro eleemosyna confidenter. Vnde eiusdem regulæ expositio quæ sanctorum patrum ordinis communiter appellatur, super hunc locū sic habet. Hic præcipitur secundum magistros & sanctum Bonaventuram, nihil habere fixum, vt redditus.

3 Legata vobis facta, non potestis exigere tanquā habētes aliquid dominij aut iuris in illis: neque petere illa posteris in iudicio vel extra, quasi vobis debita ciuilitate: quia ex professione vestra incapaces estis iuris, & actionis cuiuscunque ciuilitate, ratione etenim paupertatis ad quam tenemini, non potestis prætere ius aliquod ciuile, circa aliquā rem, patet ex præfata declaratione D. Clement. art. 6. §. denique. Vbi dicit quod fratres recurrentes ad habentes pecunias pro rebus necessariis in omnibus sic se gerant, quod se cūctis ostendāt, in dictis pecuniis sicut nec habēt, pœnitentibus nihil habere. Dicit præterea idē D. Clement. art. 7. quod fratres ipsi nullo modo debēt assistere curiis, quando in illis de rebus agitur, in ipsorum commodis cōuertendis: quia ex his quæ foris patēt verisimiliter crederetur, in ipsis rebus fratres assistētes, aliquid quærerent tanquā suum. Nullo ergo modo (inquit idem Romanus Pontifex) debēt huiusmodi voti & regulæ professores, se talibus curiis & litigiosis actibus immiscere cōformiter ad hanc doctrinā in capitulo generali Burgēsi, celebrato anno 1523. ita diffinitū est. Declaratur quod ad perpetua legata petenda, non possunt fratres recurrere, nisi per modum eleemosynæ, absque alicuius debiti allegatione. Et in capitulo generali celebrato Assisij anno millesimo quingentesimo vigesimo sexto, facta fuit hæc constitutio. Decernitur ac præ-

cipitur
gata pe
talibus
eleemo
vel mi
faciat p
qui imp
lunt ill
obligar
si volue
tamen
voluer
las, & e
possint
ibi. In
à sancta
hibemu
ter per
ad facie
nam pe
ordini
talis fu
aliquo
exigi p
dum in
cium h
re pote
4 Non
nouelli
tibus, in
domos.

cipitur quod fratres nullo modo recipiāt aliqua legata perpetuo relicta aliquibus personis, vel hospitalibus vel aliis domibus, vel dent fratribus certam eleemosynam simpliciter, vt ipsi dicant certa officia vel missas : imo quod Guardianus vel præsidens faciat protestationem iuridicam & authenticam ei qui implere tenetur testatoris volūtatem, quod nolunt illas eleemosynas ex vi illius legati, nec volunt obligari nec teneri ad illa officia vel missas: & quod si voluerint legatarij transferant in alium locum. Si tamen facta ista protestatione, legatarius præfatus, voluerit ex sua mera volūtate, dare eleemosynas illas, & committere fratribus dicta officia & missas, possint fratres cum bona conscientia recipere : hæc ibi. In statutis etiam generalibus Salmanticensibus à sancta sede Apostolica approbatis, sic habetur. Inhibemus etiam per obedientiam quod nullus frater per se vel per alium, inducat aliquam personam ad faciendum vel ordinandum aliquam eleemosynam perpetuam, vel ad vitam sibi vel alteri, vel etiã ordini, aut conuentui, exhibendam : & si aliqua talis fuerit ordinata, nullo modo à fratribus vel ab aliquo nomine ipsorum in iudicio exigatur, aut exigi procurent, hæc ibi : cæterum ad subleuandum indigentiam fratrum legata ipsa, extra iudicium humiliter & per modum eleemosynæ petere poteritis.

4 Non licet vobis oblationes pecuniarias in missis nouellis in diebus indulgentiarū, aut aliis solēnitatibus, in vestris Ecclesiis recipere, vel per plateas seu domos, cū disco, capsula seu arcula denarios per vos

ipſos aut per alios querere, pro luminariſus, ſeu pro fratribus ſuſtentandis, aut infirmis ſubleuandis, vel alia quacunque ex cauſa: quia hæc omnia ſunt queſtus pecuniarij, vobis prohibiti. Vnde in ante dicta D. Clemen. declaratione art. 6. §. Quocirca queſtus &c. habetur, quod queſtus omnis pecuniæ, ac oblationum, pecuniarum receptio in Eccleſia, ſunt fratribus ſimpliciter interdicta, & in ſtatutis generalibus Salmaticen. cap. 4. habetur. oblationes pecuniaras in miſſis nouellis aut ſimilibus, fratres nullo modo recipiant, aut recipi permittant, hæc ibi.

5 Non licet vobis in Eccleſiis veſtris truncos vel cyppos habere, ordinatos ac offerentium ſeu donarium pecunias reponendas, quia interdictum eſt vobis in eadem D. Clementis declaratione loco citato. Vnde in capitulo generali celebrato Aſſiſij anno 1526. ſic definitum eſt. Non permittatur in Eccleſiis noſtris truci ſub quouis palliato colore, nec pro ædificandis Eccleſiis ſeu clauſtris, nec pro indulgentiis luctandis, nec pro fratribus ſuſtentandis, nec pro confraternitatum manutentionia, hæc ibi.

6 Seraphicus Pater noſter S. Franciſcus, cum ſumme affectaret ſuæ regulæ profeſſores totaliter eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia & eius uſu totaliter inexperros, eis denariorum receptionem & contractionem prohibuit dicēs, præcipio firmiter fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam. Vnde Nicolaus tertius, & Clemens quintus declarant, fratres ipſos nõ ſolum à receptione, proprietate, dominio ſue uſu ipſius pecuniæ, verum etiam à contrectatio-

ne qua
go ab
ctatio
neralis
que fra
trectau
aut ſup
feſſion
natura
militu
tiæ ap
hendi
pratex
quod i
quoui
ſi aliq
rit, va
nat pe
rium a
ceris p
priuat
feſſion
pitulo
petiur
narios
ideo v
indire
re pra
7 No
modi
ctus &
collig

ne qualibet ipsius, esse pœnitus alienos. Cauete ergo ab omni denariorum receptatione seu contrectatione, ne incidatis in pœnam constitutionis generalis Salmaticensis, quæ sic habet cap. 4. Quicumque frater supra seportauerit, aut manu propria contrectauerit pecuniã, aut in pera quam portat secum, aut supra iumētum portauerit, vel in cella aut confessionariis retinuerit, pœna carceris per mēsem puniatur: hæc ibi. Caterum ne symoniæ species vel similitudo in administratione Sacramenti pœnitentiæ appareat, aut occasio confessariis detur contrahendi vitium proprietatis, eis inhiemus ne quouis pretextu aut palliato colore, scienter permittant quod in eorum cellis, aut confessionariis, vel in alio quouis loco, pœnitentes relinquunt denarios. Sed si aliquis ex pœnitētibus elemosynam dare voluerit, vadat ad procuratorem seu syndicum: & reponat penes eum. Si quis autem confessorum contrarium attentare præsumpserit, præter præfatam carceris pœnam, & vocis actiue ac passiue ad biēnium priuationem, priuabitur officio audiendarum confessionum, nec restitui poterit nisi in prouinciali capitulo. Quia vero nonnulli superiores interdum reperiuntur, qui saltem animarum minus curantes denarios ab ipsis confessoribus exigere non verentur, ideo decernimus ne quispiam illorum directè aut indirectè denarios à dictis confessoribus exostulare præsumat quoquomodo.

7 Non licet vobis habere hortos, prata, & huiusmodi, vt colantur & olera seu alia hortalicicia vel fructus & fœnum pretio distrahantur: neque vineas ad colligendum vinum habere potestis. Vnde D, Cle,

PARS DECIMA

mens in præfata declaratione art. 7. §. licet vero, aut, habere tamen hortos aliquos vt colantur, ac olera & alia hortalia pretio distrahantur, necnon & vineas, repugnat suæ regulæ, & ordinis puritati, & D. Nicolaus tertius in sua præfata declaratione ar. §. ad hæc, dicit quod si testator legaret fratribus vineam vel agrum ad excolendum, vel domum ad locandū à tali legato & eius receptione, per omnē modum fratres abstineant, cum etiam præmissa habere vt pretium fructuum suis temporibus habeant, ad naturam & formam prouentuum appropinquēt, merito ergo in capitulo generali Būrgensi celebrato anno 1523. decretū fuit quod omnes vineæ ex quibus fratres colligunt vinum pro sua prouisione ad bibendum, tollantur, destruantur & eradicentur. Itaque vobis præcipimus ne vineas ad colligendum vinum habeatis.

8 Non licet vobis siue per vos siue per procuratorem, hortos, prata seu partē aliquam domus pretio locare aliis: aperte colligitur ex præfatis Apostolicis declarationibus, præsertim D. Nicolai 3. & huius rei ratio est, quia talia facere, ad naturam & formam prouentuum appropinquat: vnde tam in capitulo generali Assisij celebrato anno 1526. quam in statutis generalibus Salmaticen. sæpe superius allegatis, cap. 6. sic diffinitum est. Nullus Guardianus loci, vicarius, aut alius quomodocūq; præsidens etiam per procuratorem, audeat vendere ligna, fœtium, vel quæ nascuntur in hortis, & huiusmodi, neque pascua, domos aut hortos ipsos quouis modo locare, hæc ibi. Similiter illicitum est vobis & indecens, in hortis seu pratis vestrorum locorum, boues

aut al
& pre
decen
9 An
vestim
fatam
autem
obliga
autem
cen. ca
re, in
paupe
stium
ipsum
ex sæp
clarat.
git. Pr
(volen
fatoru
habit
uitate
clarati
cen. dā
fitas n
qui de
muner
verent
rios e
intent
etiā di
commu

aut alia animalia nutrire, vt postmodum vēdantur,
& precium ad fratrum vtilitatem conuertatur: in-
decens enim hoc est statui vestro.

9 Ait regula nostra Seraphica cap. 2. fratres omnes
vestimentis vilibus induantur, quæ verba iuxta præ-
fatam Domini Clementis declarationem art. 2. §. vt
autem, &c. sunt præcepto æquipollentia, & tanquã
obligatoria à fratribus obseruãda. Vestimentorum
autem vilitas, vt docet statutum Generale Salmati-
cen. cap. 2. attendenda est in pretio pariter & colo-
re, in quibus semper reluceat asperitas, vilitas, &
paupertas: sed iudicium huiusmodi vilitatis tam ve-
stium exteriorum quam interiorum, non fratribus
ipsis subditis, sed prælatis commissum est, vt constat
ex sæpe dicta Clement. declaratione art. 4. & ex de-
clarat. D. Ioannis xxij. quæ incipit, quorundam exi-
git. Proinde quemadmodum temeritas illorum qui
(volentes plus sapere, quã oporteat sapere, & præ-
fatorum Rom. Pontificũ declarationes negligētes)
habit^o curtos, strictos, inusitados & squalidos ac no-
uitate plenos assumunt, per præfatã D. Ioan. 22. de-
clarationē, & per statuta generalia præfata Salmati-
cen. dãnata est, ita vestimentorũ pretiositas & curio-
sitas multorũ, merito profligari debet: sciãt ergo illi
qui de panno pretioso, vel alio simili contra com-
munem prouinciarum & locorum vsus vestiri non
verentur, siue sint prælati siue subditi, se contra-
rios esse, tum paupertati quam professi sunt &
intentioni Seraphici nostri Patris Francisci, tum
etiã dictis declarationibus Apostolicis, in quibus nõ
committitur prælatis vt de vtilitate vestium temere

& ex animi sententia arbitrentur & iudicent, sed illorum conscientia onerantur: vt videlicet prudenter, & cum timore Domini id iudicent, habita ratione altissimæ paupertatis nostræ & consuetudinis vel conditionis patriæ. Vnde inquit idem Clemens, huiusmodi vilitatis iudicium, ministris, & custodibus seu guardianis duximus committendum, eorum super hoc conscientias onerantes, ita tamen quod seruent in vestibus vilitatem, hæc ibi: & præfatus D. Ioan, quando committit prælati arbitrari & iudicare de vestimentorum colore, vilitate, pretio & paupertate, statim subiungit, super quibus eorundem ministrorum, custodum, & guardianorum, conscientias oneramus, & præcipit fratribus, quatenus in dictis & iis similibus, arbitrium, determinationem siue iudicium generalis ministri in toto ordine, & prouincialium ministrorū in suis prouinciis sequi omnimodo: illisque patere per omnia teneantur, obsecro ergo vos per misericordiam Dei, vt omnis pretiositas & curiositas longe sit à vestimentis vestris, quæcunque enim sunt in vsum verorum pauperum, iuxta paupertatis regulam mensuranda sunt. paupertas autem vera (vt inquit S. Bonauentura) nihil pretiosum habet: & religiosi pauperis, cum regula sit pauper, vestis pretiosa & curiosa, confusio est. Vnde in ante dicta Domini Nicolai declaratione dicitur, quod semper in nostris fratribus, & eorū actibus paupertas sancta reluceat, prout ipsis ex eorum regula inuenitur indicta. Itaque si aliquis vestrum post præsentium publicationem, de panno pretioso, vestem aliquam sibi fieri permiserit, huiusmodi veste priuetur, & pœna proprietarij puniatur:

ac si

ac si
suo c
de pa
de ec
tus fr
non
patre
gula
hoc
gno
io
roma
& cæ
repor
offici
dicar
quod
mata
eis fu
Mart
les Sa
De
religi
forib
bis e
xauin
rum
fenti
rales
na p
fenti
sterio

ac si prælatus vel superior fuerit, ultra dicta pœnas, suo officio priuetur: nemo igitur vestrum induatur de particulari panno, sed quilibet in suo conuentu de eo panno vestiatur, de quo reliqui dicti conuentus fratres induuntur: & sit vobis turpe, in veste vili non imitari Christum, Apostolos & Seraphicum patrem nostrum Franciscum, qui in prima sua regula dicebat, non querant fratres caras vestes in hoc sæculo, vt possint habere vestimentum in regno cœlorum.

10 Quoniam indecens est, quod fratres nostri aromatarij & infirmarij vendant sinamomum, piper & cætera huiusmodi, ideo talia fieri, aut arculam ad reponendas denariorum eleemosynas, habere in suis officinis, vel de pretio cyrporum seu aliorum medicamentorum conuenire, omnino prohibemus: quod si pro pharmacis vel alio labore ipsorum aromatariorum, eleemosyna aliqua pecuniaria elargita eis fuerit, tradatur procuratori, quemadmodum per Martinum quintum, & per constitutiones generales Salmaticenses extitit ordinatum.

Denique quia interdum non sufficit salutis viam religionis ostendere, sed necesse est pœnam trãsgressoribus infligere, ideo in prouinciarũ statutis à nobis editis, pœnas contrafacientibus infligendas taxauimus: & nunc omnibus & singulis prouinciarum & locorum Italiæ prælatis & superioribus presentibus & futuris, euam si sint commissarij generales, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna precipimus, ne contra ea quæ cõtinentur in præfenti epistola nostra (quam in communitate monasteriorum suorum legi mandamus) quicquam at-

tentare præsumant, aut fieri scienter permittant: ad
 hanc autem grauissimam pœnam infligendam impellimur, crassa incuria multorum, mādāta superiorum seruare negligentium. Attendite igitur vobis
 ô patres, & auribus cordis verba mea percipite, ne cum hypocritis & trāsgressōribus pars vestra reponatur. & ne vobis videatur grauis hæc professionis vestre paupertas euangelica, quæ multis magnisque commodis spiritualibus leuari solet, quemadmodū non obscure innuit Seraphicus pater noster Franciscus in regula dicens, Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos hæredes & Reges regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit: hæc sit portio vestra quæ perducit in terram viuentium, cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub cœlo habere velitis. Memineritis etgo per Deū immortalem ordinem nostrum nil proprium possidere, & in tanta rerum terrenarum abdicatione nō infructuose fundatum esse, sed multis de causis. Primo vt vestigia Christi perfectius imitemur: iuxta illud Matthæi 19. si vis perfectus esse vade, &c. & vt laqueos auaritiæ liberius declinemus: qui enim diuites fieri volunt, in laqueum incidunt diaboli. Secundo vt culpas superfluitatis plenius expiemus, & altioris meriti gloriam per varias virtutes paupertatis consequamur. Matth. 5. Beati pauperes, &. Tercio vt mente liberiores simus ad spiritualia studia orationis, contemplationis & lectionis: & vt prædicationis studio expeditius intendamus, ac verbū Dei minus intrepide omnibus proponamus. Quar-

tō v
 mu
 fica
 nob
 tua
 ab
 por
 sim
 Do
 Ro
 gre
 Val
 D
 de A
 mil

nu p

reso
 dim
 pat
 gen

tō vt magis cōfidere omnes in eum sperātes doceamus, & occasione petendę eleemosynę, aliorū ædificationi frequentius operam demus: atque ij qui nobis in temporalibus subueniunt, fiducialius spiritualia requirant. Quinto vt tanto cautiores simus ab omni scandalo, quanto magis timemus in temporalibus deperire, & denique vt tanto humiliores simus quanto magis subsidio aliorum indigemus. Doctrina est Sancti Bonauenturę, vt patet supra. Rogate Dominum, vt in omnibus quę ad salutem gregis attinent, nos dirigat, foueat atque confirmet. Valete.

Datum Romę in sacro conuentu beatę Marię de Araceli, die decima nona Martij, anno domini millesimo quingentesimo octuagesimo secundo.

Frater Franciscus Gonzaga qui supra manu propria.

Methodus viuendi in locis patrum restrictorum, reformatorum, seu recollectorum prouinciarum ordinis minorum de obseruantia, iussu reuerendissimi patris fratris Francisci Gonzaga eiusdem ordinis generalis ministri seruandus.



FRATER FRANCISCVS GON-
ZAGA, TOTIVS ORDINIS MINO-
rum Generalis Minister & seruus, venerandis, pa-
tribus Custodibus, Guardianis, Vicariis, Præsi-
dentibus, & aliis religiosis, præsentibus & futu-
ris, custodiarum & locorum restrictorum seu re-
collectorum aut reformatorum, nostri ordinis
minorum, Salutem.



V M primum ordinis minorum Dei
benignitate generalis minister crea-
tus essem, quod huius officij ratio po-
stulabat, statui omnes ministerij mei
curas & actiones, ad eorū quibus præ-
essem vtilitatem & salutem referre, regularem di-
sciplinam propagare, mores ac vitam ipsorum fra-
trum & maxime eorum qui reformati nuncupantur,
ad regulæ quam profitentur puriorem obseruantia
diuina opitulante gratia dirigere. Verum cum po-
stea vos visitarem, facile intelleximus, quod in
plerisque locis vestris, nullæ habebantur constitu-
tiones, in quibus ea continerentur, quæ perfectioris
obseruantia fundamenta sunt. Experientia etiam
didicimus, quod si huiusmodi constitutiones in illis
haberentur, non passim sed raro à via perfectionis
deuiarent Proinde vobis qui ad ea quæ paupertatem,
humilitatem, orationis assiduitatem, & carnis
mortificationem concernunt, propius accedere ap-

petitis, præsentium serie exhibemus modum viuendi in locis vestris vna cum generalibus & prouincialibus statutis, præsentibus non contrariantibus, obseruandum, olim à Reuerendiss. patre Martiali Boulier Vicario generali Ultramontano insinuatū, & postmodum à reuerend. patre Fratre Francisco Anglorum tunc temporis generali ministro, aliquibus prouinciis oblatum. Qui quidem modus in tria tantum capita ad honorem sanctissimæ Trinitatis distinguitur.

De diuino officio, silentio, & oratione.

C A P. I.

IN primis licet ritus cantandi diuinum officium pius sit, & à sanctis patribus salubriter introductus, tamen vt fratres præfatorum locorum liberius orationi & contemplationi vacent, ac in omnibus ad pœnitentiæ lamenta salutaria, reliquos suo exemplo prouocent, obseruandum erit, vt diuinum officium in dictis locis non cantetur, sed deuote sine nota ab omnibus dicatur, & sic reuerenter, & piè in dicto officio se habeant, vt Deum Optimū Maxim. quem præsentem & sui obsequij inspectorem habent, oculis corporeis conspiciere videantur. Et ita religiose procedent vt hora secunda vel circiter post mediam noctem, officium matutinale finiatur, vt maneat tempus in oratione & deuotione expendendum. Et vigilant superiores, quod legenda vel dicēda in choro, seu communitate, studiose prouideantur. Nullus tamen eximatur à choro seu alia communitate, nisi necessitate urgente, &

PARS DECIMA

hoc de speciali licentia Guardiani. Quod si in celebrioribus festiuitatibus (vt psallendi varietate, spiritus ad cœlestis patriæ desiderium magis excitetur) te Deum laudamus, missam, vespervas seu completorium decantare voluerint, fieri poterit ad libitum V. P. custodis & Guardiani loci. De officiis autem & missis defunctorum, in aliquibus locis decantandis dispositioni & discretioni P. custodis relinquatur.

Quo vero ad orationem, vt spiritu deuotionis magis incresecat, cui cætera temporalia inseruire debent, orationi fratres omnes assuescât, qualibet die totius anni duæ horæ mentalis orationis seu contemplationis, modo infra scripto diuise habeantur, videlicet omni tempore post completorium vna hora huiusmodi orationis habeatur, & à festo exaltationis S. crucis vsque ad resurrectionē Domini, altera hora post matutinale officium. Sed à resurrectione vsque ad præfatum exaltationis festum propter noctium breuitatē, hæc orationis hora, aut post nonam habeatur, etiam in diebus ieiuniorum, aut certe ita distribuatur, vt dimidium istius horæ fiat post laudes, dimidium vero post nonā. Et quoniam deuota lectio, orandi materiam subministrat, semper ante orationem huiusmodi, aliqua lectio deuota breuiter legatur, de stimulo diuini amoris, aut eleuationis seu itinerarij mentis in Deū, aut artis seruiēdi Deo, vel alterius libri deuoti: aut guardianus loci si gratiam ad id habuerit, dicat pauca verba, quasi suggerens fratribus materiam orandi. Et quoniam vbi spiritus Domini, ibi libertas tēpore memoratæ orationis licebit fratribus (causa spiritus

hauriēdi) stare, genua flectere, more sanctorum patrum brachia in modum crucis extendere : vel se prosternere, vel quomodo spiritus iniecerit, dummodo maneant in ecclesia vel choro, in simul aut separatim & non alibi. Vigilent autem praelati diligenter, vt omnes fratres tempore deputato, in oratione se occupent : & si quispiam contrarium egerit, diebus octo stet in oratione cum nouitiis in loco nouitiorum.

Quoniam autem bonum est praestolari cum silentio salutare Dei; & mors & vita sunt in manibus linguarum, & silentium est clavis animae, cultus iustitiae, ac domus religiosae decor & venustas, ideo laborent fratres seruare silentium, primo in locis debitis, videlicet in choro, in dormitorio, in ecclesia & in refectorio, tam in prima quam in secunda mensa, & hoc non solum à residentibus in loco, sed etiam à forensibus : secundo horis debitis, nempe à signo salutationis Angelicae in sero vsque ad primae diei sequentis horae pulsationem, exceptis tamen hospitibus de nouo venientibus, quibus fratres debent ministrare, & illos recipere charitatiue & benigne, eosque cum licentia Guardiani associare, & cum eis submissa voce loqui debent. Similiter hora dormitionis à festo resurrectionis Domini vsque ad festum exaltationis sancte crucis, quolibet die transacta hora post prandium, pulsetur campanella refectorij, & ex tunc sileatur vsque ad nonam. In diebus ieiuniorum simili modo à pulsata campanella post prandium, silentium, seruetur donec fiat signum ad surgendum à somno. Si quis autem silentium fregerit, culpam

suam coram fratribus humiliter in communitate explicabit, eique à Guardiano secundum exigentiam culpæ, pœna imponetur, non tamen intelliguntur silentium infringere, quando pro rebus necessariis loquuntur submissa voce & breuiter, scilicet per spatium vnius, Ave Maria. In aliis autem locis & temporibus fratres in suis locutionibus caueant à strepitu verborum: in quibus modestiam & breuitatem quantum fieri poterit seruare studeant, quia in multiloquio non deest peccatum. Studeant quoque prædicti fratres seruare silentium euangelicum, deuittantes verba ociosa, superflua, & vana, ac multo magis colloquia praua & iniqua, quæ bonos mores corrumpunt. Cæterum quoniam vbi omnibus omnia patent, ibi non est vera religio, vt diuus Bernardus docet: ideo tempore orationis aut silentij, nullus sæcularis introducatur in locum, nisi vrgens necessitas iudicio Guardiani aliud requireret. Et tunc non permittant illos per locum discurrere, ne inde religiosorum quies turbari contingat.

De obseruantia paupertatis.

CAP. II.

Quoniam regula nostra dicit, fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & Christus ait, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt, ideo istorum locorum fratres, taliter induantur, quod omnis curiositas & pretiositas longè sit ab eis, & in vestimentorum suorum pretio & colore, semper asperitas, paupertas, & vilitas: iudicio prælati reluceant, obseruata tamen quo ad colorè vniuersitate prouinciæ. Et ne in modo vestiendi deformes

cum secularium admiratione appareant, sequentur omnes hanc formam. Videlicet quod longitudo habitus ad superiorem partem pedis perueniat: latitudo autem sit ad minus duodecim vel quatuordecim palmorum, aut sexdecim ad summum. quod si alicuius corpulentia maiorem latitudinem requirat, fiet iuxta praelati iudicium. manicę habitus habeant in ore latitudinē palmi ad minus: & in altero extremo, duorum ferme palmorum. at capitij latitudo non transeat à lateribus conum iuncturæ humerorum, sed ad illud perueniat. Longitudo autem illius à parte posteriori cingulum non excedat, sed ad illud fere perueniat. Mantella vero excedant genua semipalmo.

Nullus prædictorum fratrum habeat nisi vnum habitum & tunicam vnā, ideo in quolibet conuentu in loco communi habeantur aliquot habitus & tunice, quibus, quando voluerint, subueniantur. Et istorum habituum curam habeat aliquis F. vt nitidi seruentur.

Missæ in istis domibus non recipiantur pretio dicendæ, sed omnes dicantur pro intentione quam Christus habuit in cruce, & generaliter pro viuīs & defunctis, vt Deus nouit eos obligari. Quod si aliquando ab aliqua persona benefica, multum fuerint molestati ad dicendum Missas aliquas, alicui in particulari applicandas, & non possent sine scandalo renuere, tunc dicantur mere charitatiuè, nullo penitus habito remunerationis pacto vel intuitu. Sed nullo modo denarios pro ipsis Missis recipiant. Cæterum si huiusmodi personæ aliquid aliud à pecuniâ eis liberè obtulerint, poterunt illud humili-

ter & gratis recipere, sicut & ipsi Missam seu Missas gratis pro illis celebrauerint. Caueant tamen fratres ipsi pro posse, vt vsus recipiēdi peculiare Missas, nullo modo in istis domibus introducatur, & si introductus fuerit, pedetentim & prudenter tollatur.

Quia vero dictorum locorum fratres, regulam nostram seraphicam perfectiori modo, vt par est, seruare cupiūt, ideo attendāt declarationi D. Clem. V. exiui ar. 6. §. Quocirca, &c. & caueant ne personā aliquā habeāt in domo vel extra, quæ pecunias pro fratribus recipiat, aut seruet: nullōque in loco denarios deponi faciant, nec arculam vel truncos aut cypos habeant in ecclesia vel sacristia, aut alibi, ordinatos ad offerentium seu donantium pecunias reponendas. Sed prælatus necessitates loci præsentes vel imminētes manifestare poterit benefactori offerenti pecuniam. Videlicet exigentiam olei, pisciū, cæterorumque similium: quod si libere eis largiantur, poterunt fratres cum benedictione Dei ipsas res recipere, denarios autem minimè. Ipsi etiam prælati, quo ad prouisionem necessitatum fratrum, sollicitam curam gerant, circa duo attendendo, videlicet circa puritatem regulæ obseruādā: & fratrum necessitatem prouidendam. Vnde res necessarias pro Dei amore eis oblatas, non respuant: sed benignè cum omni beneuolentia recipiant, gratias agentes Deo, qui temporalia adiicit, iis qui primo regnum Dei quærūt, & iustitiam eius. Si autem oblata eis non sufficiunt, recurrant ad mensam Domini, petentes eleemosynas confidenter. discant tamen modicis esse contenti, & superflua respuere, vt

sciant
remini
ma, q
bus, &
tem nu
tempo
Cleme
dibile
cessaria
moder
nos cu
cauerit
exigua
dis qua
& disc
tres ip
deant
credan
congre
cuncta
nem in
habeb
Prop
triticu
pannu
sine d
sunt d
PP. xii
quid e
Et q
tate, &

sciant cum Diuo Paulo abundare & penuriam pari
 reminiscentes se esse professores paupertatis altissi-
 ma, quæ diuitum abundantiam, compensat virtuti-
 bus, & temporalia commutat æternis. Mustum au-
 tem nullo modo petant in vindemiis, nec triticum
 tempore messiû quærant, nisi prius vt ait Dominus
 Clemens quintus art. 7. §. rursus, esset multum cre-
 dibile ex iam expertis, quod non possent vitæ ne-
 cessaria aliter inuenire, &c. Aliæ vero elemosynæ,
 moderatè fiant, eo modo & forma quibus pater cu-
 stos cum guardianis & discretis loci expedire iudi-
 cauerint. Poterunt tamen tempore vindemiarum,
 exiguam quâdam vini quantitatem pro missis dicē-
 dis quærare, quando idem custos cum Guardiano
 & discretis, iudicauerint esse necessarium. Sed fra-
 tres ipsi in tanta paupertate constituti, ne despon-
 deant animo, aut nimia sollicitudine anxij sint, sed
 credant firmiter verbis illius qui pascit aues non
 congregantes in horrea, & modica sollicitudine
 cuncta eis eueniunt. propterea omnem sollicitudi-
 nem in Deum proiciant, quoniam ipse curam eorū
 habebit.

Propterea fratres huiusmodi nullo modo quærāt
 triticum vel ordeum, vt vendantur, & de pretio
 pannum vel aliæ res necessariæ emantur, id enim
 sine dispensatione (quam pro locis Italiæ qui non
 sunt de reformatis Sāctissimus D. noster Gregorius
 PP. xij. concessit) fieri nequit. petere namque ali-
 quid ea intentione vt vendatur, pecunia est.

Et quoniam Deus vult adorari in spiritu, & veri-
 tate, & secundum quod decens est statui seruientiū,

PARS DECIMA

ornamenta sacrorum preciosa vel curiosa, puta de auro, argento, vel serico, deinceps fratres ipsi nō recipiant, possint tamen receptis vti: neque in posterū fieri faciant aut recipiant thuribula vel alia vasa argentea, exceptis calicibus moderatis, & vasculo (quod decet esse argenteum) pro seruando Eucharistiæ Sacramento, & alio pro habēdo oleo infirmorum. Mappas etiam non habebunt vllō tempore in refectorio, sed tantum manutergia, vt intus & foris paupertas reluceat.

Cuperemus præterea pro sanctæ paupertatis zelo quod libri religiosorum cuiuslibet custodia, reponerentur in bibliothecis communibus monasteriorum, nisi aliquando videretur custodi esse pro animarum salute cum aliquo dispēlandum. Quodque cuiuslibet bibliothecæ, curam haberet religiosus vnus per guardianum destinatus, qui religiosus, intra suum conuentum ex bibliotheca sibi credita, libros necessarios accommodare posset fratribus, sedulam ab ipsis recipiendo, ne deperderentur. sed de re huiusmodi, patres ipsi restricti seu reformati, agant in suis custodiis, vt Dominus eis inspirauerit. Sciant autem indecens esse strictiori vitæ quam totis præcordiis amplecti debent, more diuitum aut aliorum magnorum conuentuum, mulos magnos aut equos, ac seruos pro illis ducendis habere, denariorum precio conductos. Ideo ab huiusmodi absurditate omnino abstineāt, & iumento vno humili duntaxat sint contenti, si sine eo manere non possint: & iudicio custodis, guardiani, & discretorū loci, sit omnino necessarium.

STU
Sger
stri, per
plation
niant
vt eis p
uote in
sit alte
buerin
perliste
aliis pu
custod
fnerit.
Qui
ris est
tus rec
tis mo
na ter
& Ver
Ite
crucer
trum
alias d
re, dur
tis fie
spiritu
filioru
dicti f
prohi
fuerin

STudeant fratres seipſos ad Deum deuote colligere, & ei ac paſſioni dilecti filij ſui Domini noſtri, per lectiones, meditationes, orationes, & contem- plationem ſic ſe vnire, vt quærentes legendo, inueniant meditando: & pulſent orando ſecreta diuina, vt eis pateant contem- plando. & ſic ſincere & deuote in omnibus ſe gerant, vt alterius conuerſatio, ſit alteri in exemplum, & dum conuenire ſimul habuerint, in Pſalmis, hymnis, ſeu in deuoto ſilentio perſiſtere curent. Cæterum de ſeptem Pſalmis, & aliis publicis orationibus dicendis, in vnaquaque cuſtodia, fiet id quod per ſuperiores decretum fuerit.

Quia vero exterioris hominis caſtigatio, interioris eſt vigoratio, ideo vt corpus in ſeruitutem ſpiritus redigatur, & vt paſſionis Chriſti memoria multis modis habeatur, fiat per totum annum diſci- plina ter in hebdomada. Videlicet die Lune, Mercurij, & Veneris.

Item vt magis poſſint in humilitate & aſperitate crucem portare poſt Chriſtum, ſi quis eorum fratrum voluerit abſtinere à carnibus, vel vino, & alias quaſcunque aſteritates & pœnitentias face- re, dummodo ſint diſcretionis ſale conditæ, à prælatiſ fieri permittantur, ipſi tamen prælati (qui vt ſpirituales debent omnia iudicare) poſſint interdû filiorum ſuorum fervorem remittere. Præterea ſi dicti fratres nudis pedibus incedere voluerint, non prohibeantur ſub colore vniſormitatis, quâdo tamẽ fuerint prætereundo in aliis conuentibus, ſi ſibi per

prælatum impositum fuerit, ferant calepodia.

Et quoniam multam malitiam docuit ociositas, & qui non vult laborare non manducet, vt docet Paulus, si aliquod exercitium occurrerit pro bono conuentus, hora à prælato deputetur pro illo peragendo, ad quod omnes fratres, vt vnius moris in domo Dei, conuenite debent. Si autem operi non occurrerit necessitas, non occupentur in corporali exercitatione, quæ ad modicum utilis est, nisi iuuenes, laici, & nouicij, quibus labor & occupatio valde expedire solent, ita tamen quod super omnia attendant prælati, cultui diuino, orationi, contemplationi & adorationi, quia pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futura, & vt fratres occasione priuationis luminis extrinseci, lumen inuisibile auidius quærant, & feruentius studeant librum vitæ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, nullus illorum habeat in nocte lumen in cella, nisi forte ex causa & cum utilitate animarum, prælati cum aliquo duxerint dispensandum.

Quoniam autem iustus in principio sui sermonis, accusator est sui, culpas suas dicent fratres tet in hebdomada, videlicet diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, caueant etiam ne sub reformatorum nomine, confusibiliter vagentur. Ideo nec pro ciuitate petenda seu oppido, licentiam petant, sed si negotium aliquod habent, spectent donec à prælatis alia de causa mittantur, vt in omnibus salutaris obedientiæ scuto, adiuuentur. Secularia ergo negotia cuncta, parentum visitationes, atque amicorum confabulationes, ac discursus & euagationes, om-

nino c
pellan

Qui
sum, a
alienu
agente
dere, se
modi i
pidum
fratru
ctos ce
hospit
deince
rint, se
tores c

Cau
bis, sig
muni
penda
ritis. S
ris, cur
mus:
mand
mand
plit. T
no sic
Deus

gis vr
& de
inuen
conu

nino curent euitare, & ad hæc per superiores compellantur.

Quia vero absurdum est & ordini nostro iniuriosum, atque à Christiana & fraterna dilectione valde alienum, fratres de communi modo viuendi, iter agentes, ad loca dictorum restrictorum non accedere, sed aliò se recipere, & viceuersa fratres huiusmodi strictioris vitæ, transeuntes per ciuitatem, oppidum seu castellum in quo conuentus præfatorum fratrum de communi modo viuendi existit, ad dictos conuentus non ire, sed apud seculares vel alibi hospitari, ideo à tali absurditate, tam illi quam isti, deinceps omnino abstineant. Quod si contrafecerint, seuere per superiores puniantur, tanquam fautores diuisionis, rixæ, atque discordiæ.

Cauete igitur, ô fratres mei dilectissimi, ne verbis, signis, aut quomolibet aliter, fratres alios de communi modo viuendi irrideatis, increpetis vel vilipendatis, quasi vos soli fastigia perfectionis attigeritis. Sed potius memores sitis illius dicti Saluatoris, cum hæc omnia feceritis, dicite, serui inutiles sumus: & diui Pauli dicentis, is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autem, potens est enim Deus statuere illum.

Nolite ergo ante tempus iudicate, sed magis vnusquisque vestrum iudicet (vt ait regula) & despiciat semetipsum. Si quis ergo ex vobis inuentus fuerit, qui verbo vel facto, aliorum conuentuum fratribus detrahere præsumperit,

condigna pœna plectatur à superioribus, tanquam diuisor tunicæ inconsutilis S.P. Francisci.

Moneo itidē vos & exhortor (idque solo Dei zelo ductus, vt ipse nouit qui corda omnium scrutatur) vt si vestrum pium viuendi modum conseruare, & in sanctitate ac iustitia coram Deo augere cupitis, caueatis omnino, ne cōuentus magnos aliorum fratrum vestrorum habere cupiatis, procuretis, aut etiam oblatos recipiatis, quoniam huiusmodi conuentus, magno trāsgressionis periculo expositi esse solent, vt experientia rerum magistra manifestè docet. Sed ad imitationem Seraphici patris nostri Francisci & priscorum patrum vestrorum, loca humilia, & à seculi frequentia ac tumultu distantia, semper habere, & inhabitare velitis: scientes tantam perfectionem quam vester modus viuendi requirit, non esse multorum, sed paucorum & selectorum, quæso igitur ne de vobis dicatur illud Esaiæ, multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā.

Demum ordinationes istæ à cunctis fratribus strictioris vitæ præfatæ ad vnguem illibate impleantur, & sæpè in communitate fratrum legantur, vna cum ea quæ continetur isto in deuoto ac perutili volumine, vt memoriæ magis hæreant, & transgressores ordinationum secundum culpæ exigentiam, rigide puniantur. Licet ex earum transgressione nullum ad peccati vinculum teneri velimus, nisi alias ex diuino vel alio præcepto ad id tenerentur.

Vt autem ista melius obseruentur, & plures ad sequendum vitam istam arctiorem magis excitentur, moneo & exhortor prouinciarum ministros & alios superiores, vt totis viribus foueant & opitentur,

ac perhumaniter tractēt fratres ipsos strictioris vitæ, nihil molestiæ eis inferant, vel ab aliis inferri patiātur, sed eos in Domino habeant commendatos, ita vt nulli pacem turbent, aut quietem impediant. Nulli ergo nobis inferiori licebit hūc viuendi modum turbare, infringere, vel quouis quæsito colore immutare. Si quis autem hoc attentare præsumperit, sciat se contra voluntatem Dei, & sancti patris nostri Francisci ac mei facturum.

Romæ in sacro conuentu B. Mariæ de Aræceli die decima octaua Martij, anno Domini 1582, Datum.

Frater Franciscus Gonzaga, qui supra manu propria.

SEQVNTVR LITTERÆ

commissionis reuerendi admodum patris ac Honorandi doctoris, fratris Ioannis Porthæsy, quas paternitati suæ noster reuerendissimus pater generalis misit, eo fine vt reformaret conuentum seu collegium chordigerorum Parisiense.

CCC

FRATER FRANCISCVS GONZA-
GA TOTIVS INSTITVTI MINORVM
Generalis Minister & seruus, Reuerendo patri
fratri Ioanni Porthasio eiusdem ordinis prouin-
ciae Turoniae Pictauiensis, patri integerrimo, dif-
finitori Capituli nostri generalis, Theologo eru-
ditissimo, egregioque concionatori, Salutem.

EVM neminem lateat ex bonarum literarum, ma-
ximè sacrae Theologiae studio conuentus nostri ce-
leberrimi S. Francisci chordigerorum, Lutetia
Parisiorum, profectus haud ullo precio compensandos, Reip.
Christiana, in primis Galliae euenire, ubi viri doctissimi in
conuentu praefato eruditi haesibus variis & haeticis, to-
tis viribus cum magno animarum fructu se opponunt. id-
circo felici directioni praenominati conuentus nostri, tanto
diligentius prospicere cupimus, quanto uberiores fructus ex
eo Ecclesia catholicae provenire dignoscimus. Cum ergo nobis
incumbat ex officio, aut electioni honorandi Guardiani dicti
conuentus & collegij praesidere, aut commissarium nostrum
deputare, qui dicta electioni praesideat: ac praefati conuentus
negotia dirigat: ob eam causam, & quia immensa negotio-
rum mole praepedit, electioni huiusmodi de proximo facien-
da, non valemus personaliter interesse: te (ò reuerende pater)
de cuius probitate, Catholicae religionis zelo & doctrina, ac
in concretis tibi negotiis & officii singulari prudentia, ple-
nam in domino fiduciam habemus, commissarium nostrum ac
visitatorem & reformatorem praefati conuentus & collegij
nostri Parisiensis, tenore praesentium facimus & deputamus,
dantes tibi vices nostras, ac plenam & liberam facultatem
monasterium antedictum, & omnes & singulas personas
dicti monasterij cura nostra conceditas, cuiuscumque quali-

satis, dignitatis, præeminentia & gradus existant, visitandi,
 admonendi, carcerandi, à carceribus liberandi, excommuni-
 candi, absoluedi, reformandi, à casibus ministris provin-
 cialibus reservatis absoluedi, & huiusmodi absolui possint,
 eis committendi, à pœnis & censuris ecclesiasticis (in quan-
 tum concedere possumus) eos liberandi: causas, lites & con-
 trouersias eorū, à nobis non diffinitas, finiendi, determinandi,
 & sententiandi, electioni faciendæ de dicti conuentus Guar-
 diano, nomine nostro præsidendi eamq; confirmandi: lectoresq;
 dicti conuentus instituendi, aut destituendi, prout publicæ
 utilitati magis expedire noueris. De tumultib. in eo cōuen-
 tu à quibusdam filiis Belial impudenter factis anno præterito
 solerter inquires, ac delinquentes secundum sanum iudiciū
 & depositionem testium punies, cæteraque ages & facies
 secundum statuta ordinis & nostrā ad præmissorum exe-
 cutionem. Præcipimus autem honorandis Magistris, Guar-
 diano, Lectoribus, ac Patribus discretorij Parisiensis, cæteris-
 que patribus & religiosis prænominati conuentus, in vir-
 tute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis à iure statutis, ut beni-
 gne te suscipiant, ac in omnibus ad hanc commissionem spe-
 ctantibus, tibi per omnia patrocinentur, & obediant. Tibi
 itidem per eandem obedientiam mandamus, ut absque ali-
 qua directè aut indirectè excusatione, hanc commissionem
 executioni mandes. Vale in Domino, eundem pro nobis ora-
 turus. Datum in conuentu nostro S. Saluatoris, apud Luce-
 riam Apulia, die 19. Ianuarij. 1582.

Frater Franciscus Gonzaga, qui supra
 manu propria.

CCC ij

AD LECTOREM.

Non abs re (dilecte Minorita) hoc in
 manipulo apposuimus præcedentes
 binasque sequentes epistolas nostri Reue-
 rendissimi patris generalis, eo quod volu-
 mus cunctis innotescere crebrum laborem
 quem sua reuerendissima paternitas assump-
 sit pro pace & reformatione introducenda
 & conseruanda nostro in conuentu seu col-
 legio Parisiorum illas dari prælo curauimus.
 Ideo si quando quis nostrum se inuenerit in
 commerciis seu societatibus nonnullorum
 secularium seu regularium, qui facillimè, &
 irriforiè sæpe agitant in suis colloquiis res
 euentas à biennio in prædicto tanto colle-
 gio, non sine nostræ famæ detrimento & cō-
 scientiæ, humilimè ac omnium zelo tuea-
 mur partes tantæ patris, probrorum magistro-
 rû, doctorum, bachalaureorû, ac patrum stu-
 dentum, semper vero sine præiudicio, notâ-
 que aliqua mala pientissimi & supremi sena-
 tus Parisiensis, necnon consilij privati, quia
 quicquid egerunt tanti domini consiliarij
 siue præsides prædictorum magistratum,
 circa dictum collegium siue conuentû om-
 nia bono fine, adque requestâ plurimorum
 & præcipuorum fratrum nostrorû fecerunt.

Ideo si animū suū vult quis pacificū cōserua-
re, habeat semper ante suos oculos hæc quæ
sequuntur, videlicet curiā non posse pecca-
re, & illam nemini posse iniuriam facere: &
nihil perperam dicere aut scribere de magi-
stratu, quia non tantum bonis sed etiam di-
scolis tenemur parere. Quæ dixi de tantis
orthodoxis ac illustribus dominis, idem fa-
teor de nostro tanto patre reuerendis. Ge-
nerali, in quātū persona publica. Lectura ha-
rum litterarum sequētiā, patenter videbis
quantū laboris sumpserit noster pius pater
pro dicto conuentu, (in quo iam viget ali-
qua reformatio) eo quod personaliter ab Ita-
lia se transtulerit noster generalis non sine
magnis laborib. & amissione, & vt melius in-
quam morte corporali præcipui suorum so-
ciorum, qui nam obiit in conuentu Auema-
riano Parisiis, die 19. Iulij 1582. Vocabatur ille
frater Michael Tauernier, & natus ac ami-
ctus nostro habitu fuerat in prouincia Ca-
thalonix. quare quæ supra diximus de illo
collegio, speramus breui esse totaliter annul-
lata & eradicata à fundamentis, Deo duce,
cui te & me quamplurimum commendo.

Vale.

PARS DECIMA

HONORANDI MAGISTRI, REVERENDI, ac venerandi patres & fratres
conventus nostri Parisiensis.

VM in ratorum filiorum sapientia, doctrina ac numero sim solirus apud me sæpe lætari, mihi fore consolationi vos ac vestra semper credidi, me tamè ab spe ac desiderio frustratum vestris consexi litteris. Fortè aut demeritis patris, aut filiorum insolentia permissum, sed ni fallor vt sapièntiam hominum in spiritu alienis credam, cæterum id facta vestra confirmat: nam quid magis sapientibus indignum, & viris religiosis aduersum, quàm & summo prælato, ac multis ordinis sanctionibus, ne dicam sanctissimis ecclesiæ constitutionibus aduersari? non enim latere debebat tantæ reipublicæ patres, in nostris capitulis generalibus statutum, ad omnes ordinis partes ac prouincias, generalem ministrum posse commissarios destinare. Insuper & eosdem ab omnibus ordinis patribus fore recipiendos, sub pœnis quæ à S. D. N. Papa, in constitutione ædita anno 1575. continentur. Vos autem quo instigante ignoro, num ignorantia, aut malitia, & nostrum ad vos directum commissarium qua decet reuerentia non recepistis, sed cum scādalo ordinis nostri, & hominem expulistis, & idem facere sæculi principes curastis. qui & rechinis suasi rei veritate celata, vestris petitionibus adheferunt, sapiètes, religiosi, illustresq; cū sine vestra humilitate, obuia & taciturnitate potius ædificati fuissent. Quis enim hominum quantumuis sæculi negotijs deditus, non scandalisabitur fauores expetere fratres, vt prælatis rebellent, vt li-

berius pro captu omnia agere valeat? Pagani ne dicam fideles scandalum ex vestra insolentia reportabunt, vestram desleo miseriam fratres, ac meum infortunium deploro, quod fratribus & Franciscanis religiosis putans me praesidere, canes ac viperas in matrè insurgentes, videat sustinere ac regere. Sed nõ ad omnes hæc verba mea refero, sed ad illos potissimum, qui cum nec Deum timeant, nec homines reuereantur, regulæ nostræ transgressores, superbi & inflati cum sint, non Deo sed ventri inseruientes, & libidines confusionésq; suas spumantes, alios corruerunt, commouerunt, sollicitarunt, & fere impulerunt ad seditiones & rebelliones, idque vt diutius in suis malefactis se confouere valeant. Causas multas allegare conati sunt suæ rebellionis, at vera vnicaque causa est quòd nolunt ab aliquo visitari qui eos noscat, & castigare valeat. Afferunt se priuilegium habere de non mittendo commissario ad vestrum conuentum nisi ex vna trium prouinciarũ, at vt probè sciunt, tale priuilegium nec visum nec vnquam cõfirmatum à me fuisse: suaque priuilegia irrita esse constat, donec à generali ministro confirmentur: ad quem regimen conuentus Parisiensis attinet, non autem ad eos qui præcipuam discretorij partem agere & repræsentare consingunt, cum sint potius sinagoga malignantium. Afferunt me velle dare conuentum Parisiensem fratribus aliarũ prouinciarum, quod nunquam in animum meum ascenderat, vt nouit Deus: & ex gratiis & fauoribus patribus trium prouinciarum sæpe à me concessis, perspicuum esse potest.

PARS DECIMA

Noſtis quod ſcelera, ſeditiones & inſolentiæ à duobus annis citra in veſtro conuentu Pariſienſi perpetratae ſunt, contra guardianum, ordinis ſtatuta, & in magnum veſtri conuentus detrimentum: quibus cum occuri non potuerit paternis meis monitionibus, & miniſterio commiſſarij ex vobis ſelecti, conſtèrque ex tribus prouinciis fuiſſe fratres illos qui inſolentias fecerunt & fouerunt, nullus certe commiſſarius ex dictis prouinciis modo mittendus erat, qui nõ eſſet ſuſpectus iudex in multis, quæ commiſſarium mitti exigebant. Hac igitur & aliis rationibus ducti quæ veſtri conuentus cõmodum & decorem concernunt, commiſſarium ex alia prouincia elegimus, patrem inquam Porthæſium, virũ grauem, doctum, prudentem, & tali munere digniſſimum, qui nõ petit hãc cõmiſſionem, vt nouit deus: ſed vocatus & præcepto noſtro coactus eã acceptauit. Cum ergo conſtet conuentũ Pariſienſem ſubiectum eſſe generali miniſtro, cũ cõſtet generale miniſtrũ poſſe particulares cõmiſſarios deſtinare, cum circa veſtrũ conuentũ hoc fecerint alij generales, & vltimus reuerẽdiſ. à Capite fontiu prædeceſ. noſter, qui ad vos miſit r. p. f. Ioannem Benedicti, qui vobis præfuit vt ſcitis (quamuis nõ eſſet ex tribus prouinciis) cũ S. D. N. Papa ſtatuerit cõmiſſarios à generali miſſos, à cũctis fratribus eſſe recipiẽdos, proſecto nulla ratione vera, excuſari poterit hęc veſtra rebellio tãtis itaq; obliſi cũ ſitis in veſtri iacturã & totius ordinis detrimentũ, ego etſi contra pietatẽ innatã, officij nequeo obliuiſci, vt vobis ac ordini ſatiſfaciã. Quare & petitionibus factiſq; veſtris patenti publica & ſequenti respondebo, quã cum ſummopere

expe
 Vi
 fru
 ſi co
 cto,
 ra pr
 cog
 rũda
 prau
 riſſim
 brar
 tion
 vt ſi
 ditas
 glor
 Q
 prou
 batu
 ction
 pinc
 cialc
 cõm
 uent
 part
 D
 ang

expetam, hæc agere cogor vt spiritus saluus fiat.

Vtinam pœniteamini in salutem, vt gaudium & fructum ex iactura more bonorũ reportetis. Quod si contemptu, humilitate ac debito seruitutis neglecto, correctioni nostræ parere recusaueritis, maiora prædictis adicientur grauamina, nam vltimum cogar adire remedium, regi q; christianissimo quorũdam ex vobis delicta, incompósitos mores, atque prauas consuetudines declarare, quibus celebratissimi conuentus Parisiensis splendorem obtenebrare non verentur, nec multiplicem Dei punitionem percipiunt. Nihil enim intentatum relinquã vt si non opportunè vt opto, saltem importunè creditas oues à nociuis reducam, & ad salubria pascua, gloriofaque vt possibile erit ducam.

Quod aliqui submurmurarunt me velle iura triũ prouinciarum mutare: Hoc certè falsum comprobatur ex factis nostris, nam absque aliqua contradictione nostra, imo cū nostro fauore, ex tribus prouinciis ad gradus promouentur, & Guardiani, officiales & lectores conuentus Parisiensis fiunt, nec cõmissario nostro generali cismontano, dictus conuentus subiicitur, sed nobis & commissario nostro particulari.

Datum Romæ in conuentu nostro sanctæ Marię angelorum Assisij, die 3. Augusti. 1581.

P. V. Seruus in Christo Fr. Franciscus Gonzaga generalis minister, qui supra.

FRater Franciscus Gonzaga totius ordinis minorum generalis minister & seruus honorandis magistris doctoribus, lectoribus, & bachalau-reis, venerandis patribus, ac reliquis religiosis conuentus nostri Parisiēsis, sancti Francisci chordige-rorum, diuinæ voluntatis cognitionem exoptat. Tamen si naturali, diuino & humano iure subditi te-neantur summis præfectis suis honorem, reueren-tiā, & obedientiam deferre, illi tamen qui non com-munibus legibus atque decretis, sed peculiari insti-tuto ac voto labiorum ad tātam obedientiam per-petuo mācipantur, promptiores esse debent ad pa-rendum prælatorum suorum mādaris. Nam si vo-ri naturam pensamus, si maiorum vitam inquit-mus, & nostrorum maxime exempla reuoluimus, non obedire tantum præceptis, sed occurrere præ-latorum desideriis debent.

Quapropter vt alias iam ad vos scripsimus, mira-ri satis non possum, tantopere à naturæ fundamen-to, à sanctionibus patrum, & à proprio instituto vi-dere declinatam Franciscanam familiam, & totius ordinis nostri celebratum collegium Parisiense, ac tantæ eruditionis humanæ benemeritos patres, vt non modo nō vereātur, non obedire summi prælati mandatis, verum & resistere sibi ac suo commissario procurent: nec id tantum, sed quasi voluntate pro lege vtentes ad nutum, captamque suam con-tra ordinem & consuetudinem totam familiam componere, ordinare præfectos, legem condere, sæculi principes contra ordinem excitare, simpli-

cium animos ad rebellandum sollicitare, conuen-
rum malignantium facere, omniaque disponere
libere in sui perniciem, proh dolor. Vbi autem,
vbi odor collegij Parisiensis? Mutatus est color
optimus, manum misit hostis ad omnia deside-
rabilia sua.

Quid magis sapientibus indignum, ac viris reli-
giosis aduersum, quam vestro generali ministro,
sanctissimi patris nostri Seraphici Francisci vica-
rio seu legitimo successori, ac tot ordinis sanctio-
nibus, ne dicam sanctissimis Ecclesie constitutio-
nibus aduersari? Nonne regula Seraphica clamat
vniuersi fratres, vnum de fratribus istius religio-
nis, teneantur semper habere generalem ministrum,
& ei teneantur firmiter obedire? nonne iterum
precepit firmiter fratribus vt obediant suis mini-
stris? An non estis vos dñi patris Francisci fra-
tres, & suam regulam professi? Nonne in capi-
tulo generali celebrato Assisij anno millesimo
quingentesimo quadragesimo septimo. §. commis-
sarij missi, &c. decernitur & statuitur quod rebel-
lantes commissariis à generali ministro missis, pœ-
nis ibi expressis plectantur, tanquam conspirato-
res in prælatos? quemadmodum etiam in comi-
tijs generalibus Aquilæ anno millesimo quingente-
simo quinquagesimo nono celebratis declaratum
fuit generales ministros mittere posse commissarios
& sancitum vt qui contrarium asserere præsum-
pserit, sententiam excommunicationis incurrat.
Constat igitur liquido quod poteram ad

PARS DECIMA

vos mittere commissarium, idque ne dum ex tribus
 prouinciis, verum & ex quacunq; ordinis parte
 assumptum. Quod & fecerunt alij generales mini-
 stri prædecessores nostri, vt bene nostis, nec obstat
 quod falsè & cautelosè obiiciatur priuilegium trium
 prouinciarum, tum quod iuxta decreta vltimi co-
 mitij generalis celebrati Parisiis anno millesimo
 quingentesimo septuagesimo nono priuilegia trium
 prouinciarum nisi à generali ministro proben-
 tur, rata non habeantur: cum quod priuilegium
 obiectum de commissario mittendo Lutetiam ex
 altera trium prouinciarum, nec confirmari nec
 videri: tum denique quod S. D. N. Gregorius 13. Papa
 cui omnes Christi fideles, etiam conuentus nostri
 Parisiensis fratres in sua constitutione, quam ad in-
 stantiam reuerendissimi prædecessoris nostri edi-
 dit anno millesimo quingentesimo septuagesimo
 quinto, declarat liberum esse generalibus ministris
 quotiescūque eis expedire videbitur, commissarios
 instituire, præcepitque sub grauissimis pœnis ibi
 expressis, ne dictis commissariis cōtradicere, aut eos
 non recipere præsumant ordinis nostri fratres. Ex
 quibus omnibus satis superque constat quam gra-
 ue flagitium perpetrarunt, hi qui reuerendū patre
 Porthæsiū doctorem eximium, ac totius ordinis
 diffinitorem & patrem, vitam vtique peritissimum,
 grauem, in negotiis expertum & religiosissimum,
 commissarium nostrum, ad vestrum conuētum de-
 stinatum, non receperunt, imo ei se rebellarunt cum
 maximo ordinis nostri scandalo. Gauderem hercle
 patres, in tam calamitoso tempore, non agere iudi-
 cem, non exercere præfecturam. Quid agam dubi-

to, D
 dio,
 hum
 prio
 dicis
 gitio
 vt si
 lam
 uatio
 nes t
 offic
 dicta
 nulla
 omni
 fact
 Præ
 exco
 nis,
 carc
 sub
 alij
 siue
 offic
 stru
 rific
 vt ra
 quar
 præf
 habe
 qual
 lis in
 tant

to, Deum exquirentem sanguinem subditorum audio, impatientiam prauorum experior, & meipsum humana & natia pietas, ab æqua & graui correptione seu punitione retardat: summi patris & iudicis regulam attendere nitar, in tam inopinato flagitio, & iustitiam cum misericordia temperabo, ita vt si fieri poterit, finis consequatur vtriusque, cõsulamque animarum saluti, & ordinis nostri conseruationi. Quare his nostris imprimis electiones omnes tam Guardiani, quam præsentis, ac ceterorum officiorum vestri conuentus Parisiensis, post notitiã dictæ commissionis nostræ factas, cassamus & annullamus, ac irritas atque nullas esse declaramus, omnesque actus tam intra quam extra conuentum factos, nullius extitisse momenti manifestamus. Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis, & omnium officiorum ordinis, ac quarumque dignitatum priuationis, necnon carceris & exilij ad tempus nobis beneplacitum, ac sub nota infamiæ, vt tam Guardianus electus, quam alij officiales vestri conuentus sine nostro præside siue prænominato commissario electi, desistant ab officiis suis & actibus. Vtcrius vobis & cuilibet vestrum, ac aliis quibuscunque in dicto conuentu Parisiensi degentibus, sub eisdem pœnis præcipimus vt tam Guardianum præsentem, quam præsentem quam reliquos officiales, seu vicarios sine nostro præfato commissario electos, quasi priuatos fratres habeatis, nulloque modo illis pareatis, faueatis, aut quasi superioribus dicti conuentus opitulemini vllis in rebus. Verum cum acephala non debeat fieri tantorum congregatio fratrum, in culpa & peccato

PARS DECIMA

maiorum, ac fortè paucorum, ideo tenore præsentium ex officij nostri potestate, ac S. D. N. Gregorij XIII. auctoritate, honorandum magistrum fratrem Petrum Burgundum doctorem Parisiensem prouinciæ Taroniæ prædicti conuentus Parisiensis, sancti Francisci chordigerorum in Guardianum eligo, & electum confirmo, tum quod prædicti conuentus multorum votis expostulatum, tum quod dignum tanto munere fide digna relatione intelligam.

Præcipio dicto honorando magistro Burgundo, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis arbitrio nostro infligendis, vt hoc munus suscipiat, & dictum conuentum regat & moderetur.

Omnibus autem subditis nostris, in dicto conuentu commorantibus, sub pœnis supradictis iubemus, vt dictum honorandum magistrum Burgundum tanquam verum & legitimum prælatum dicti cõuentus suscipiant, eique pareant.

Datum in conuentu nostro sanctæ Mariæ Angelorum, Assisij die tertia Augusti millesimo quingentesimo octuagesimo primo.

Frater Franciscus Gonzaga qui supra manu propria.

Septima Septembris omnium ferme consensu elegerunt in Guardianum ciues dicti cœnobij prædictum Magistrum Burgundum millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, non sine magna hilaritate & prouidentia diuina, quam precor illi adesse vt omnia melius se habeant de cætero dicto in collegio nostro & conuentu chordigerorum.

Vt nam vnusquisque sciat quomodo volunt Rex eiusque consilium fratres omnes instituti prædicti minorum obtēperare iussis generalis suorumque commissariorum, hic apposuimus gratias quas christianissima maiestas suumque parlamentum concesserunt, in disciplinæ ordinis tutionem, necnō conuentuum. Ideo perlegito illas ô amātissime frater si optimè vis scire intentionem ac pietatem tanti regis sui que senatus.

Sequitur supplicatio.



Dominis nostris Curiae Parlamenti.

SV P P L I C A T H V M I L I T E R
FRATER FRANCISCVS GON-
zaga, totius ordinis diui Francisci mini-
ster generalis, quod cum Rex concesserit
dicto supplicanti diplomata hic annexa
pro factis dicti ordinis, ad prædictam di-
recta Curiam, Placeat vobis dicto suppli-
canti præfata diplomata secundum eo-
rum formam & tenorem verificari & in-
therinare, & facietis bene.

Sequuntur litteræ sacre Maiestatis:

HENRICVS Dei gratia Franciæ &
Poloniæ Rex, dilectis & fidelibus cõ-
siliariis, gentibus Curias nostras Par-
lamenti tenentibus, ac omnibus no-
stris locum tenentibus, generalibus,
gubernatoribus prouinciarũ; diocæsis, senescallis,
pratoribus siue eorum vicenigerentibus, omnibus-
que cæteris nostris iusticiariis & officariis, ac cuius-
libet eorum vt ad illum pertinebit, Salutem & dile-
ctionem. Charissimus atque dilectus consangui-
neus noster, frater Franciscus Gonzaga nuper totius
ordinis

ordinis diui Frãncisci Minister generalis electus, certiores nos fecit se propediem iturum, siue missurum ad visitandos omnes qui in hoc nostro regno sui ordinis conuentus sunt, vt bonam sanctamque ibi reformationem secundum eorum instituta, cõstituat. Et quia nos desideramus, vt libere ac maiori possit authoritate onus hoc in honorem Dei & conscientie sue exonerationem, exequi: Nos eam ob causam suis supplicationibus & petitionibus inclinantes, Volumus vobisque per has præsentis mandamus, vt ei assistetis, omnemque illi fauorem, auxilium ac opem feratis, quos ille, siue quos missurus est ad dictam faciendam visitationem à vobis requirerent & petet, aduersus omnes religiosos & religiosas qui illi fuerint rebelles, & correctionem quam secundum officij sui onerisque debitum facere velit, fugerint. Præstetis siue præbeatis manum fortem provincialibus, custodibus, commissariis, cæterisque sui ordinis prælatis, capiatis & apprehendatis omnes dicti sui ordinis religiosos qui sine sanctissimi patris nostri Papæ dispensatione extra eorum Monasteria fungentes officio curæ pastoralis siue vicarij, & aliter residere reperientur in habitu vel sine habitu, & in habitu sæculari. Iniungimus similiter & mandamus omnibus Episcopis, officialibus, Abbatibus atque prioribus qui illos celare velint vt eos suis à superioribus & prælatis capi permittant, vt ad pristinam obedientiam suorumque status & professionis obseruantiam reducantur. Et quia quamplures viri nobiles, ciuitates, & communitates volunt (sub prætextu quod sint dietorum conuentuum fundatores, vsurpare bona mobilia,

immobilia, & terras per ipsos seu alios, vel à suis prædecessoribus dictis conuentibus data, & per præfatos religiosos, pro commodo suorum monasteriorum, hortorum, vitidariorum & ædificiorum, acquisita, & vterius volunt dictos religiosos compellere ad molendum in suis molis & in furnis suis decoquendum, & alias subiectiones, quæ maximum illis inferunt præiudicium, & ad quæ nullo modo tenentur. Nos desiderantes ipsos in priuilegiis, (illis per defunctos Reges prædecessores nostros concessis & indultis, posteaque per nos sancitis & confirmatis) conseruare: Prohibemus prædictas tales vsurpationes, neue contra suas libertates & vetera priuilegia talem subeant seruitutem, & hoc, sub pœna inobedienciæ indignationisque nostræ incurrendæ. Accipientes ad hunc finem prædictos religiosos in protectionem & tutelam nostram specialem, in qua eos (omni cum nostra potestate, ac in integra possessione fructioneque omnium & quorumcunque suorum bonorum) conseruabitis. Nec permittetis siue patiemini illis vlllo aliquo modo inferri impedimentum. Caterum permittetis dictum ministrum generalem aut dictos suos deputatos securè, libere ac rute per vestras ditiones, iurisdictiones & angipertos transire, absque vlllo impedimento. Et quia diuersis in partibus & locis his præsentibus egere poterit, Volumus vt harum litterarum videri debite collato fides adhibeatur, vt præsentis originali, quoniam nobis sic visum est.

Datum Parisiis die vndecima Iunij anno gra-

tiæ millesimo quingentesimo septuagesimonono,
regniq[ue] nostri sexto. erat signatum,

HENRICVS. ac paulo inferius
scriptum, per Regem. Signatum, BRV-
LART.

*Cum Regio magno sigillo in cera viridi ibidem
appenso.*



EXSCRIPTVM EX PAR-
lamenti registris, sequitur.

Visa per curiam diplomata Regis, data
Parisiis, vndecima die Junij, anno mil-
lesimo quingentesimo septuagesimo
nono præterito, subsignata, Hêricus;
& paulo inferius, Per Regê, Brulart.
Quibus dictus dominus inclinando supplicati-
bus petitionibusq[ue] reuerendissimi patris Fr. Franci-
sco Gonzaga totius ordinis diui Francisci ministri
generalis, mādāt præfatæ curiæ dicta diplomata ve-
rificari, & gubernatoribus prouinciarum, diocætis,
seneschallis, eorum vicem gerentibus, cæterisque
suis officiariis ei assistere, omnemq[ue] fauorem, auxi-
lium præbere, ac opem ferre, quibus ille aut quos
missurus est ad visitationem & reformationem sui

DDD ij

PARS DECIMA

ordinis conuentuum, indigebunt: Præbere manum
 sortem prouincialibus, custodibus, cæterisque sui
 ordinis Prælatiſ capere ſiue apprehendere religio-
 ſos omnes, qui extra eorū conuentus ſine Pontificiſ
 permiſſione vel aliter in habitu indecenti illorū pro-
 feſſionē inuenti fuerint reſidere. Cum iniunctione
 omnibus Epiſcopiſ & officialibus, Abbatibus atque
 priorib⁹ qui illos celare velint, vt eos ſuis à ſuperio-
 ribus capicurent, ad obedientiam obſeruantiamque
 ſuorū votorum reducendos. Et quoniam quamplu-
 rimi viti nobiles, ciuitates & communitates volūt
 ſub prætextu quod ſint dictorum conuentuum fun-
 datores vſurpare bona mobilia & immobilia per
 ipſos ſuos prædeceſſores, dictis conuentibus dara
 & per dictos religioſos acquiſita, pro commo-
 ſuorum monaſteriorum, hortorum, viridariorum
 & ædificiorum, inſuperque volunt dictos religio-
 ſos compellere ad molendum in ſuis molis & ſuis
 furnis decoquendum, & ad alias ſubiectiones quæ
 illis maximo præiudicio forent, ad quæ etiam nullo
 modo tenentur. Dictus dominus deſiderans ipſos
 in priuilegiis (illis per deſunctos Reges ſuos præde-
 ceſſores cōceſſiſ & indultiſ, ac poſtea per illum ſan-
 citiſ ſiue confirmatiſ) conſeruare. Prohibet præ-
 fatiſ quaſcunque vſurpationes, neue illos contra
 ſuiſ libertates veteraque eorum priuilegia ſubiiciāt
 tali ſeruituti. Et hoc, ſub pœna inobedienciæ ſuæ-
 que indignationiſ incurrendæ. Accipiens hunc ad
 finem præfatos religioſos in protectionē & ſpecialē
 ſuam tutelam! Mandanſque ſupradictiſ, vt illos in
 integra poſſeſſione ac fruitione ſuorum omnium &
 quorumcūque bonorum, conſeruent, nec vllō mo-

do impediri patiantur. Cæterum, permittat præfatum generalem & suos deputatos per suas iurisdictiones & Angiportos præterire, ita vt copiosius in dictis diplomatibus continetur, supplicem libellum per dictum generalem oblatum, ad verificationem & intherinationem eorundem ordine curiæ procuratori generali Regis communicatorum cõclusiones suas super his, & omnia considerata. Curia intherinando dicta diplomata, statuit quod præfatus minister generalis totius diui Francisci ordinis perfruetur effectu & declaratis in eisdem. Ad conseruatione priuilegiorũ quæ illi, prædecessoribus suis & aliis dicti ordinis religiosis, concesserunt, ita vt recte debiteque fructi & vsi sunt, & adhuc impræsentiarum fruuntur & vtuntur.

Datum in curia die decimatertia Iulij millesimo quingentesimo septuagesimonono.

Signatum, DV TILLET.

Collatio facta, & paulo inferius, Pro fratribus Minoribus.

B A R O N.

Conseil.

DDD iij



TABELLA PATRVM GENERA-
lium ordinis minorum sancti Francisci, sequi-
tur, in qua erunt notatæ temporum va-
rietates in quibus antedicti guber-
narunt tantum institutum
nostrum apostolicum.

Beatissimus ac Seraphicus P. N. S. Fran-
ciscus ordinis fundator & institutor in-
clytus, Innocentio. 3. Pontifice 1206. or-
dinem instituit, & eodem Innocentio, ac
deinde Honorio 3. per se suosque vicarios generales,
primo quidem per beatum patrem fratrem Petrum
Cathanum, deinde vero per fratrem Heliam de Af-
fissio, gubernauit annis 20.

Secundus generalis p. f. Ioannes 1. parens, de ciui-
tate Castellana, prouinciæ Hispaniæ minister in ca-
pitulo generali Assisien. i. electus, Gregorio 9. pont.
ordinē gubernauit an. 5. & hæc fuerūt in 1227. acta.

Tertius generalis p. f. Helias de Assissio 1232. Greg.
9. eodem annis 6. ordinem gubernauit.

Quartus generalis p. f. Albertus de Pisis, prouinciæ
Tuticiæ, Angliæ minister 1238. in capitulo generali
Romano 1. eodem Greg. 6. præsentē & præsidente
electus, ordinem gubernauit 10. mensibus tantum.

Quintus generalis p. f. Hayno Angelicus 1239. in
capitulo generali Romano 2. eodem Greg. 9. præ-
sentē & præsidente electus est, ordinem gubernauit
annis 6.

Sextus generalis p. f. Crescentius de Iosio, prouinciæ Marchiæ, 1245. in capitulo generali Assisienti 2. electus, Innocentio 4. ordinem gubernauit annis 3.

Septimus generalis p. f. Ioannes 2. de Parma, prouinciæ Bononiæ 1248. in capite generali Assisienti. 3. electus, eodem Innocentio 4. ordinem gubernauit annis 8.

Octauus generalis, Beatissimus p. sanctus Bonauentura, prouinciæ Romanæ, doctor Seraphicus 1256. in capitulo generali Romano 3. electus Alexandro 4. Urbano 4. Clemente 4. pont. ordinem sanctissimè gubernauit, annis 18. postea S. R. E. Cardinalis hic celebrauit capit. 1. Parisiis anno Domini 1263. & Episcopus Albanensis à Gregor. 10. pont. factus, tandem miraculis clarus per Sixtum quartum sanctorum catalogo adscriptus est.

Nonus generalis minister fuit p. f. Hieronymus de Esculo prouinciæ Marchiæ, qui 1274. in capitulo generali Lngdunensi 1. electus, ordinem gubernauit annis 5. eodem Gregorio 10. Innocentio 5. Adriano 5. Ioanne 21. & Nicolao 3. à quo postea S. R. E. presbyter cardinalis, & Episcopus Prænestinus creatus, ac deinde pont. electus, vocatus est Nicolaus 4.

Decimus generalis p. r. f. Bonagratia prouinciæ Bononiæ, 1279. in capitulo generali Assisienti 4. electus eodem Nicolao 3. ac deinde Martino 4. ordinem gubernauit 6. annis.

Vndecimus generalis p. f. Atholotus de prato, minister prouinciæ Tusciæ 1285. in capitulo generali

T A B V L L A

Mediolanen. electus, eodē Martino, ac deinde Honorio 4. ordinem gubernauit anno 1. mensibus 5.

Duodecimus generalis p. f. Matthæus de aqua sparta, prouinciæ sancti Francisci 1287. in capitulo generali Pessulano electus, eodem Honorio 4. ac deinde Nicolao 4. antea generali ministro, à quo etiam cardinalis factus ordinem gubernauit an. 2.

Tertiusdecimus generalis p. f. Raymundus Gaudfredus, de prouincia Prouinciæ 1289. in capitulo generali Reatino electus anno domini 1292. celebrauit cap. gen. 2. Par. qui eodem Nicolao 4. ac deinde Cælestino 5. & Bonifacio 8. à quo Episcopus Patauenfis factus, ordinem gubernauit annis 7.

Quartusdecimus generalis p. f. Ioannes 3. de muro, prouinciæ Marchiæ, 1296. in cap. generali Ananien. electus, eodem Bonifacio 8. præsentē, à quo etiam S. R. E. cardinalis & Episcopus Portuenfis factus, ordinem gubernauit annis 7.

Quintusdecimus generalis p. f. Gondifabuus Galæcus prouinciæ sancti Iacobi, ac minister prouinciæ Castellæ 1304. in cap. generali Afsilsien. 5. electus, Benedicto 11. ac deinde Clemente 5. pont. ordinem gubernauit annis 9. quo in officio obiit beatus sub ianua locorum priuatorum Parisiensis conuentus, vbi fuerat suspensus à fratribus dicti conuentus propter reformationem quem intendebat ponere dicto in collegio.

Sextusdecimus generalis p. f. Alexander de Alexandria prouinciæ Ianuæ 1313. in cap. generali Barchinonen. 1. electus eodem Clemente. 5. ordinem gubernauit an. 1. mensibus 7.

Decimus septimus generalis p. f. Michael de Cefena, prouinciæ Bononiæ, 1316. in cap. Gen. Neapolitano electus, Ioan. 22. pont. ordinem gubernauit annis. 12.

Decimus octauus generalis p. f. Geraldus Odonis, prouinciæ Aquitaniæ, 329. in cap. gen. Parisiensi 3. electus, ordinem gubernauit annis 13. eodem Ioan. 22. ac deinde Benedicto 12. & Clemète 6. à quo postea Patriarcha Antiochenus, & Episc. Cathanen. creatus est.

Decimus nonus generalis, p. f. Fortanerius Vefalius, prouinciæ Aquitaniæ, 1342. in cap. Gen. Marfilienti electus, ordinem gubernauit annis 5. mensib. 8. eodem Clemente 6. à quo Archiepiscopus Rauenensis, & postea Patriarcha Gradensis factus est.

Vicesimus generalis, p. f. Guillermus 1. Farinerius, prouinciæ Aquitaniæ minister 1347. in cap. gen. Veronensi electus, ordinem gubernauit annis 9. eodem Clem. 6. ac deinde Innocétio 6. à quo postea S. R. E. presbyter Cardinalis creatus est.

Vicesimus primus generalis, p. f. Ioânes 4. de Bucco, prouinciæ Aquitaniæ, in capitulo generali Barchinonensi 1357. electus, eodem Innocentio 6. ordinem gubernauit anno 1. mensibus 7.

Vicesimus secundus generalis, p. f. Marcus de Viterbio, prouinciæ Romanæ 1359. in cap. ge. Barchin. 2. electus, eodem Innocentio 6. ac deinde Urbano 5. à quo postea E. R. S. presbyter cardinalis creatus est.

Vicesimus tertius generalis p. f. Thomas Mutinen. prouincię Bononię 1367. in cap. gen. Assiffiensi 6. electus, ordinem gubernauit annis 5. mens. 10. eodem

T A B V L A

Vrbano 5. ac deinde Greg. 11. à quo postea Patriarcha Gradensis, ac deinde cardinalis factus est.

Vicesimusquartus generalis p. f. Leonardus de Giffonibus, prouinciæ terræ Laboris minister. 1373. in capitulo generali Tholosano electus, eodem Gregor. 11. ac deinde Vrbano 6. ordinem gubernauit annis 7. postea Cardinalis S. R. E. factus est.

Vicesimusquintus generalis p. f. Ludouicus Venetus, prouinciæ sancti Antonij 1380. in capitulo gen. Stridonensi electus, ordinem gubernauit annis 4. eodem Vrbano 6. pontifice, à quo postea cardinalis S. R. E. factus est.

Vicesimus sextus generalis p. f. Martinus de Ianna, prouinciæ Ianuensis, in capit. gen. patauiensis electus 1384. eodem Vrbano 6. ordinem gubernauit annis 3.

Vicesimusseptimus generalis p. f. Henricus Astensis, prouinciæ Ianuæ 1387. in capit. gen. Florentino electus, eodẽ Vrbano 6. ac deinde Bonifacio 9. pont. ordinem gubernauit annis 18.

Vicesimusoctauus generalis p. f. Antonius de Piretto 1405. in cap. generali Argentino electus, ordinem gubernauit annis 15. Innocentio 7. Greg. 12. & Martino 5. pont.

Vicesimusnonus generalis p. f. Angelus Senensis, prouinciæ Thuscæ, 1420. in cap. gen. Mantuano electus, eodem Martino 5. ordinem gubernauit annis 2. mens. 7.

Tricesimus generalis p. f. Antonius de Massa prouinciæ Thuscæ, 1424. in cap. gen. Foroiulienfi electus, eodem Martino 5. ordinẽ gubernauit anno 1.

menf.

Tri

Casal

electu

ponr.

Tri

Rufcl

nenl.

genic

navit

Tr

sio, pr

no 1.

berna

Tri

zanic

in cap

Calix

nis 9.

T

Ruu

gen.

5. eod

dina

catur

T

no, p

Ven

4. à c

T

Sam

cap

mens. 5. postea Episcopus Massauensis factus est.

Tricesimus primus generalis p. f. Guillelmus de Casali, prouinciæ Ianuæ 1425. in cap. gen. Assiens. 7. electus, eodem Martino 5. ac deinde Eugenio 4. pont. ordinem gubernauit annis 10.

Tricesimusecundus generalis p. f. Antonius de Ruschonibus, Mediolanensis, prouinciæ Mediolanens. in cap. gen. Paduano 1435. electus, eodem Eugenio 4. ac deinde Nicolao 5. pont. ordinem gubernauit annis 18.

Tricesimustertius generalis p. f. Angelus de Perusio, prouinciæ S. Francisci 1453. in cap. gen. Perusino 1. electus, eodem Nicolao 5. pont. ordinem gubernauit anno 1. mensibus 11.

Tricesimusquartus generalis p. f. Iacobus de Mozanica, Mediolanensis, prouinciæ Mediolanens. 1455. in cap. gen. Bononiensi electus, eodem Nicolao 5. Calixto 3. & Pio 2. pont. ordinem gubernauit annis 9.

Tricesimusquintus generalis p. f. Franciscus 2. de Ruuere Saonensis prouinciæ Ianuæ, 1464. cap. gen. Perusino 2. electus, ordinem gubernauit annis 5. eodem Pio 2. ac deinde Paulo 2. à quo postea cardinalis factus, deinde pontifex creatus, Sixtus 4. vocatus est.

Tricesimusextus generalis p. f. Zamettus de Vtino, prouinciæ sancti Antonij 1469. in cap. generali Veneto electus, ordinem gubernauit annis 6. Sixto 4. à quo postea Archiepisc. Spalatenfis factus est.

Tricesimuseptimus generalis p. f. Franciscus 3. Sampson de Brizia, prouinciæ Mediolanens. 1475. in capit. generali Vrbinatefis electus, eodem Sixto 4.

TABVLA

ac deinde Innocentio 8. & Alexandro 6. pont. ordinem gubernauit annis 25.

Tricesimus octauus generalis p. f. Ægidius Delphinus de Ameria, prouinciæ Orientis minister, ac ordinis procurator 1500. in cap. gen. Iteranen. electus, eodem Alexandro 6. ac deinde Pio 3. & Iulio 2. pont. ordinem gubernauit annis 6.

Tricesimus nonus generalis p. f. Raynaldus Gratianus de Cotignola prouinciæ Bononiæ minister, 1506. in cap. gen. Romano 4. electus, ordinem gubernauit annis 4. eodem Iulio 2. à quo postea Archiepiscopus Argusmensis factus est.

Quadragesimus generalis p. f. Philippus de Bagnacuallo, prouinciæ Bononiæ minister 1510. in cap. gen. Romano 5. electus, eodem Iulio 2. ac deinde Leone 10. ordinem gubernauit anno 1. mensibus 3.

Quadragesimus primus generalis p. f. Bernardinus prato, acherio, prouinciæ Ianuæ. 1512. in cap. gener. Affiens. 8. electus, eodem Leone 10. pont. ordinem gubernauit annis 3.

Quadragesimus secundus generalis p. f. Antonius Marcellus Cherfinus, Dalmata 1515. in cap. general. Affiens. 9. electus, ordinem gubernauit annis 2. & postea Romæ, in conuentu Sanctorum 12. Apostol. electus est magister generalis patrum conuentualium nostri instituti.

Quadragesimus tertius generalis p. f. Christophorus 1. de Foro Iulij, prouinciæ Bononiæ, vicarius generalis vltimus, à concilio Constantiensi 1517. in cap. gen. Romano 6. ex dispositione bullæ Leonis 10. electus, ordinem gubernauit anno 1. eodẽ Leo.

ne 10.
tus el
Qu
4. Li
gen. L
ne 10.
Qu
Sone
Carp
no 6.
Qu
de An
ctus,
& Cl
dinal
Qu
de Pa
gen. l
ordin
Qu
Lune
Paul
Qu
prou
Paul
Qu
nus L
gen. a
lio, it
Qu
nialit
Salar

ne 10. à quo postea S. R. E. presbyter cardinalis creatus est.

Quadragesimusquartus generalis p. f. Franciscus 4. Lichetus Brixien. prouinciæ Brixie 1518. in cap. gen. Lugdunensi 2. electus, ordinē gubernauit Leone 10. annis 2.

Quadragesimusquintus generalis p. f. Paulus à Soncino prouinciæ Mediolanensis 1520. in cap. gen. Carpenfi electus, eodem Leone 10. ac deinde Adriano 6. ordinem gubernauit annis 3.

Quadragesimus sextus generalis p. f. Franciscus 5. de Angelis Hispanus, in cap. generali Burgenfi electus, 1523. ordinem gubernauit annis 6. Adriano 6. & Clemente 7. à quo postea S. R. E. presbyter cardinalis factus est.

Quadragesimus septimus generalis p. f. Ioannes 5. de Parma Pistorus, prouinciæ Bononiæ 1528. in cap. gen. Parmensi electus, eodem Clemente 7. pont. ordinem gubernauit annis 4.

Quadragesimus octauus generalis p. f. Vincentius Lunellus Hispanus 1534. in cap. gen. Nicen. electus, Paulo 3. pont. ordinem gubernauit annis 6.

Quadragesimus 9. generalis p. f. Ioanes 6. Caluus, prouinciæ Corsicæ. 1540. in cap. ge. Mant. 2. electus, Paulo 3. pont. ordinem gubernauit annis 5.

Quinquagesimus generalis p. f. Andreas Insulanus Lusitanus prouinciæ Algarbiorum 1547. in cap. gen. Assiensi 10. electus, eodem paulo 3. ac deinde Iulio, item tertio ordinem gubernauit annis 6.

Quinquagesimus 1. generalis p. f. Clemens Monialius, prouinciæ Bononiensis 1553. in cap. generali Salamantino electus, ordinem gubernauit annis 6.

T A B V L A

eodem Julio 3. ac post Paulo 4. pont. à quo postea
S. R. E. cardinalis presbyter factus est.

Quinquagesimus secundus p. f. Franciscus 6. Za-
morensis Hispanus 1559. in cap. gen. Aquilano ele-
ctus, eodem Paulo 4. ac deinde Pio item 4. pont.
ordinem gubernauit annis 6.

Quinquagesimus tertius general. p. f. Aloysius pu-
teus, prouinciæ bononiæ 1565. in cap. gen. Valisole-
tano electus, eodem Pio 4. ac deinde Pio 5. pont. or-
dinem gubernauit annis 6.

Quinquagesimus quartus generalis p. f. Christo-
phorus 2. de Capite fontium Britanus, & prouinciæ
Britanniæ alumnus 1571. in cap. gen. Romano 7. ele-
ctus ordinem gubernauit annis 8. eodem Pio 5. ac
deinde Greg. 13. D. N. à quo Archiepiscopus Cæsa-
riensis creatus.

Quinquagesimus quintus Generalis, Illustris ac
Reuerendissimus in Christo p. f. Franciscus 7. Gon-
zaga, alumnus prouinciæ Castellæ, & prouinciæ
S. Antonij minister, 1579. in cap. generali Parisiensi
4. electus, ordinem sanctissime moderatur, eodem
S. D. N. D. Gregorio 13. quos Deus conseruare, &
prosperare dignetur, vt sub eorum felici, ac sancto
regimine, temporalibus non destituatur auxiliis, &
spiritualibus semper proficiat incrementis. Amen.

infic
præ
lum
firm
fatis
atq
cell
ipsu
à no
mus
Oue
si ve
quod
go d
cent
inq
loq
mo
qui
Car
me
que
que
bar
der
De
am

Ad Lectorem Minoritam.



Antissimi patres ac fratres, nemo nostrum erit de cætero, qui reuerendissimū nostrum generalem ministrum, suum pastorem verum, ac legitimum patrem inficiabitur. Quandoquidem, non solum ipsius in præfatum officium canonica electio, non tantum summi pontificis in eodem officio, authentica confirmatio, verumetiam, quod ipse suis pastoralibus satis superque respondeat muniis, illum indicant, atque probant nostrum esse pastorem. Quo concessio, nos quæso, qui sumus, & esse debemus oues ipsius: patulis auribus, candidisque cordibus, quid à nobis velit pastor noster audiamus & auscultemus. Christi enim voce ipse nos adoritur. Ioan. 10. Oves meę vocem meam audiunt, & me sequuntur, si verum est quod ipse sit pastor noster, non minus quoque verum erit quod nos sumus oues ipsius: ergo & residuum oportet vt fiat verum, nempe vt vocem eius audiamus, ac ipsum sequamur. Audiamus, inquam nõ more improborum, qui in Isaia 28. cap. loquuntur. Manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Sed illos æmulemur, de quibus sacra scriptura præclarum fert testimoniū. Can. 5. Anima inquit mea liquefacta est, vt dilectus meus loquutus est mihi. Atque illud 1. Reg. 3. Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Et illud quoque psalm. 118. Paratus sum, & non sum turbatus vt custodiam mandata tua. Siquidem ponderosa habet verba, æternæ vitæ energiã redolentia. Denique pulchra methodo & cõsequentia nos suæ æmulationis admonet. Frustra enim tam humana

T A B V L L A

quam diuina editur vox, si auditorum mentibus alte non hæreat. Itaque tantus noster pater nil à nobis enixius efflagitat, quam ut patiamur nos reformari. quare ò patres amantissimi notate & iterum dico animaduertite mentem scopumque tanti præsidis nostri. Sunt enim plerique qui hanc canem & angue infernali magis odiunt atque cauent: ac ne reformentur, nunc iuris simulant, nunc supinam, imo maliciofam sequuntur ignorantiam. Nos vero amantissimi conciuēs renouari more aquilæ non pudeat, ac veterem hominem cum actibus suis quilibet nostrum pessum faciat, nouumque hominem, qui secundum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, audita voce patris, induere cõtendat. Quo facto, voci pastoris nostri apposite morè geremus, ac saluti nostræ, prout æquum est, digne consulimus. Valete bene: & me excusatum habetote, si quid præsentī in volumine sit quod vobis non sit gratum, seu quod vobis ita non appareat limatum, ut deceret.

Sequitur

S E

Rad

Folio

Folio
rum

Abf

Al

Aga

Myr

Thu

Cõf

nis

Spec

Tro

SEQVITVR CONFECTIO PRO

SALVTE ANIMARVM OMNIYVM

fratrum facta : ideo recipe

mi Frater.

Radicū, { Candidissima fidei,
Firmissima spei,
Rubicunda charitatis,

Foliorū, { Borriginis } Me- { Gloria,
 { Urtica; } disa } mortis,
 { Cappariū, } tio- } iudiciij
 { Ruta, } nis. } inferni.

Folio- { Liliorum } Castitatis,
rum, { Croci, } Ieiuniorum,
 { Malipersici } Eleemosynarū,
 { Narcysi, } Orationum,
 { Violarum, } Cognitionis sui,
 { Nardi, } Humilitatis.

Absintij, { Contritionis,
Aloes, { Confessionis,
Agarici, { Satisfactionis,
Myrrhe, { Mortificationis,
Thuris, { Contemptus mundi,
Cōfectio- { Matris Christi cum mar-
nis. } garitis.

Specierum, { Diapostolorum,
Troischorum. { Diamartyrum.
 { Diasanctorum omniū.

Ana-
libras
inmu-
mera
biles.

Miscantur
hec omnia
in mortario
conscientie,
alterentur
pistillo do-
loris, & ba-
culo iusti-
tie, cribren-
tur memo-
ria passionis
Iesu Chri-
sti, & cum
saccharo di-
uini amoris,
dissoluo in
aqua lachry-
marum, ad-
igenem tri-
bulationis,
amaritudi-
nis, & pa-
tientie, fiat
cōfectio cor-
dialis immor-
sellis, pura &
sincera mēsa
quotidie in
aurora ma-
sticādis, gu-
stādis ac de-
glutiendis.


Laus Deo, virginique matri, ac seraphico
nostro patri. Amen.



DILECTO IN CHRISTO PATRI

AC VENERANDO FRATRI IOANNI

Luca, Predicatori & Confessori ordinario Sororum Cœnobij Castrigonerij, Frater Tuus Magistri humilis confessor Sororum Annunciationis conuentus Bituricensis ciuitatis salutem optat.

 Via regimen sororū ex superiorū nostrorum auctoritate suscepisti, venerāde pater, caute omnino te ambulare & regere oportet. Non enim viros sed fœminas instruere, tui erit officij, quę utiq; sicut à viris conditione sunt diuersę, ita & more & mente valde dissimiles: & non ea forma regi possunt, qua & fratres gubernantur. Taceo enim de carnis periculis, propter cōuersationem, & cohabitationem cōmunem, quę etiam cautissimis & fortissimis, multum roboris & virtutis, emolliendo & respergendo, virilis affectus sensum aufert. Pro pace earum interiori & exteriori, valde vigilandū est. Illa enim, omnibus licet experenda sit, fœminis tamen potissimè, quę sine pace, in nulla possunt nec sciunt obseruātia religionis perdurare. Mollis enim & multū passibilis est earum animus, qui affectionibus potius ducitur, quam aliquo cōsilio & ratione. Et ideo propter earū pacem, semper est eis materia turbationis caute subtrahenda, quam cum perceperint, retinere aut ordinare nesciunt. Ergo consilio

meo sicut experimento didici, contra affectum & sensum cōmunitatis aut matris abbatissæ, qualemcumque posset habere colorem rationis, nolī ordinare, instituere, aut destituere quicquam. Non enim ordinatio qualiscunque ipsarum mentes fouet aut custodit disciplinam, aut pacem, sed turbat. Nōne institutiones, nōne ordinationes, materiæurbationis sunt? Sit tibi forma regiminis regula & statuta earum. Addere aliud vel minuere sine periculo non potes. Illa sufficiūt ad vitæ rectitudinem si seruentur. Et si earum instituta sana non sunt, profecto instituenda pestifera essent. Semper quiete & tranquille cum eis agas, alioquin dabis eis materiā molliendi, confabulandi, conspirādi, aut alia contra puritatem aut quietem agendi. Sunt enim huius naturæ quod non laudant aut vituperant aliquam ordinationē, quia bona vel mala est, sed quia placet aut displicet. Respiciedum est semper ad earum pacem, & secundum illam plura facienda sunt, vel dissimulanda, nō enim potes cum eis agere quod optimum est, quia vt dixi non sequuntur rationem, sed quandā animi inclinationē, quia licet aliquādo reprimi possit, raro tamen euelli potest. Pax (secundū Augustinum) est rebus optimis præferēda, sed maxime in regimine fororum, quæ in turbatione nullum sciūt seruare modum, sed contentionibus omnia miscēt. Et ideo dum tolerabilis est ille vitæ modus in quo sunt, vel ad quem asticiuntur finem in quo pacem constituunt, eis permittendus est, nec impetu, nec pertinacia, quamquam alius sit multo melior, debet mutari. vt scis multa indifferentia sunt, quæ sic vel sic, sine periculo sunt.

EPISTOLA

Ergo quæ non sunt contra salutem, plura relinque
 earum voluntati, potius quam tuo iudicio, licet sa-
 niori. Melius est vt tu aliquando dissimules & pa-
 tiaris, quam illæ patiantur quæ passiones suas aut
 ordinare, aut dissimulare nesciunt. Multum quippe
 passibiles sunt, nihil tamen pati sciunt: sed sicut vlce-
 rosi ad omnem pene attactum morbi, animo inge-
 miscunt, silent, & querulantur. Nec iudicant pasto-
 rem & rectorem eas velle seruare, sed conquerun-
 tur, quod sustinere nõ possunt. Non velis esse etiam
 nimis importunus, aut vehemens in correctioni-
 bus aut culpis refecandis. Correctiones importunæ
 ex capite, & quasi ex zelo aliquo rectitudinis factæ,
 non sanant, sed exasperant vulnera mentium. Iunio-
 res & timidiores, autoritate quadã coërce, ne quic-
 quam incipiant moliri aut tentare, nec mollire eas,
 blandimento aut persuasione velis. Parit enim in
 eis talis humanitas, libertatem, petulantiam & affe-
 ctum carnis, verum proteruiores & seniores, magis
 ratione & humilitate quam seueritate vincas. Sper-
 ne cum eis habere aliquam rixam, aut verborũ con-
 tentionem, quod non sit ad subiectionem earũ, sed
 ad subuersionem. Nec perturbatas multum exagi-
 tes, sed post digestam passionem, eas de temerita-
 te commoueas, & ad emendationem deposcas, im-
 posita pro cõtumacia humili pœnitentia, vt postea
 rebellare, timore pœnæ erubescant. Quantum ra-
 rius potes, statum aut officia domus mutes, & quã-
 do aliquid mutandum est, aut innouãdum, id quod
 contra bonos mores, vel pacem geritur, leni persua-
 sione mulcendæ sunt, commemoratis incommodis,
 impedimentis, vel periculis illius rei, quæ mutari

debet, vt sic etiam sententiæ valeant rationabiliter esse mutādum, vt quiete & sine perturbatione, omnino fieri possint. Etiam in mutationibus officiorū, non debet ex capite remoueri, obiiciendo sibi insufficiētiam, aut inertiam talis administrationis, aut quod inutilis est, sed tanquam grauata tali officio & impedita in affectu deuotionis, & sibi parat multas materias distractionis, murmurationis, & turbationis, & quod sibi impedimentum sit magnum, in profectu religionis, & ideo confessor tanquam miserans eam, secum debet tractare vt multum deseruiat pro sua salute & pace, quod alteri tale officium committat, & sic deseruire Deo possit, cui se donauit. Animaduerte multum pueriles esse mutabiles & vanas, & ex leuissima causa frequenter illæ valde læduntur. Non enim tantum inhærent capitis, sed sorbentur; & ideo nihil pœnè mutari sine earum commonitione potest, nisi valde cautè cum eis agatur. Ex quo enim stant ratione, vel in Christo sincere, vel in rebus, vel in personis, ad omnem mutationem rerum vel personarum commouentur. Ergo cum quieto confessore, qui non multum cum eis agit, nec de earum factis aut negotiis intromittit, multum quietæ sunt, vnum tamen & vniformem volunt. Si vnus fueris, hoc est si in vno vitæ tenore perstiteris, nec earum importunitatibus, querelis, passionibus, aut delectationibus, facilè credas, si vero multus fueris & diuersus, vt iam istud velis, postea illud, siue diuersa instituas seu destituas, multiformes eas facies, inquietas, maliciosas, garrulas, & per omnia impacatas: qui ad singula vult respicere, totum confundit vitæ ordinem. Negligendo (vt ita

EPISTOLA

dicam) melius quam sollicitudo & cogitatio singula, melius & commodius, & quietius eas gubernabis. O charissime pater Luca. Si nimis curas pacem illarum, ut ad omnem commotionem illarum, velis tam afflictis, quam passionis agere, consolando, corripiendo, vel informando, raro in pace erunt. Caue, Caue, Caue cum eis multum loqui, quae verbis non satiatur: Sed loquendo audiores ad loquendum fiunt, verba & colloquia eas non informant, sed resoluunt: & saepe ex verbis confessoris, aut patrum aut proborum, cum quibus loquuntur, sumunt arma, cum quibus suos affectus defendant & protegant. Si passim coeperis aliquas aduocare, cum grauatae fuerint non eas quietas facies, sed magis intentas ad loquendum tecum reddes, & ad deplorandum tecum suas miseras aut passiones. Raro habet causam loquendi, sed poene nunquam deficit eis loquendi materia. Etiam familiaritas in colloquendo cum eis facit multas suspiciones, & causat inter eas murmuraciones. Quod enim facis vni, omnibus est faciendum, alias de iniquitate aut acceptione personarum de te conquirentur. Et si quidquid vna dicit, statim alteri videbitur verum. Quod vnius sensibus inest, de facili per totum corpus congregationis diffunditur. In confessionibus facies eis pro culpis, & pro qualitate personarum, exhortaciones breues, & rigidas, nec solliciteris si passiones earum statim non vales discutere, melius enim digeruntur tempore quam persuasione. Ergo dum passionatae sunt vel grauatae, si permittantur quiescere, etiam sine studio tuo ad pacem redibunt. Sis maturus coram eis, non asper, stabilis, non durus, ita tamen ut spem habeant, te pro ratione mutare. Hoc enim parat quendam dilectionis affectum, & reu-

rentiæ, & cōfidentiæ in cōfessione, vt audeāt tibi defectus reuelare, & vitia mentis suæ. Et si culpas suas interdū explicare nesciunt, præsertim carnales, verbis honestis elicias, nec minute aut curiosè, de suis motibus, gestibus, aut actibus, vel affectibus scrutaris. Sufficit enim in talib. scire substantiā facti, multi enim in graue periculum, ex tali curiositate venerūt. Illa enim quasi venenū, statim vt animū contingūt, inficiunt: & flammæ naturali materia subtrahenda est, non amplianda. Non enim ideo impunè æstuarere poterimus, quia confessiones audimus, sed magis curare debemus vt in ministracione sacramentorum, sinceri simus, nec quicquam in sacramentis, quam sacramentum quærat. Qui enim vult talia occulta audire, non propter earū salutē, sed propter propriā petulantiam, quia talia libet scire, eo magis peccat, quo salutis ministeriū trahit in obsequiū voluptatis. Et valde se cōtaminat, dū eas purgare quærit. Multi tamen fingunt se agere hoc, alliciēda confessionis gratia, qui si caute intētiōnē propriā præponderant, videant se potius duci libidine propriā, quam confessionis amore. Talia enim non ad sacramentum pertinent, sed ad offendicūlum. Non tamē dico, quod ille motus carnis, etiā si vehemēs fuerit, semper peccatū sit, qui mēti etiā auditu taliū rerum suggeritur, & viscera pulsar. Quādo enim sunt præter voluntatē, & cooperatiōnē lenientis, tunc sunt inde passiones quas dū sustinēt propter virtutē confessionis, inde merētur. Sed nō est tutū diū habitare cū serpēte, qui mordet silēcio, & cū sensu voluptatis, lenis cōplacētia pergreditur leniter ad animi cōsensum. blāda resest, & quæ cito figitur in animo, & sua-

uiter occupat, & penetrat viscera mentis. vt is qui non multum cautus est in talibus, facilius transeat in affectum carnis. Et ideo quamuis corpore apud eas interdum necesse est esse, semper animo abesse studeamus. Et quidquid per se facere possunt, per nos, nec per viros aliquos iuuanda sunt, ne presentia corporalis violet aut aspergat castum cubile cordis. Et quantum potes leuiter te abstrahas ab illis, nec leuiter intres clausuras earum, aut officinas: quia aliter agendo censuram Ecclesiam incurreres, vt diximus supra. Pater mi si solo animo regi possent, nunquam esset illis corporalis presentia, propter vtriusque periculum indulgenda. Nemo sibi de sua virtute confidat in hac re. Cum fortior non sit natura, quam gratia, & casui proximus est, qui de casu non timet. qui amat periculum incidet in illud. Et licet mens sua exercitiis videatur deuotionis munita esse, machina tamen voluptatis crebris ictibus minas eam deiicere potest. Nec enim inimicus curat, quam cito hoc faciat, dum nunc, vel sero, possit habere spem victoriae. Habet enim multa arma, ex tua aetate, & officij necessitate, continentiae hostis. Ergo nisi instanter te in timore, & fuga occasionum (ex quibus, illaqueari potes) tenueris, substernetur domus tua. Sensu enim exhauritur sensus deuotionis per tractus muliebrium rerum, & affectu attrahitur, quo aliquis ab omni exercitio virtutis remouetur. Haec tibi chariss. Pater me tecum comonens, tibi scribo, vt caute ambulemus, quoniam dies mali sunt, ne nos, qui aliis duces itineris constituti sumus, a semitis virtutis aberremus. Et si curemus vulnera aliena, ne propria negligamus. Vale.

Explicit Epistola perutilis ad regendas sanctimoniales.

MODVS RECIPIENDI S O-
 rores nouitias ad sacros ordines beata
 virginis Claræ, sanctæ Elisabeth,
 conceptionis, & an-
 nunciationis.

Imprimis caueant sibi sorores ne quouis modo in-
 ducant ad religionem, seu attrahant mulierem
 quameunque donis, promissis, adulationibus, aut
 oblationibus, sed si quam viderint idoneam ad do-
 mino famulandum, iuxta earum regulam, de licetia
 matris abbatissæ seu vicariæ, habentes gratiam à do-
 mino sibi datam prudenter ac viuaciter loquendi &
 adhortandi, possunt ad Dei amorem inducere, sui &
 mundi contemptum, demonstrando bona proue-
 nientia ex Dei amore & seruitio, & e contrario ma-
 la ac demerita, siue pericula ex amore mūdano proue-
 nientia. Quo factò si cognouerint filiam paratā,
 & prompta cum deliberatione inclinatam ad mū-
 di pompis sponte & gratis renunciādum, & omnia
 relinquendum Dei amore. Sic persuasa debetur
 fortius animare instando vt supra bona & merita
 ex pura conscientia & corpore mundo consequen-
 da, domino seruiendo in sancta religione cuiuslibet
 ordinis sibi ostendendo, maxime bene viuendo, &
 in bono perseverando.

Et si requisierit sororibus aggregari, optando in
 sancta religione recipi, tūc debent sibi propalare ac
 declarare ordinis & vitæ austeritates, labores, vigi-
 lias, ieiunia, solitudinem, silentium, repræhensiones,
 humiliaiones, mortificationem, & propriæ volun-
 tatis abnegationem, vt diximus primo in capite du-

MODVS RECIPIENDI

cis professorum clauſtri. Quibus propoſitis ſi ad-
 huc perſeuerauerit, & temporis opportunita-
 tem petierit, ſicut eiſdem ſororibus expedire vide-
 bitur, prouiſo quod habeat conditiones in primo
 capitulo regulæ earum contentas, & concluderint
 ſorores eandem recipere, tunc mater abbatiffa, ſeu
 eius vicaria ſeorſum ſibi dicat, ſeu manifeſtè ſermo-
 nem vitæ, videlicet quod vadat & vendat omnia ſua
 pauperibus distribuendo, quo facto reuertatur ad
 probationem recipiendam in ſacra religione. Quod
 ſi concilium requiratur de bonis ſuis temporalibus
 diſpergendis, faciant ſicut ſcriptum eſt in primo ca-
 pitulo regulæ earum, iſtud ſ. non eſt neceſſarium vr-
 baniffis, nec tertiariis ſeu illis qui dicuntur de con-
 ceptione aut annunciatione beatæ Mariæ, eo quod
 ſint poſſidentes in communi. Cum autem hæc fue-
 rint completa, faciat filia recipienda debitam cõ-
 feſſionem generalem, & abſoluatur autoritate
 priuilegiorum ordinis conceſſa. Et die aſſignata di-
 catur miſſa, cui interſit filia genibus flexis coram al-
 tari cum cereo ardenti in manibus tempore miſſæ
 modeſtè honeſteque amiçta, quia id agitur quonia
 eſt vale dictura ornatum & pompis mundanis, & ac-
 ceptura ſpiritualia bona, quibus tandem placere ſu-
 perno & ſpirituali poſſit animarum ſponſo Chriſto.
 Quando peruentum ad miſſæ offertorium, fiat ſibi
 breuis collatio de religione, & cõditionibus reque-
 ſtis illam ingredi volentibus. In fine miſſæ commu-
 nicetur filia à ſacerdote, qui nam poſt Euangeliũ in
 principio ſe exuet caſula, & voce alta petet à filia ſi
 ſemper perſeueret in ſuo bono propoſito, videlicet
 ſi amore Regis regum ipſa ſe velit intra ſepta cœ-
 nobij incarcerationi cum aliis: ſi illa reſponderit quod

ſic, a
 & ce
 cut
 malt
 dia n
 dum
 ſpon
 fac ſi
 rore
 man
 muſ
 veru
 nes
 conc
 gnar
 relig
 bolu
 deat
 que
 ad æ
 atq;
 Qui
 geni
 tor ſ
 & ſi
 tene
 qua
 tes c
 ben
 hym
 mag
 nib
 man

sic, accipiat tunc illam sacerdos per suam manicam
 & cereo in manibus sibi dato dicat, sequere me filia,
 cum vero confessor illam conducit ad portam mo-
 nasterij incipiat & prosequatur responsorium me-
 dia nocte &c. Versus. Hæc est virgo sapiens, &c.
 dumque peruenerint ad portam monasterij post re-
 sponsorium sacerdos dicat hunc versiculum, saluū
 fac seruam tuam seu ancillam tuam, respondent so-
 rores per ordinem stantes cum vno cereo ardenti in
 manu. Domine exaudi. Dominus vobiscum. Ore-
 mus. Domine Iesu Christe qui fidelium animarum
 verus es & perfectus sponsus, quiq; prudētes virgi-
 nes iussisti virtutum operibus obuam tibi venire:
 concede propitius, vt istam quam hodie in tuam di-
 gnaris sponfam vocare, se sacris ex nunc moribus
 religionis mundum spernēdo, carnē domando, dia-
 bolumq; vincendo suæ conscientie lampadem stu-
 deat adornare, vt gratissima tibi hoc in loco deuotā
 que perseverans, cū suis sanctis & electis virginibus
 ad æternas nuptias agni. s. immaculati, immaculata
 atq; nuptiali veste induta tādē introire mereatur.
 Qui viuis & regnas, &c. Amen. Tunc omnes sorores
 genibus flexis existētes cantrix incipiat, Veni crea-
 tor spiritus &c. quo incepto aperitur porta diligēter
 & finito secūdo Versu. surgunt omnes, quarum vna
 tenet in manu aquā benedictā, altera crucem gestat
 quæ paulatim vsq; ad limē ingressus portæ, acceden-
 tes cum abbatissa sequente. Tunc quæ gerit aquam
 benedictam aspergit sororem recipiendam, & finito
 hymno, Veni creator, soror tenens crucem vbi sit i-
 mago crucifixi ait illam adorari à filia recipiēda ge-
 nibus flexis, & post adorationem eleuat eam per
 manum, dulciter ad se eam trahendo, & dicit voce

MODVS RECIPIENDI

alta & intelligibili, faciendo pausas vt subſignatur, veni ſponſa Chriſti, & dādo filiæ crucifixum in manibus poſtmodum dicat, accipe eum crucifixum in manibus & amplectere, qui te ſuſcipiat & benedicat, & nobiſcum ſalubriter conſeruet in æuum. Reſpondent ſorores, Amen. Quibus omnibus rite expeditis ceremoniis debent ſe retrahere omnes prædictæ ſorores quælibet in locum ſuum. Et tunc Abbatiffa filiam accipit per manum, & inducit intra ſecum, & dum procedunt magiſtra chori debet incipere pſalmos, Ad te leuaui oculos meos, &c. & Nifi quia deus erat in nobis, &c. & ſic cantando ducunt eam proceſſionaliter ad earum capitulū, claudendo diligenter portam exteriorem. Sic capitulū ingreſſis, mox abbatiffa dicit in nomine patris & filij & ſpirituſſancti: & filiam expoliando, dicit exuat te deus veterem hominem cum actibus ſuis: & poſt reinduendo eam habitum religionis dicat, & induat te nouum hominem qui ſecundum deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis, reſpondent ſorores, Amen. Quibus diligenter peractis, magiſtra chori incipit omni eum deuotione & ſolēnitare. Te deum laudamus &c. & petant verſus chorum omnes ſorores cantando, crata ſiue cancelli chori debent eſſe aperti, & tela illorum debet eſſe retracta. Dum concinunt ſorores te deum, mater vicaria cōducat filiam ad ſingulas ſorores oſculandas, incipiens à matre abbatiffa, earum precibus ſe recommendando, cui debent aliæ ſorores voce ſubmiſſa reſpondere dicentes: omnia hæc ſint ad dei honorem, animæque tuæ ſalutem, ſoror amantiſſima. Quo factō mater vicaria debet illam committere

mag
pere
fig
te d
cat:
reſp
&c.
aſpi
min
ſem
H
can
bus
roro
mar
B
meo
ma

I
p
fulc
mi
ne
gen
do
Ver
dio

magistræ nouitiarum, quæ eam benignissimè suscipere tenetur, & illam hora debet ei in choro assignare locum, & in eodem eam collocare. Finito te deum &c. sacerdos stans ante cancellos chori dicat: confirma hoc deus quod operatus es &c. & respondent sorores dicentes: à templo sancto tuo &c. Oremus, Actiones nostras quæsumus domine aspirando præueni & adiuuâdo &c. Per Christum dominum nostrum, Amen. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum, Amen.

His peractis sorores retrahunt telam siue velum cancellorum, & breuiter loquuntur cum sæcularibus consanguineis & notis. Postmodum debet sorores eam tondere, & de omnibus agendis informare, vt diximus in duce professorum claustrum.

Benedictio habitus, veli & chordæ debet fieri immediate post concionem & benedictis, debent illa matri ianitrici per rotam siue tornum dari illi.

IN Christo dilecte lector, te quamplurimum deprecor vt quæ sunt isto in volumine æquo animo suscipias, veluti illa tibi præsentio: omnia vero submittèdo omni cum humilitate iudicio & correctione Ecclesiæ Romanæ, protectori istius instituti, & generali Sorbonæ Parisiensi ac illustrissimo orthodoxoque senatui seu Parlamento regio & supremo. Verum vt omnia sint tibi vtiliora, necnon iucundiora, legito errata sequentia, & illa notato.

Vale trina salute in æuum.

INEX SEQUITVR.



- Vmma priuilegij.* folio. 1
Carmina ad lectorem perpulchra. folio 2
Licentia generalis ministri. folio 2
Approbatio doctorum. folio 3
Epistola liminaris. folio 4
*In qua vita illustris patrum piorum Capucinatorum, recol-
lectorum, exalceatorum bene reformatorum, ac insolentia
minorum fratrum conuentus Parisiorum seu collegii narra-
tur, in quo à biennio fuerunt 3. Flagella quibus uirtus deus
erga peccatores, uidelicet ignis, pestis & bellum non paruum.*
Epistola ad lectorem non parui momenti. fol. 17
in qua clare patet mens pia auctoris, & qualis sit suus Xp̄s.
Epistola olim à nostro Seraphico patre missa suis fratrib. f. 20
Epistola à sancto Bonauentura olim toto ordini directa. f. 21
*Statuta nostrorum piorum patrum, super qua est subiectum
nostri manipuli.* fol. 25
*Epistola nostri Reuerendissimi patris ministri generalis, in
qua nobis suis subditis declarat mentem suam sanctam. f. 23*
*De serenitate Seraphici patris Francisci contra fratres scan-
dalosos & relaxatores, & de amore & affectione erga
bonos filios.* fol. 32
*Quaedam declaratio breuis, qua aperte insinuat quanta per-
fectionis sit regula minorum, & à quot pontificibus sit ap-
probata.* fol. 33
Regula & vita fratrum minorum. fol. 34
Laudes regule fratrum minorum. fol. 39
Testamentum beati Francisci. fol. 39
Laudes testamenti beatissimi patris nostri Francisci.
*Quaedam notanda: & singula priuilegia impetrata per bea-
tum Franciscum, & eidem pro ordine suo, & eum dili-
gentibus à domino deo collata.* fol. 41

Sex r
da
Perfr
pi
Dete
B.E
Prolo
Vnde
tre
nor
10
Capu
ler
pa
ob
reg
sin
14
pri
su
pt
reg
fin
sec
16
f.
cap
pi
pa
capu
pa

P N D E X.

Sex rationes notabiles ad quid fratres minores vocati & dati sunt huic mundo à domino. fol. 42

Perfectiones diui Francisci: ad quas quilibet verus minor pro posse tendere debet. fol. 44

Determinationes vigintiseptem questionum super regulam B. Francisci. aditæ à doctore Seraphico S. Bonauentura. f. 47

Pars secunda.

Prologus illius. fol. 72

Vndecim capitula super paupertatem quam vouerunt fratres minorum quæ sunt scitu digna profitenti regulam minorum, hæc habentur à pag. 2. fol. 72. ad 1. paginam vsque 109. fol.

Caput unum super castitatem sanctissimam qua debet polere probus minorita, incipit à 109. folio, & desinit in 1. pagina 114. fol. est adeo vtile ob illius subiectum, & obiectum. Caput unum perpulchrum super obedientiam regulæ fratrum minorum, incipit à pag. 1. fol. 114. & desinit ad paginam 2. fol. 119.

14 capitulum incipit à pagina 2. fol. 119. & desinit in princip. 1. pag. fol. 123. in eo continentur ac explanantur succincte numeri preceptorum, æquipollentium vim preceptorum, admonitionum, exhortationum, libertatum, &c. regula minorum. cap. 15. incipit à pag. 1. fol. 123. & desinit in pag. 2. f. 128. tractat. de his quæ continentur in secundo cap. regulæ minorum.

16 capitulum, incipit à pag. 2. fol. 128. & desinit in 1. p. f. 136. & explanat quæ continentur in 3. c. regulæ minorum. capitula 17. 18. 19. declarat quæ habentur in 4. regula capitulo, & incipiunt à pag. 1. fol. 136. & desinunt in fine pagina 1. fol. 146.

caput 20. exponit subiectum 5. capitis regulæ, incipit à 2. pag. fol. 146. & desinit in pag. 2. fol. 149.

INDEX.

- Cap. 21. declarat quæ habentur in 6. cap. regula, incipit à pag. 2. folij & desinit in pag. 1. fol. 154
- Caput 22. explanat materiam 7. cap. regula. incipit, in principio 2. pag. fol. 154. & desinit in medio pag. 1. fol. 158
- Cap. 23. elucidaat quæ dicuntur in 8. cap. regula, incipit à 1. pag. fol. 158. & desinit in pag. 2. fol. 161
- Cap. 24. exponit quæ habentur in 9. cap. nostræ regula, & incipit à pag. 2. fol. 161. & desinit in 1. pag. fol. 164
- Cap. 25. tract. quæ scribuntur in 10. cap. nostræ regula, & incipit in 1. pag. fol. 164. & desinit in pag. medio fol. 167
- Cap. 26. declarat quæ sunt contenta in 11. & 12. cap. regula, incipit in 1. pagina medio fol. 167. & desinit in medio 2. pagina, fol. 171.
- Cap. 27. 28. 29. resoluunt quedam dubia, quæ sæpe agitantur à discipulis fratribus, incipiunt à medio 2. pag. fol. 171. & desinunt in principio 1. pag. fol. 179. illa discito à minorita.
- Cap. 30. comprehendit epistolam vnã directam quibusdam patribus præsentis instituti, qui cupiunt & anhelant reformationem huiusæ apostolici ordinis: quem deplorat & quem reformare desiderat totis viribus pauperulus frater Iuo magistri, incipit in principio 1. pagina, fol. 179. & desinit circa medium 1. pag. fol. 147
- Cap. 31. exponit periculum in quo incurrunt illi qui consentiunt ingredi mulieres in cænobia nostra, incipit in fol. medio 147. pagina 1. & desinit in pagina 2. fol. 148

Pars tertia.

Copia quarimoniarum propositarum in concilio Constantiensi à fratribus qui cupiebant reformationem sui instituti, promissa data dictis piis fratribus, & conclusio super hoc vniuersita-

I N D E X.

uniuersitatis Parisiensis data dictis. Hæc incipiunt in principio primæ paginae, fol. 149. & desinunt in 2. pag. fol. 210. dicta perlegito quia sunt digna scitu.

Pars quarta.

- Imprimis habet epistolam unam in qua continetur scitè excellentia nostri status, & fructus quem habet ecclesia in dies per eum, incipit illa in pag. 2. fol. 210. & desinit versus finem pag. 1. fol. 225.
- Compendium priuilegiorum nostro ordini concessorum iuxta concilij Tridentini decreta excerptum, incipit in pag. 2. fol. 225. & desinit in 2. pag. fol. 247. & continet capita 13
- Caput 14. continet formam litteræ quæ datur Syndicis, incipit à 2. pag. folij 147. & desinit in 2. pag. fol. 148
- Caput 15. habet formam epistolæ pro confratribus ordinis. incipit circa medium 2. pag. fol. 148. & desinit in pag. 1. fol. 249.
- Cap. 16. comprehendit diuersa priuilegia, incipit circa finem 1. paginae folij 249. & desinit in pag. fol. 250
- Cap. 17. continet quedam notanda, obseruandaque post obitum fortuitum ministri generalis, incipit in medio 2. pag. 250. fol. & desinit in fine 1. pag. fol. 251.
- Bulla confirmationis & nouæ concessionis priuilegiorum omnium mendicantium, cum certis declarationibus, decretis & inhibitionibus, S. D. N. D. pij Papa V. motu proprio, in principio 2. pag. fol. 251. incipit & desinit in fine 1. pag. 263. fol. ubi est attestatio Illustrissimi Domini cardinalis sancti Siluestri Boba nuncupati.
- Bulla alia confirmationis priuilegiorum per S. D. N. Gregorium. 13. facta, incipit in 2. pag. fol. 293. & desinit in 1. pag. fol. 297. in qua est attestatio illustriss. D. Car-

INDEX.

dinalis sanctæ Maria in porticu protectoris olim totius ordinis minorum de observantia.

Pars quinta.

In primis continet ordinarium vite religioſæ, aditum à Seraphico doctore ſancto Bonaventura, incipit in pag. 2. fol. 267. & deſinit in 1. pag. fol. 274. continet 7. cap.

Suntque commendationes orationum mentalium & vocalium diuſe in 12. capitulis, incipiunt in 1. pag. fol. 274. & deſinunt in 1. pag. fol. 294.

Pars ſexta.

Habet explanationem rubricarum breuiarij Romani iuſſu ſacri concilij Tridentini aditi in 2. pag. fol. 294. incipit dicta expoſitio, & deſinit in 2. pag. fol. 318. ſunt paragrapha. 32.

Post ſunt rationes quinque quæ explanant cauſam quare ſpiritus ſanctus ordinauerit fieri in Eccleſia officium diuinum, incipiunt in pag. 1. fol. 319. & deſinunt in pag. 1. fol. 320. in cuius ſine ſunt Verſus 8. de modo pſallendi, & poſt illos ſequuntur aliqua alia digna ſcitu, panes pſalmodiatione, virtutem, efficitiam pſalmorum. predicta habent ſuum exordium in principio pagina 1 fol. 320 & ſinem in pag. 2. fol. 326. fol. 327. in pagina 1. abſolutionum formas habent ſuum principium. prima earum eſt plenaria à culpa & plena. Secunda eſt illa qua vtuntur ſuis in viſitationibus prouinciales & generales miniſtri. Tercia eſt illa qua datur fratribus aut ſororibus noſtris in agone exiſtentibus. Quarta eſt pro abſolutione excommunicationis minoris. Quinta eſt pro abſolutione ma-

INDEX.

- ioris excommunicationis.ultima est pro confessionibus quotidianis. desinunt in pag. 1. fol. 329.
- Pagina 2. fol. 329. habet principium ordinis & suffragiorum quibus utimur ad communicandum infirmum fratrem aut sororem nostri sacri instituti. finis praedictorum est in pag. 2. fol. 330.
- In dicta 2. pagina medium versus sequuntur. 4. exhortationes apud morientem faciendae. Et post sunt etiam interrogationes, & instructiones illis faciendae, una cum orationibus dicendis pro eorum requie, finem habent praedicta in 1. pagina fol. 334.
- In pag. 2. fol. 334. apposimus principium textus passionis Christi, quam est valde utilis ad legendum coram agonisantibus, necnon predicatoribus illa passio est necessaria scitu, eoque fit secundum 4. Evangelistas arcordata.
- Pagina 2. fol. 343. est principium aliquarum rerum observandarum circa morientes, desinunt in 1. pag. fol. 345.
- Ordo ad unguendum infirmum, incipit in dicta pagina, & desinit in pag. 2. fol. 347.
- Suffragia quae dicuntur in commendationibus animae incipiunt in medio 2. pag. fol. 347. & desinunt in 1. pag. fol. 353.
- Officium sepulturae defunctorum habet suum exordium in pag. 1. fol. 353. & finem 1. pag. fol. 363. quod in loco sunt principia suffragiorum quae dicuntur tunc quando corpora paruulorum Christianorum inhumantur. Finis praedictorum est in pag. 1. fol. 366.

Pars septima.

Continet sermè omnia quae sunt necessari scitu ob omnibus christicolis qui cupiunt se indui hoc nostro instituto, sunt capita nouem in praefata doctrina Christiana, quae inci-

pit in pagina 2. fol. 366. & desinit in pag. 189.

Pars octaua.

Scitè habet sacrae Theologiae rudimenta, quae eo fine compilauius, & in unum congregauimus, ut post praecedentem catechismum fratres habeant penes se in promptu cum eis opportunum fuerit antedicta habet haec paracapita 30. quae quidem declarant illa quae compendiose diximus in doctrina Christiana, seu paruulo catechismo praecedenti, aliquaque alia, quae intro non tacta fuerunt. verum notandum est quod non potui adimplere quae promiseram in fine huiusce praesentis partis octauae, videlicet me prolo daturum summulam vnam perutilem in defectu manualis nauarri, quem legissent confessores, quia meus supremus praeses praesuidit quae sunt post decimam partem huiusce operis esse fratribus utiliora ac necessaria valde: ideo animaduerte quando in legendo inueneris ut patet infra, & c. dicta non fuisse data prolo, quamuis deo auxiliante dentur breui vna cum omnibus quae continentur praesenti in volumine, quod tunc erit maius in qualitate molis.

Post praedicta 30. capita sequuntur versus de pace, cella, utilitate, studio hominis, malitia & proprietate malarum mulierum, praedicta incipiunt in pag. 2. fol. 189. & desinunt, pag. 2. fol. 233.

Suum habet exordium.

Pars nona in pag. 2. fol. 233. & desinit in pag. 2. fol. 270. comprehendit breuem resolutionem sententiarum sacrae scripturae ab haereticis huiusce tempestatis, in suarum haeresium fulcimentum perperam adductarum: illam ve-

I N D E X.

vo apposuimus nostro in presenti opere ut parum experti predicatorum, habeant prae manibus verum sensum sententiarum quae in missis, colloquiis, confessionibus aliisque locis frequenter agitantur bono aut malo fine.

Erit etiam in presenti parte summarium canonum sacri concilij Tridentini, qui de regularibus praescribuntur ad nos attinentes in nostro instituto.

Pars decima & vltima.

Incipit in pag. 271. & desinit ante tabulam: comprehendit imprimis benedictiones sacerdotalium indumentorum in genere, deinde in speciali, post praedictas sequuntur benedictiones corporalium, & tabernaculi sive vasculi pro Eucharistia conseruanda. Laus missae, significatio ornamentorum, exordium illius, ratioque eorum quae dicuntur & aguntur in ea, ac modus ritè illam celebrandi.

Bulla bonae memoriae Clementis papae 7. pro institutione fratrum recollectorum seu reformatorum, in vnaquaque provincia, vide fol. 286.

S. D. N. D. Gregorij 13. constitutio super viuendi modo professorum recollectorum seu reformatorum: cum declaratione, ampliatione, & confirmatione litterarum Clementis papae 7. fol. 289.

Statutum faelicis memoriae Pij Papae 5. pro obseruatione reformationis sive recollectionis in qualibet prouincia minorum de obseruantia. fol. 295.

Bulla vixionis fratrum minorum faelicis memoriae Leonis 10 fol. 296.

Bulla S. D. N. Pij 5. super clausura & reformatione quarumcunque monialium, fol. 333. pag. 2.

Sanctissimi D. N. Pij 5. constitutio quod moniales non exeant

I N D E X.

- à clausura sub pœna excommunicationis & priuationis, quæ etiam extenditur ad dantes licentiam, comitantes, & receptantes. fol. 307.*
- Sanctissimi D. N. Gregorij 13. constitutio de elemosinis monialibus præstandis. fol. 309.*
- S. D. N. D. Gregorij papa 13. reuocatio omnium licentiarum ingrediendi monasteria monialium & virorum: & prohibitio ne habentes licentias ab Episcopis vel Superioribus in casibus necessariis, ingrediantur monasteria monialium, nisi urgentibus necessitatibus. fol. 315.*
- S. D. N. D. Gregorij papa 13. declaratio, super facultate quæ habent ordinarij, & alij monialium superiores, ingredi earum monasterium. fol. 317.*
- Motus proprius S. D. N. Pij diuina providentia papa 5. super exemptionem monasteriorum, & aliorum locorum ab hospitio militum. fol. 319.*
- Exemptiones ab exactionibus, datijs, gabellis, pedagijs, vtegalibus, vtriusque sexus religiosis personis, ordinum mendicantium cõcessis per sanctissimum in Christo R. & D. N. D. Pium diuina providentia papam.*
- Breue S. D. N. D. Gregorij papa 13. contra religiosos & religiosas ordinis sancti Francisci de obseruantia recurrentes ad secularia tribunalia, & contemnentes ordinationes commissariorum sui generalis ministri. fol. 325.*
- Quod descendentes ab hæreticis, Mauris, & Iudæis, non possint in religione aliquod officium prælatura exercere. fol. 326.*
- Contra nonnullos seculares & regulares anathema, qui furantur libros seu partem illorum nostris in bibliothecis. fol. 331.*
- Breue S. D. N. D. Gregor. 13. De modo seruando in electionibus prælatorum nostri ordinis. fol. 332.*

INDEX.

Copia litterarum commissionis R. P. F. Martini Boereo
fol. 335.

Admonitio ad lectorem animaduertenda. fol. 336.

Copia 2. litterarum, à nostro Reuerendissimo patre generali
emanatarum, eo sine vt vnusquisque nostrum gressus suos
reformat: vide pag. 2. fol. 336.

Copia 3. litterarum, in quibus est methodus viuendi patrum
restrictorum, reformatorum seu recollectorum ordinis no-
stri. fol. 342.

Litteræ commissionis honorandi doctoris fratris Ioannis Por-
thesij super alium conuentum Parisiorum. fol. 349.

Ad lectorem monitio necessaria scitu. fol. 350.

Copia litterarum missarum honorandis magistris ac studen-
tibus prædicti conuentus. fol. 351.

Copia à Rege & curia Parlamenti priuilegiij dati, in gra-
tiam nostri Reuerendissimi patris generalis. fol. 356.

Tabella generalium ministrorum qui modo vsque governa-
runt ordinem nostrum. fol. 359.

Littera ad lectorem perutilis. fol. 364.

Confectio salutaris. fol. 365.

Epistola ad regendas sanctimoniales. fol. 364.

Modus recipiendi nouitias ad ordines sororum. 367.

Index contentorum. fol. 370.

Sequitur Epistola vna R. P. Guardiani à Clovis, in
qua deplorat miseriam suæ prouinciæ: quam suo
nostroque generali ministro notificat: vt ei medea-
tur: tumque eo sine vt faueat probis ciuibus prædi-
ctæ prouinciæ Turoniæ Pictauiensis super quam il-
lum instituit suum commissarium vt patet supra.

REVERENDISSIMO PATRI
TOTIVS ORDINIS MINORVM
generali ministro dignissimo, nobis-
que colendissimo sit salus.

Reverendissime pater R. P. tuae litteras & commissiones hac penultima die Augusti, cum obedientia sancta merito accepi, quibus ipsa R. P. tua onus mihi gravissimum, & sane viribus meis impar, visitandi scilicet & reformandi hanc nostram Turonia pictaviensis provinciam iniungit: quod utique quam arduum & difficile sit negotium nemo non viderit, qui corruptos mores hominum, & efferatos huius peruersissima tempestatis perspectos habuerit: nec facile reperias qui suavissimo sancta obedientiae iugo colla submittant: imo quisque sibi plusquam oportet sapiens, reiecto cuiuscunque superioritatis praecepto, despectaque proborum patrum sententia ius dicere, & suo genio vivere curat. Non ignorat R. P. tua, quam sit difficile, ac propemodum impossibile omnes & singulos reformare conventus, in quibus vix decimum quemque reperias, qui lubens audiat verbum de reformatione, sed omnes prope obturaverunt aures suas ne audiant legem, & in hoc profundum malorum venerunt plurimi, ut iam contemnāt & dicant malum bonum, & bonum malum. Veruntamen cum dominus deus sperantibus in se nunquam denegarit auxilium gratiae suae, ipsius divino fretus iuvamine, ac plenaria R. P. tuae sistris potestate, necnon sacrosancta obedientia nusus merito, tentabo hanc mihi demandatam commissionem humiliter exequi. Dominum Deum per ipsius misericordiam, & per merita precesque beatissimae virginis Mariae, & beatissimi ac Seraphici patris nostri Francisci

suppliciter obsecrans, ut ipsa commissio desideratum sortia-
tur effectum, Deoque & Reuerendissima P. tua gratam
quisque fratrum amplectatur reformationem. Caterum R.
pater ego & fratres mei, qui mecum sunt in hoc conuentu
à Clovis nobis antea iuxta r. p. t. mandatum pro refor-
matione destinato, ipsam r. p. tuam plurimum salutamus.
Nos per Dei gratiam tua fulti autoritate reformationem
cepimus, & iam antiquum patrum nostrorum viuendi mo-
dum in parte restituumus, hoc tantum superest, ut r. p. tua
nostri recordetur, & ceptis faueat, ac modum nostrum vi-
uendi, sua paterna benignitate nobis confirmare dignetur,
viâque data si lubet obedientia aperire omnibus patribus
& fratribus, qui ad huiusmodi reformationem conuolare
de cetero cupierint, ut sic ad meliora concitentur. Interim r.
p. Deum opt. max. obnixè deprecabimur, ut ipsam r. p. tuam
cum ipsius religiosissimis sociis seruet incolumem, eamque
semper ad omnia negotia ordinis rite peragenda & felici-
ter adimplenda comitetur ac dirigat, ad Dei gloriam, &
totius Ecclesiæ Catholicæ adificationem. Amen.
Ex conuentu nostro à Clovis, hac die penultima Augusti, an-
no Domini 1582.

Reuerendissimæ paternitatis tuæ alumnus, eique
in æuum addictissimus filius, Frater M. Boërcus.

HORTATIO AD
LECTOREM.

Cum caperim (ô amantissime Lector) non-
nullos conqueri seu scandalizari propter
ea quæ diximus isto in volumine de cõuen-
tu seu collegio nostro chordigerorum almæ vrbis
Parisiõrum, necnon aliquorum aliorum locorum
seu prouinciarum, his paucis antequam finem de-
tur huic libro, bene cupiui tibi mētem nostram ex-
planare, videlicet, non odio, seu rancore, aut aliquo
malo animo prædicta apposuisse, quia si (vt asserunt
aliqui impudentes) hæc scripsissem in contumeliam
dictorum locorum, profecto nomina & cognomi-
na fratrum sigillatim declarassem. Sed tantum absit
à me. Num ignoro tot patribus reuerendis, hono-
randis magistris, prædicta loca exuberare: cuius vi-
tam, virtutem, mores, probitatē, religionem ac do-
ctrinam fat nouimus: & qui non abiiciunt discipli-
nam, nec despiciunt animas suas, imo qui vt prudē-
tes acquiescunt increpationibus, quique magis dili-
gunt homines, qui eos corripiant, quam qui per lin-
guæ blandimenta decipit eorum animas? Sis ergo
(ô dilecte Minorita) numero illorum sapientum,
qui oprant corripì, & qui lubentes audiunt corre-
ptionē: & grato ac placato animo suscipere digne-
ris nostrum laborem, in quo (vt patet) & de me, &
contra me dixi multa, veluti de aliis multis, quos ta-
men non nominaui. Si illud contemplaeris atten-
te, & conceptus non vltimatos in te agitaueris super
hæc quæ acciderunt inter binos filios Adam, trinos
Noë, duos Ysaac, duodecim Iacob, & discipulorum

AD LECTOREM.

Messia: sanè inuenies pederetim nullum fuisse tam sanctum collegium, qui non habuerit semper aliquem hypocritam, derisorem, bellatorem, inuidum, traditorem, negatorum suorum promissorum & infidelem. Dominus Deus hæc permisit accidere ea de re, vt essent exemplo posteris. Quis sanæ mentis iudicabit Euangelium Christi esse igni tradendum, & vt melius inquam totum vetus testamentum eo quod sit in illo contentum, Apostolos murmurasse, fuisse diuisos, ambisse superioritatē, Petrum negasse Christum, Dauidem fuisse adulterū & homicidam, Paulum Ecclesiæ persecutorem, & Magdalenam peccatricem? Non, ô Frater mi, sunt sic libri cōdemnandi, & dicendi inutiles, peruersique, quia palatui malo, etiam si cibus sit peroptimus: semper est insipidus. Nunquam infirmus anxius salutis debet dedignari medicinam nec illius sumptionem dilatare, si vult breui sanari. Ideo si cupis (ô Lector beneuole) speculum animæ præ manibus habere, & conseruare antidotum fructiferum, pro tuis succurrendis necessitatibus, & maculis videndis, ne quæso illud dirumpere velis, imo habeto charum, & in archa mentis tuæ, vna cum dicto sancto antidoto irregularitatum (quæ in nostro instituto vigent, nostro cum detrimento) sollicitè & scitè serua, vt tempore opportuno illis possis frui. Exemplo Isaia clamo, & quasi tuba ex alto vocem meam, & annuncio scelera nostra, & domui Franciscanæ peccata in ea vigentia: quæ partim declarat vna mecum, antedictus reuerendus Pater Commissarius generalis in sua epistola: eo fine vt generalis minister noster nostræ miseretur miseræ, vtque nos fratres conuertamur ad

HORTATIO AD LECTOREM.

Christum tantæ religionis auctorem, in toto corde,
 in ieiunio & fletu, & plâctu. Derelinquat igitur im-
 pius viam suam, & frater irregularis cogitationes
 suas impias, verbâque obscœna quæ dixit in huius
 libri dedecus, & reuertatur omni cum humilitate
 ad Dominum Deum nostrum, & miserebitur eius,
 quoniam multus est ad ignoscendum, & facilis
 ad diuertendum opprobria quæ hæreditati suæ ve-
 nerunt tum ob dominium quod nationes intenta-
 runt in ea, tumque propter conculcationem semi-
 narum illarum, quas nostri prisca patres tenuerunt,
 omni cum feruore & deuotione. Placeat Domino
 Deo omnes nos reducere per viam arctam ad verû
 ouile. Amen. Vale.

SE Q

Fo
 tur. fo
 fol. 10
 rione.
 lia. 27
 24. le
 lin. 11
 lin. 26
 pag. 7
 ctura
 lege,
 lin. 7
 leue
 fione
 lin. 1
 lin. 1
 f. 94
 dent
 dere
 ge p
 lin. 1
 funt
 10. 2
 te 6
 que
 leg
 lin
 f. 13
 eon
 3. t
 tic
 leg
 N
 rit

SEQVNTVR ERRATA POST IM-
pressionem inuenta, & facta per
inadvertentiam.


Folio 6. linea 15. lege medulla. fol. 9. lin. 29. lege dignare-
tur. fol. 9. lin. 30. lege mederetur. fol. 9. lin. 32. lege recorderur.
fol. 10. pagina 2. lin. 3. lege latione. eadē pag. lin. 4. lege man-
tione. eadem pag. lin. 27. adde quem tantis virtutibus. fol. 11.
lin. 27. lege sextarum. fol. 14. lin. 12. tolle praterire. fol. 15. lin.
24. lege quare R. P. fol. eodē lin. adde. vt ne putes. fol. 16. p. 2.
lin. 11. lege aluerne. fol. 23. p. 2. lin. 30. lege ne igitur. fol. 33. p. 1.
lin. 26. tolle de super. fol. 43. p. 1. lin. 5. lege consequenter. fo. 44
pag. 2. lin. vltima tolle omni. fol. 53. pag. 2. lin. 25. lege sine ia-
ctura. fol. 66. pag. 2. lin. 21. lege tali animo. fol. 71. pag. 1. lin. 15.
lege, & simplices. fol. 12. p. 2. lin. 5. adde post decreui breui. &
lin. 7. dic & non solum illius. fol. 74. p. 2. lin. 12. lege solet fieri
leuc. fol. 78. p. 1. lin. 2. lege lebet. f. 78. p. 2. lin. 19. lege profes-
sionem suam. fol. 80. p. 1. lin. 9. lege incustodibile. fol. 81. p. 1.
lin. 17. lege dominio. fol. 84. pag. 1. lin. 6. ordinem. fol. 92. p. 1.
lin. 10. lege emptorē. eodē in loco. lin. 12. lege que se possunt.
f. 94. p. 2. lin. 23. lege inconuenienti. f. 97. p. 1. lin. 6. lege come-
deatur. f. 98. p. 1. lin. 3. lege talia eodē in loco. lin. 27. lege fun-
dere: & reddere. f. 102. p. 1. lin. 4. lege illam. f. 105. p. 1. lin. 23. le-
ge præfatus. eodē in loco p. 2. lin. 5. lege eo quod. fol. 107. p. 2.
lin. 16. leg. si otio sine euagationi. f. 109. p. 1. lin. 21. lege eoque
sunt. f. 121. p. 1. lin. 4. lege sextis feriis ex 3. cap. f. eodē. p. 2. lin.
10. adde ex 3. cap. similiter adde ex in lineis 13 & 16. 20. q. an-
te 6 & 7. cap. 20 in 27. ante cap. 10. f. 125. p. 1. lin. 10. lege quin-
que. eodem in loco lin. 29. lege matrimoniū. f. 127. p. 2. lin. 6.
lege clementina. f. 128. p. 1. lin. 13. lege perderent. fol. 128. p. 1.
lin. 17. lege cōuentu. fol. 130. p. 1. lin. 16. lege exerce pro exere.
f. 131. p. 2. lin. 17. tolle vltimum s. a. Iesus. f. 137. p. 1. lin. 3. lege
cōmitatur. eodē loco. lin. 15. lege sint præsentis. f. 145. p. 2. lin.
3. tolle hæc, & lin. 4. dic prima & 9. dic quinta & 3. lin. tolle to-
tiens. f. 53. p. 2. lin. 23. lege exempta. eodē loco lin. penultima
lege impatientia sibi, &c. f. 154. p. 2. lin. vltima. lege Episcopus
Nauetēsis, presente illustissimo D. f. 155. p. 1. lin. 25. leg. quam-
rimos. p. 2. dicti folij lin. 1. lege nullum. fol. 161. p. 1. lin. 25. lege


qui nam fuerat item p. 2. linea 2. lege vocales. f. 162. lin. 28. p. 1.
lege præferre se episcopis. f. 166. p. 1. lin. 27. lege sequentur.
Itē pag. 2. lin. 7. lege sine conuentibus. Itē lin. lege cū possint.
f. 168. p. 1. lin. 5. adde quod tunc est vera. Itē p. 2. lin. lege à capi-
tulis generalibus. Itē lin. 22. lege præceptum hoc regulæ: &
lin. 25. lege vetat accedere. f. 182. p. 1. lin. 11. lege decent bonos.
f. 183. p. 1. lin. fac parenthesim post Parisios, & illam claudē an-
te pauperculus ipsorum. f. 148. p. 1. lin. 16. lege præmissis. f. 183.
p. 2. lin. 26. lege sed etiam. f. 185. p. 1. lin. 14. lege ostiatim sicut.
f. 190. p. 2. lin. 16. lege hæreticos. f. 191. p. 1. lin. 24. lege non de-
bet. f. 192. p. 1. lin. penultima lege decencia. fol. 194. p. 2. lin. lege
qualiter ista. f. 199. p. 1. lin. 3. lege dū plurimi. f. 201. p. 1. lin. 21.
fuisse ordinatū. f. 206. p. 1. lin. 2. dic nullius efficaciam vel. f. 212.
p. 1. lin. dic amplecti quæ Dei filius. Itē p. 2. lin. 2. lege afferūt.
f. 214. p. 2. lin. lege tū senes. f. 215. p. 2. lin. 5. lege libri præc. repe-
rire. f. 223. p. 2. lin. 23. lege Martini alpucetæ. f. 232. p. 1. lin. 19. l.
Martinus alpuceta. f. 237. p. 1. lin. 12. lege nequeat ædificare. f.
238. p. 2. lin. 15. lege plenariam in morte. fol. 239. p. 1. lin. 4. lege
in capite & in membris. f. 240. p. 1. lin. 2. lege vide indulgentiam
non. f. 242. p. 1. lin. 23. lege osculantibus habitum. fol. 247. p. 1.
lin. 30. tolle primum optime. f. 248. p. 1. lin. 5. lege siue provin-
cia. f. 272. p. 1. lin. 28. tolle quæ dicta suffragia hic apposui ea
ratione, cōque illa nō apposuimus propter libri magnitudi-
nem, etiam propter quod inueniuntur multis hodie in libris.
f. 276. p. 2. lin. 5. lege odoramentorum. f. 277. p. 1. lin. 6. lege duæ
allæ ipsius. & lin. 24. lege oratio in Deum potest. f. 278. lin. 7.
lege & in senectute. f. 285. lin. 18. p. 1. lege serua tibi Deus. eod-
em f. p. 2. lin. 3. lege & nō spreuit preces. f. 287. p. 2. lin. vlt. le-
ge nescire quid. 293. p. 2. lin. 7. lege has sequentes. eadē p. lin. 25.
lege cor sursum teneas. f. 294. p. 1. lin. 4. lege bene profer. fol.
295. p. 1. lin. 25. lege accommodatur. f. 297. p. 2. li. 15. lege in prin-
cipio. f. 293. p. 2. lin. 26. lege adueniat vt. & li. 29. lege occurre-
ret. f. 299. p. 1. lin. 12. lege secundum erit. f. 306. p. 2. lin. 6. lege
sed si erit. f. 310. p. 2. lin. 14. l. sed in feriis. f. 315. p. 1. lin. 15. lege
de beata. f. 317. p. 1. lin. 22. lege apparet. f. 318. p. 2. lin. 1. vltim. lo-
co 5. lege S. f. 321. p. 2. lin. 8. lege meus respice in me. & lin. 10.
lege alleuiabit tibi, eadēque pag. lin. penult. lege beati im-
maculati in via. Et licet vsque. f. 322. p. 1. lin. 10. lege & hæc de


laude &
tur. N
375. po
non. f.
nota
fession
ma sui
quint
propri
dinem
norum
f. 230.
ge id
f. 252.
lin. 14
tiores
mo le
latur
2. leg
mus
effici
lege
ros. f.
agno
ge al
rota
lin 9
non


laude & virtute psalmodi si non sufficiant nota quæ sequuntur. Nota numerum foliorum male compositum, quia loco 375. posuerunt 175. fol. 197. p. 1. lin. 2. 4. lege ansint baptizati vel non. f. 204. p. 2. lin. 1. lege & non reddendo. f. 228. p. 2. lin. 18. nota quod non apposuimus methodum memoratum confessionis, sine summula perutilis, duabus de causis quarum prima fuit, quod in eius generalis minister dedit omnia quæ sequuntur post decimam partem: videlicet illa breuia, motus proprios, bullas, &c. secunda fuit propter nimiam magnitudinem voluminis, quod non iam manipulus, imo pōdus minorum diceretur. f. 229. p. 1. lege deitatis imago in versu. 14. f. 230. p. 2. versu 27. lege qui seruis religione. f. 232. versu. 6. lege idolatram fecerunt. f. eodē p. 2. post 6. versu, adde recedite. f. 252. q. 2. lin. penultima lege de nouo emergentibus. fol. 263. lin. 14. lege præfigendum seuere puniatur. & lin. 16. lege certiore faciat. & lin. 17. lege puniri possit. f. 273. p. 2. versu vltimo lege munera grata feret. f. 280. p. 1. lin. 13. lege non postulat nisi pro ciuibus huiusce vallis miseriarum. f. 282. p. 2. lin. 2. lege passionis partes. f. 285. p. 2. lin. 9. lege beatus Chrysostomus inquit tales dignos esse tot. f. 286. p. 2. lin. 2. lege in simul efficiens. f. 289. p. 1. lin. 18. lege nostri statuti. fol. 292. p. 2. lin. 25. lege in singulis annualibus. f. 300. p. 2. lin. 9. lege ac discalearos. f. 333. & 334. lege 303. & 304. fol. 307. lin. 18. lege aut alios agnos. & lin. 20. lege etiā eis subiecta. f. 308. p. 2. lin. 21. lege aliquibus communiter vel. fol. 313. pag. 2. lin. 10. lege vel ad rotam vel ad crates. f. 326. p. 1. lin. penultima lege illis. & p. 2. lin. 9. in titulo lege religione. f. 327. p. 2. lin. 27. lege decimona. f. 343. p. 1. lin. 6. lege Francisco angelorum.






















OO
ET
F.